

A  
3  
16

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33

F 68

~~Handwritten scribble~~

3

28-48

10000  
A  
3  
16

F68

~~H-4~~

~~H-4~~

3

28-48



R. 10215

J. O. BAPTISTÆ  
**DE LUCA**  
VENUSINI,  
S. R. E. Presbyteri Cardinalis;  
**THEATRUM**  
VERITATIS & JUSTITIÆ,

SIVE DECISIVI DISCURSUS PER MATERIAS, SEU TITULOS  
distincti, & ad veritatem editi in forensibus controversiis Canonici & Civilibus,  
in quibus in Urbe Advocatus pro una partium scripsit, vel consultus respondit.

LIBER QUINTUS,  
Cujus I. Pars de Usuris, & Interesse; II. de Cambiis;  
III. de Censibus; IV. de Societatibus Officiorum.

CUM NONNULLIS RECENTISSIMIS SACRÆ ROTÆ  
*Romanæ Decisionibus ad materiam spectantibus; nec non Annotationibus, ac Discursibus, qui antea in Supplementis extabant, suis locis optimè adjectis.*



VENETIIS, MDCCXXVI.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



# INDEX ARGUMENTORUM IN DISCURSIBUS

Qui in Prima Parte Quinti Libri, de Usuris, & Interesse continentur.

## DISC. I.

*Firmana.*

DE contractu trino, seu de tribus contractibus, societatis, affectionis sortis, & affectionis lucris: An eodem tempore cum eadem persona celebrari possit? Et quid ubi dicti tres contractus non exprimuntur, sed datur simpliciter pecunia sub certo lucro? An subintelligantur pro eodem lucro substinendo.

## DISC. II.

*Tusculana societatis, seu locationis.*

De Bulla Pii V. super prohibita societate animalium ad capitale saluum, an & quando locum habeat, necne; Et de eodem contractu trino, seu concursu trium contractuum, societatis, affectionis sortis, & affectionis lucris, quando substineatur. Et quid in contractu locationis in quo conductor suscipiat in se casum, seu periculum rei locatae.

## DISC. III.

*Romana nautici faenoris.*

De nautico faenore, seu cambio maritimo, quando & quomodo subsistat, necne, ad materiam & intellectum text. in c. *naviganti de usuris*; Et quando dicatur continere societatem, & sic contractum diversum ab illo, de quo in d. c. *naviganti*.

## DISC. IV.

*Romana locationis Penae ferri.*

An & quando mixtura mutui veti, vel interpretativi reddat usurarium contractum locationis & conductionis, sive emptionis & venditionis, vel similem &c. Et quomodo in dictis contractibus locationis & conductionis, vel emptionis, & venditionis cadat usura.

Et an mutuum necessarium, quia nempe promittat quis & se obliget certam summam mutuare, vel ab aliis mutuari facere, reddat licitas accessiones, vel aliud lucrum, & excuset ab usura.

## DISC. V.

*Romana cessionis usurarum.*

An Christianus cessionarius Judaei exigere possit usuras judaicas, quae per ipsum Judaeum cedentem à debitore invito, etiam in iudicio exigi possent; Et an usurae Judaeorum excedere possint duplum sortis.

## DISC. VI.

*Romana usurarum Judaicarum.*

An Princeps saecularis, vel etiam Summus Pontifex possit usuras Hebraeis permittere, vel teneatur prohibere; Et quatenus dicta permissio fieri valeat, An illarum reductioni, seu moderatiioni locus esse debeat necne: Et generaliter de ista materia usurarum Judaicarum earumque reductionibus de praeterito.

## DISC. VII.

*Romana Pignorum.*

An, & quando usurae hebraeorum exigi possint ultra terminum 18. seu respectivè 21. mensium, intra quorum spatium per capitula statutum est pignora vendi debere, ac usuras amplius non currere. Et an bonis alienis per non dominum oppignoratis, possit dominus ea vindicare à bancherio hebraeo non restituta pecunia, pro qua oppignorata sunt, cum usuris.

*Card. de Luca, Lib. V.*

## DISC. VIII.

*Tiburina Castris S. Angeli.*

De pacto legis commissoriae, ut creditor, certo casu, vel conditione contingente remaneat pignoris dominus, An & quando dicatur usurarium & invalidum, vel potius subsistat.

## DISC. IX.

*Romana, seu Reatina dotis.*

De contractu *anticheffis*, & ut vulgò dicitur, *ad gaudendum*, An & quando dicatur validus, vel respectivè foeneraticius. Et de effectibus exinde resultantibus imputationis fructuum in fortem, ac aliis.

## DISC. X.

*Romana fructuum census.*

De conclusionione, quod ubi valor pignoris non excedit creditum, fructus non imputentur in fortem, sed creditor eos faciat suos, an & quando procedat.

## DISC. XI.

*Prænestina simulationis contractus.*

De duplici contractu contemporaneè celebrato, emptionis, & venditionis cum pacto redimendi, ac locationis & conductionis, quia nempe vendat quis rem suam alteri cum pacto redimendi, & unico contextu eam conducatur sub annua pensione, qui contractus *livellarius*, seu vulgò *pacto a franchire* dici solet, an censetur licitus, vel potius usurarius.

## DISC. XII.

*Savonen. Pecuniaria.*

De probatione solutionis usurarum faciendae per debitorem, ad effectum illas imputandi in fortem, vel repetendi, quomodo desideretur, Et de differentia probationis inter casum imputationis, & alterum repetitionis; Et an creditor licitè usuras retineat ratione interesse lucris cessantis; Et aliqua de compromisso super usuris, an fieri possit in laicum, sive an laudum arbitri possit eas canonizare; Et quid de transactione super eisdem usuris inita; Et an utilitas debitori resultant ex mutuo reddat licitas accessiones.

## DISC. XIII.

*Romana imputationis fructuum.*

An fructus, seu accessiones voluntariè & absque pacto solutae pro credito pecuniario sint licitae, ita ut non extenuent fortem; Et de circumstantiis dictam perceptionem licitam reddentibus.

## DISC. XIV.

*Esina Censur.*

De interesse damni emergentis, An & quando per creditorem à moroso debitore exigatur licitè & citra usuram, etiam sine requisitis desideratis per *decis. 2. Mohed. de usuris*.

## DISC. XV.

*Viterbien. Transactionis.*

An sint licitae, vel respectivè usurariae accessiones, quas donator quantitatis donatario pendente solutione promittit, ac solvit. Et quid de accessionibus pro pretio alicujus mercimonii, seu negotiationis, An & quando intrent fructus recompenfativi juxta terminos text. in l. *curabit. C. de ass. emp.* Et an subsistat accessiones solutae pupillo,

pillo, vel minori per ejus majorem conjunctum, qui de jure esset, seu esse deberet ejus legitimus tutor, seu curator.

**D I S C. XVI.**

*Fulginaten. Pecuniaria.*  
De eadem materia discursus præcedentis, An scilicet, & quando debeantur, seu in conventionem deduci possint fructus, vel accessiones pro pretio mercium, vel tabernæ ad terminos, *text. in l. curabit, C. de action. empti.*

**D I S C. XVII.**

*Baven. Censur.*  
De eadem materia fructuum recompensativorum pro pretio rei venditæ ad terminos *text. in l. curabit, C. de action. empti.* Et quatenus illi sint regulariter debiti, quia de pretio rei fructifera exigantur, attamen ad majorem taxam, seu rationem, quam ipsius rei fructus impotent, An & quando intret imputatio in sortem, eaque extincta etiam repetitio indebitæ soluti, Et de differentia imputationis & repetitionis indebitæ, & an in hoc bona fides creditoris, seu justa credulitas excuset, & quid si pro pretio constituitur census, sed nulliter, an debeantur fructus tanquam damna & interesse, & ad quam rationem.

**D I S C. XVIII.**

*Lucana.*  
An & quando fructus, vel usuræ conventæ pendente solutione pretii rei fructifera, possint excedere ipsius rei fructus, Et quid ubi de tempore conventionis adæquarent, sed postea accidentaliter ipsius rei fructus diminuti sunt.

**D I S C. XIX.**

*Senen. seu Florentina.*  
An interesse per emptorem debitum ratione pretii non soluti excedere possit ipsius rei venditæ fructus; Et quid ubi emptor non est in mora,

**D I S C. XX.**

*Esina fructuum.*  
De eodem puncto, An fructus debiti per emptorem pendente solutione pretii excedere possint, tanquam damna & interesse fructus ipsius rei, quia nempe conventum fuerit, ut ex pretio extinguerentur census, vel alia debita usuraria venditoris ad majorem rationem; Et quid ubi emptor justam non solvendi causam habuit, ob litem, vel molestias sibi illatas.

**D I S C. XXI.**

*Neapolitana Pecuniaria.*  
De fructibus recompensativis pro pretio rei fructifera, An possint à principio conveniri & taxari ad certam summam, Et quando hæc dicatur justa, vel excessiva.

**D I S C. XXII.**

*Ravennaten. fructuum.*  
An fructus recompensativi debiti ex æquitate, *l. curabit* pendente solutione pretii rei fructifera, debeantur, si emptor per Judicis sequestrum, vel inhibitionem impeditus fuit ne solveret.

**D I S C. XXIII.**

*Senen. fructuum.*  
An emptor, in cujus facultate positum fuit, post lapsum certum terminum conventionalem deponere pretium penes publicum officialem, vel etiam penes se ipsum tanquam depositarium ad sui electionem, cum pacto, ut etiam in casu electionis de se ipso, ad aliquos fructus non teneatur, remaneat à dictorum fructuum cursu liberatus, eo ipso quod dictus terminus expiravit,

absque alia interpellatione, vel declaratione quod retineret in titulum depositi.

**D I S C. XXIV.**

*Pistorien. fructuum.*  
Demandata per judicem adjudicatione aliquorum bonorum debitoris ad favorem creditoris, si postea idem debitor, vel ejus hæres eadem bona vendat dilata solutione pretii sub conditione fructuum recompensativorum, An isti debeantur creditori, vel potius cedant ad commodum debitoris ejusque hæreditatis.

**D I S C. XXV.**

*Romana Interusuriorum.*  
An & quando emptori debeantur fructus recompensativi ad terminos, *l. curabit* pro pretio soluto venditori, qui rem non tradidit.

**D I S C. XXVI.**

*Romana Passi.*  
An valeat, vel potius usurarium censendum sit pactum, per quod emens rem fructiferam dilata solutione sub conventionem fructuum recompensativorum, prohibeatur ad certum tempus restituere sortem, atque se eximere à dictis fructibus; Et aliqua de fructibus prætorum urbanorum, quomodo illi calculandi sint, ad effectum regulandi fructus recompensativos pretii.

**D I S C. XXVII.**

*Romana fructuum.*  
Si emptor deposuit pretium, & deinde ex nova conventionem illud in toto, vel in parte ad eum pervenit ex causa depositi, An pro tempore, quo habuit pretium in manibus, teneatur ad usuras recompensativas; Et aliqua de taxa fructuum bonorum feudaliu, vel jurisdictionaliu discretivè ab allodialibus.

**D I S C. XXVIII.**

*Nepesina.*  
An conveniri possit de fructibus recompensativis pendente solutione quantitatis promissæ per transactionem initam ratione litis vertentis super bonis stabilibus fructiferis.

**D I S C. XXIX.**

*Marsicana Legati.*  
An & quando pro legato quantitatis debeantur per hæredem morosum usuræ, seu accessiones, præsertim ubi agitur de legato ad favorem Ecclesiæ vel piæ causæ, & quando in his legatis intret ratio interesse lucri cessantis, vel damni emergentis.

**D I S C. XXX.**

*Neapolitana Legati.*  
De eadem materia usurarum, seu fructuum pro legato quantitatis ad favorem Ecclesiæ, vel piæ causæ, Et quatenus non debeantur, an de facto & voluntariè soluti ipsius Ecclesiæ Administratoribus imputentur in sortem ad effectum illam extenuandi necnè,

**D I S C. XXXI.**

*Florentina fructuum legati.*  
De usuris legati consistentis in quantitate, An debeantur legatario conditionali, cujus jus ex subsequitis resolutum sit, si pecunia interim fuerit per hæredem investita in bona fructifera.

**D I S C. XXXII.**

*Taurinen.*  
Donatore reservante certam pecuniarum quantitatem à donatario sibi, vel alteri solvendam, an possit conveniri de usuris, vel accessionibus, dictæ pecuniæ solutione pendente præstandis, & an

& an licitè exigì possint, quòd insuit etiam ad materiam fructuum recompensativorum,

**D I S C. XXXIII.**

*Januen.*  
De eadem materia usurarum ex legato, An debeantur, ubi agitur de legato facto per patrem filiam, vel nepti in causam dotis præstandæ tempore nuptiarum.

**D I S C. XXXIV.**

*Hortana Spolii.*  
De requisitis ad damna & interesse passa per fidejussorem petentem illorum refectionem à principali debitore, & quando fidejussor possit sumere pecuniam sub usuris, vel ad interesse in damnum principalis.

**D I S C. XXXV.**

*Papien. Pecuniaria.*  
De transactione super usuris, An & quando attendatur in præjudicium ipsius transigentis; Et quid in præjudicium tertii, puta secundi creditoris oppositi creditori anteriori extinctionem debiti cum imputatione usurarum; Et aliqua de interesse damni emergentis.

**D I S C. XXXVI.**

*Romana Sponsonis.*  
An dicatur usurarius contractus, per quem dentur bona, sub obligatione solvendi eorum valorem in duplo, seu aliàs excessivè, quando emptor uxorem duxerit, seu aliquam dignitatem obtinuerit, quodque aliàs ad nihil teneatur; Et quatenus contractus non sit usurarius, An & quando ex alia ratione sit infectus, & prohibitus, & generaliter de materia sponsonum.

**EX SUPPLEMENTO**

**D I S D. XXXVII.**

*Romana Pecuniaria.*  
An ille, cum cujus opera, & pecunia ædificium, vel aliud opus construitur, convenire possit cum ædificio Domino de fructibus recompensativis;

Et quid ubi Dominus ædificii, vel operis pro illo construendo fuisset aliàs distracturus bona, vel jura fructifera.

**D I S C. XXXVIII.**

*Romana Pecuniaria.*  
De licitis, vel illicitis accessionibus solutis ex precepto testatoris pro legato, sive pro debito, quod à debitore deberet investiri in occasiones fructiferas, ubi propriæ obligationis confessio, vel agnitio, detegatur erronea.

**D I S C. XXXIX.**

*Bononien. Contractus.*  
De eodem contractu de quo supra, *disc. 11.* nuncupato pacti francandi, an usurarius censendus sit, quando rei incertitudinem habeat, ut propterea fructus in sortem imputandi sint, necnè.

**D I S C. XL.**

*Corona, seu Veliterna Contractus.*  
De eadem materia de qua supra, *disc. 2.* super contractu societatis ad caput saluum, & an intret Bulla Sixti V. Et de locatione mercimonii.

**D I S C. XLI.**

*Urbinate. Pecuniaria.*  
An, & quando conventio usurarum pupillarium facta per Tutorem cum debitore pupilli valeat, & quomodo.

**D I S C. XLII.**

*Bononien. Fructuum.*  
De eadem materia, de qua supra, *disc. 15. & 16.* fructuum recompensativorum pro pretio mercium, quæ vendantur tanquam univerfitas, an scilicet debeantur post mortem venditoris illi hæredi, cui interdictum sit mercimonium; Et an post ipsarum mercium peremptionem.

**D I S C. XLIII.**

*Romana transactionis.*  
De eadem materia de qua *disc. 12. 15. & 35.* an scilicet, & quando transactio reddat licitas usuras alias illicitas; Et incidet de usuris lucri dotalis.

**I N D E X C A U S A R U M**

Hoc titulo de Usuris, & Interesse, ordine Alphabeticò per Dioceses dispositus.

B	M	Pacti, <i>disc. 26.</i>
Baren. census, <i>disc. 17.</i>	Marsicana legati, <i>disc. 29.</i>	Pinorum, <i>disc. 7.</i>
Bononien. contractus, <i>disc. 39.</i>	N	Sen Reatina dotis, <i>disc. 9.</i>
Fructuum, <i>disc. 42.</i>	Neapolitana legati, <i>disc. 30.</i>	Sponsonis, <i>disc. 36.</i>
C	Pecuniaria, <i>disc. 21.</i>	Usurarum Judaicarum, <i>disc. 6.</i>
Corona, seu Veliterna contractus, <i>disc. 40.</i>	Nepefina, <i>disc. 28.</i>	Romana Pecuniaria, <i>disc. 37.</i>
E	P	Pecuniaria, <i>disc. 38.</i>
Esina census, <i>disc. 14.</i>	Papien. Pecuniaria, <i>disc. 35.</i>	Transactionis, <i>disc. 43.</i>
Fructuum, <i>disc. 20.</i>	Pistorien. fructuum, <i>disc. 24.</i>	S
F	Prænestina simulationis contractus, <i>disc. 11.</i>	Senen. seu Florentina, <i>disc. 19.</i>
Firmana, <i>disc. 1.</i>	R	Fructuum, <i>disc. 23.</i>
Florentina fructuum legati, <i>disc. 31.</i>	Ravennaten. fructuum, <i>disc. 22.</i>	Savonen. pecuniaria, <i>disc. 12.</i>
Fulginaten. pecuniaria, <i>disc. 16.</i>	Romana cessionis usurarum, <i>disc. 5.</i>	T
H	Fructuum, <i>disc. 27.</i>	Taurinen. <i>disc. 32.</i>
Hortana spolii, <i>disc. 35.</i>	Fructuum census, <i>disc. 10.</i>	Tiburtina Castris S. Angeli, <i>disc. 8.</i>
I	Imputationis fructuum, <i>disc. 13.</i>	Tusculana societatis, seu locationis, <i>disc. 2.</i>
Januen. <i>disc. 33.</i>	Locationis venæ ferri, <i>disc. 4.</i>	V
L	Interusuriorum, <i>disc. 25.</i>	Viterbien. transactionis, <i>disc. 15.</i>
Lucana, <i>disc. 18.</i>	Nautici foenoris, <i>disc. 3.</i>	Urbinate. Pecuniaria, <i>disc. 41.</i>
<i>Card. de Luca, Lib. V.</i>		a 3 IN.

# INDEX ARGUMENTORUM IN DISCURSIBUS

Qui habentur in Secunda parte Quinti Libri, de Cambiis.

## DISC. I.

*Romana Cambiorum.*

De Cambiis platealibus an valeant, ubi circulata, seu continuata sint de plateis ad plateas absque mixtura nundinarum, & in quo differant à nundinalibus; Qua occasione agitur de cambiorum origine, in introductione, natura & continuatione. Et quatenus cambia, præsertim platealia sint excessiva, redolentia magnum damnum debitoris, & respectivè lucrum creditoris, An ex hoc remaneant invalida & usuraria; vel potius sit locus eorum reductioni, seu moderati.

## DISC. II.

*Eadem.*

Data capsores facultate accipiendi & girandi super cambiis pecunias in vim cedule bancariæ per ipsum solvendas, An cambiare possit cum seipso, & sine interpellatione. Et an talis facultas expiret per mortem naturalem, vel civilem unius, vel alterius ex contrahentibus. De justificatione spacciorum; An præcisè requiratur per exhibitionem literarum in actis; Et an correspondens debeat esse Bancheus, ac literæ, seu tractæ debeant impleri per Bancum. Et de libertate pecuniæ solvendæ cedulæ pro eius reintegrati, ac de provisione cedulæ quanta sit.

## DISC. III.

*Romana Manuventionis.*

An cambium creari possit ex credito antecedenti sine pecunia numerata. Et an sustineatur cambium si pecunia data debitori in alios usus creditori notos convertenda sit, itaut hic certo sciat debitorem non posse cambiare in nundinis, ibique literas implere. Et de conversione cambiorum decursum in sortem novi cambii an subsistat, vel potius imporet anatocismum.

## DISC. IV.

*Camerinæ Cambii.*

An mandatum datum ad cambiandum, seu girandum super cambiis, expiret per mortem mandantis, vel mandatarii. Et qua occasione agitur de pluribus speciebus mandati dati ad cambiandum.

## DISC. V.

*Viterbien. Cambii, seu Societatis.*

Debitore assumente in se onus cambiandi, seu girandi pecunias sub cambiis, ac facta ex conventionem deputatione certi mercatoris, per quem cambium exerceri debeat, si deinde creditor, ut debitori rem gratam faceret, eum liberet ab obligatione utendi opera dicti mercatoris, An exinde resultet omnimoda novatio, itaut inducatur etiam liberatio ab onere cambiandi.

Dissoluta societate per mortem unius socii, An & de quibus lucris, vel damnis socii defuncti hæredes debeant.

## DISC. VI.

*Romana Cambii de Sfortiis.*

De justificatione realitatis cambiorum, an ad illam præcisè sint necessariæ literæ, itaut sine illis alia fieri possit probatio necne.

De simulatione personarum in isto contractu, Et

an illa facultas, quæ data est mercatori, cum quo initus fuit contractus, suffragetur alteri non mercatori, cui creditor jura cesserit, seu ad cuius commodum mercator ab initio sub ipsius simulato nomine contraxerit.

De cambiis limitatis sub conventionem, ut in casu moræ, seu in alterum eventum cesset limitatio, & cambia debeantur ad rationem currentium, An facta casu talis conditionis, requiratur nova intimatio, seu interpellatio debitoris.

## DISC. VII.

*Romana Pecuniaria de Benettis.*

De justificatione cambiorum jam solutorum, An fieri possit per confessionem, aliæque adminicula, & alias quam per scripturam ipsarum literarum, seu spacciorum, quomodo, & quando.

## DISC. VIII.

*Romana Cambiorum de Sabellis.*

De cambiorum debito etiam absque spacciis, eorumque justificatione loco damnorum & interesse ob cambiandi onus assumptum per debitorem per seipsum, vel personam ab eo deputatam, Et quando id procedat.

## DISC. IX.

*Romana Cambii de Manfronis.*

An onus cambiandi assumptum per debitorem obligatum proinde ad cambia etiam sine spacciis & justificatione realitatis loco damnorum & interesse, si est limitatum ad certum tempus, illo elapso duret, vel potius expiratum censeatur, itaut in futurum dicta damna & interesse amplius non debeantur.

## DISC. X.

*Romana Cambii de Manutiis.*

De eadem materia cambiorum debendorum per debitorem etiam sine transmissione literarum aliisque realitatis requisitis loco damnorum & interesse, ex eo quod ipse debitor cambiandi onus in se suscepit, Quid ubi cum dicta susceptione oneris concurrat etiam facultas cambiandi data ipsi creditori.

Et aliqua de contractus cambii invaliditate, ex eo quod creditori innotescat debitorem suscipientem pecuniam, illam in alios usus converturum esse, neque posse in nundinis literas implere.

## DISC. XI.

*Romana pecuniaria de Vecchis.*

De fructibus, seu cambiis debitis absque cursu & justificatione spacciorum loco damnorum, & interesse ob non impletum onus ab ipso debitore susceptum, Et an istud limitatum ad certum tempus remaneat ultra illud operativum. Et de aliis ad hanc materiam.

## DISC. XII.

*Ravennaten. seu Faventina cambii.*

An facultas cambiandi data creditori operetur, ut iste cambiare possit cum seipso sine speciali mentione, Et quatenus hæc non adesset, an sufficiat præsumptiva probatio, deducta præsertim à solutione cambiorum, Et an ad justificationem cambiorum sufficiant solum primæ literæ nuncupatæ dell' Andata, absque eo quod doceatur de aliis responsivis nuncupatis del Ritorno.

DISC.

## Index Argumentorum.

## DISC. XIII.

*Romana pecuniaria, seu cambiorum.*

De probatione mandati, seu facultatis accipiendi ad cambium, & girandi, seu continuandi super cambiis, quomodo sufficiente facta esse dicitur, ut cambia debeantur.

## DISC. XIV.

*Romana partitorum.*

De facultate data socio administratori accipiendi pecunias ad cambium pro negotio sociali explendo in certo casu, An exerceri possit absque intimatione consocii, quod casus evenit, quem ille credere poterat non evenisse.

Si socius ut extingueret cambium limitatum, inuit in præjudicium negotii sociali cambium rigorosum, An sustineatur actus ad limites prioris cambii limitati, itaut ad eam rationem cambia deberentur necne; Et an facultas accipiendi ad cambium in solo casu indigentia possit exerceri prius quam indigentia casus veniret, ac præventivè, ut eveniente casu pecunia esset prompta; Et aliqua de clausura nundinarum.

## DISC. XV.

*Romana cambii de Vaminis.*

Stante pacto, quod super cambiorum justificatione stetur libro & scripturæ ipsius creditoris, An hic teneatur suum librum, seu scripturam exhibere, atque exinde justificare cursum & realitatem cambiorum, quamvis exhibeat spaccia, & faciat justificationem per literas redditus.

## DISC. XVI.

*Romana census.*

De cambiis limitatis cum pacto, ut debitore aliquid non adimplente, cesset limitatio, itaut debeantur cambia currentia, num valeat, Et quatenus sic, An facta casu non implemto, requiratur nova debitoris interpellatio. Vel an per subsequentem receptionem implemto censeatur id remissum, itaut non debeantur cambia, nisi ad rationem limitatam.

## DISC. XVII.

*Romana cambiorum, seu repetitionis.*

De cambiis ab initio limitatis ad certam summam & ita exactis, An restitui debeant, quatenus cursus nundinarum tanti non importasset. Et quid ubi super dicto cursu esset diversitas inter nundinas, & plateas; cuius sit electio, An debitoris, vel creditoris.

Et debitore in se assumente onus transmittendi spaccia & girandi cambia, quatenus id non sequatur, ita ut cambia debeantur loco damnorum & interesse, An in istorum calculo haberi debeat ratio provisionum, vel potius istæ sint detrahendæ.

## DISC. XVIII.

*Romana cambii de Biscis.*

An contractus cambii sit licitus clericis; Et quatenus non, An id impediat cursum cambiorum; ne à debitore peti valeant.

Si capsores, qui deputatus est ad transmittenda spaccia, aliq; gerenda cambii girum concernentia, efficiatur ex cessione creditoris eiusdem cambii dominus, seu utilitarius, An ex hoc cessata dicatur eius facultas, stante quod in contractu data non est facultas creditoris cambiandi cum se ipso.

## DISC. XIX.

*Romana continuationis cambii.*

An post restitutam sortem possit creditor continuare sub cambiis, & recambiis fructus, seu cambia quæ remanent debenda.

## DISC. XX.

*Romana, seu Bonon. literarum cambii.*

Cuius periculo cedat decoctio, An mandantis, seu scribentis literas cambii post illarum acceptionem, vel mandatarii qui literas accepit, & adhuc non implevit. Vel eius in cuius gratiam scriptæ sunt.

## DISC. XXI.

*Romana literarum cambii.*

An, & quando adjectus, cui literæ cambii solvendæ sunt in casu non implemto à mandatario, teneatur protestari, aliisque diligentias facere contra istum, ut contra scribentem, seu mandantem habere possit regressum. Et de differentia literarum cambii, quæ scribuntur per Italiam, ab illis quæ scribuntur per Hispanias, Et de voto Cordubæ super cambiis Hispaniarum.

## DISC. XXII.

*Neapolitana literarum cambii.*

De regressu competente contra scribentem literas cambii ob illas non impletas à mandatario, An & quando cesset ob protestationem non factam in tempore, præsertim, in Regno Neapolitano stante dispositione pragmat. 6. de literis cambii, & de processu exequutivo desuper competente.

## DISC. XXIII.

*Bononiæ Cambii.*

Onus cambiandi susceptum per debitorem, seu receptorem pecuniæ ad certum tempus, seu certas nundinas, An duret in futurum donec pecunia restituatur, potissimè dum partes, verbis, & factis id agoverunt.

Onus prædictum an cesset per mortem debitoris, seu suscipientis; Et qualem contractum contineat hæc susceptio pecuniæ ad cambiandum.

An sit licitum cambium, ubi dator pecuniæ scit illam per recipientem in alios usus esse convertendam, Et de expensis provisionum, An & quando cedant necne ad commodum creditoris, vel potius à cambiis defalcari debeant. Et si aliquid plus ob cambia solutum est, an ipso jure imputetur in sortem.

## DISC. XXIV.

*Romana locationis veno.*

An in cambio detur usura ob mixturam alterius contractus, seu ratione certi lucris, Et quatenus detur, an talis mixtura, ex qua resultet usura, vitiet etiam ipsum cambium, vel potius, isto valido permanente, illa vitietur.

## DISC. XXV.

*Romana, seu Neapolitana literarum cambii.*

An & quando decoctio mandantis, seu scribentis literas cambii cedat damno mandatarii, seu correspondens, qui illas accepit, vel potius adjecti, cui earundem literarum implemto fieri debebat, ac solutio facta est.

## DISC. XXVI.

*Ariminen. literarum cambii.*

An scribas literas cambii teneatur de casu decoctionis mandatarii, seu correspondens cui directæ sunt eas non impletis, si creditoris, vel adjecti, cui solutio facienda erat, fuit negligens in presentando, & exigendo literas, & non certiorando scribentem de renuentia.

## DISC. XXVII.

*Sopra la Validità de i cambii di Piazza.*

In che differiscano da quelli di fiera, fatto in occasione della disputa avuta in Signatura di Gracia nella causa Romana Cambiorum trà la ragione bancaria di Filippo Valenti, & il Marchese Raimondo

do, della quale si tratta di sopra al disc. 2. & 2. e con la quale occasione si discorre di molte specie de cambi, Et quando in essi entri il sospetto dell' Usura.

**DISC. XXVIII.**

*Romana excessiva solutionis.*

An debitori assument in se curam, & onus cambiandi, ac spontè & pacificè solvendi cambia juxta taxam ab initio concorditer limitatam, detur jus, vel actio imputandi in sortem, vel respectivè repetendi id, quod excessivè solutum esset, eo quia detectum sit, cambia per nundinas tanti non importasse.

**DISC. XXIX.**

*Januen, pecuniaria, seu partiti.*

De acceptatione, ac implemento tractæ, seu literarum cambi in nundinis, cum aliqua protestatione, ut vulgò dicitur sotto protesto, An id alteret naturam negotii, ita ut solventi non competat illud jus, vel actio, quæ aliàs contra scribentem, vel socios competere; Et de literis certi oratoris, vulgò nuncupatis d'arviso, An obligent necne scribentem, & quid operentur in hac materia tractarum, seu literarum cambi.

**DISC. XXX.**

*Romana, seu Anconitana pecuniaria.*

An tertius scribens ei, cui literæ cambi diriguntur ab aliò in computandis alterius, quod eas impleat, quia haberent suum finem, remaneat exinde obligatus ad favorem implentis dictas literas cambi, seu tractam, si non sit idoneus ille, in cujus computum sit tracta.

**EX SUPPLEMENTO**

**DISC. XXXI.**

*Romana, seu Tudertina Cambiorum.*

De eadem materia, de qua supra, disc. 17. & 28, an

scilicet id, quod excessivè pro cambiis per debitorem solutum, & per creditorem respectivè exactum est, imputetur ipso jure in sortem, quam in dies, & tempora paulatim extenuet, cum illo calculo, qui vulgò scaletta dicitur.

**DISC. XXXII.**

*Romana Cambiorum.*

De eadem materia de qua supra, disc. 8. & 10. cum seqq. an scilicet & quando cursus cambiiorum detur etiam absque realitate literarum, seu spaccio-rum in ratione damnorum & interesse.

Et an clericus possit facere istum contractum cambi juxta deducta supra, disc. 18.

**DISC. XXXIII.**

*Romana literarum Cambii.*

An & quando adjectus in literis cambi, vel in pagella vulgò pagarò actionem habeat contra eum, cui directæ sunt, & an huic adjecto obstant illæ exceptiones, quæ obstat possent scribenti; Et quando quis dicatur adjectus rei suæ, necne.

Ac etiam de eodem puncto, de quo supra, disc. 25. An scilicet quando ille, qui literas acceptavit, excusari possit ob superventam notitiam decoctionis, vel mutationis status scribentis.

**DISC. XXXIV.**

*Brundusian, Pecuniaria.*

An ad effectum imputationis, vel repetitionis cambiiorum, quæ ob defectum justificationis indubita præsentantur, sufficiat probatio illorum solutionis per solas quietantias, & solidationem computorum.

**DISC. XXXV.**

*Romana, seu Mantuana.*

De eadem materia, de qua disc. 9. & 32. Sive an scilicet onus cambiandi susceptum per debitorem in cambio contracto ad certum tempus, isto elapso expiret; Et an post decoctionem, vel mortem mercatoris deputati cesset cursus cambiiorum.

**INDEX ARGUMENTORUM  
IN DISCURSIBUS**

Qui habentur in Tertia parte Quinti Libri, de Censibus.

**DISC. I.**

*Oppiden. Censur.*

De pacto rescissorio instrumenti censualis, & facultate repetendi sortem principalem ob non solutionem fructuum statutis temporibus, An improbetur per Bullam Pii V. & quatenus sic, An vitiet contractum, vel solum vitietur pactum.

Et an Bulla prædicta Pii V. sit recepta, vel servari debeat in omnibus in Regno Neapolitano.

**DISC. II.**

*Tranen. Censur.*

De nullitate census creati ex fructibus alterius census, An procedat solum ex Bulla Pii V. vel etiam de jure communi, & ex infectioe usuraria, itaut census mereatur sanatione necne.

**DISC. III.**

*Baren. Censur.*

De sanatoria concessa per Signaturam cum clausula arbitrio Rotæ, denegata ex eo quod tardè petita esset post latas sententias super census invaliditate, per quas quæsitum dicitur jus debitori, ideoque non concedenda.

**DISC. IV.**

*Sabinen. Censur.*

De forma pecuniæ numeratæ per Bullam Pianam in censuum creatione præscripta, num impleatur per cedulam bancariam, sive per ordinem directum banco.

**DISC. V.**

*Spoletana.*

Si in matrice, seu originali abbreviatura instrumenti censualis reperta inter rogatus notarii mortui, non exprimat servatam esse formam Bullæ Pianæ, An id per notarium successorem in extensione instrumenti suppleri possit; Et an forma prædicta quamvis in instrumento non expressa probari possit per testes, vel alias extrinsecas probationes.

**DISC. VI.**

*Urbevetana Censur.*

De nullitate census ex defectu fundi censiti certi, quia esset impositus super bonis aliquorum Castorum in genere; Et an hæc exceptio impediat creditorem agentem in judicio executivo, vel in altero manutionis.

**DISC. VII.**

*Romana Censur.*

An census creari possit super domo construenda cum pecuniis ad census traditis, itaut de tempore creationis, fundus censitus fructifer, & Capax non sit in rerum natura.

Et de impositione census sapiente veram alienationem, proindeque cadente sub extravaganti Ambrosio.

**DISC. VIII.**

*Romana, seu Farsen. Censur.*

An super re emphyteutica ad certas generationes concessa imponi possit census, itaut ex isto debeantur fructus necne.

**DISC. IX.**

*Romana pecuniaria, seu census vitalitii.*

De validitate, vel invaliditate census vitalitii ob

defectum fundi capaxis; Et an hujusmodi census subiaceat Bullæ Pii V. super necessitate fundi fructiferi, & capaxis, vel dari possit census personalis.

An per mortem creditoris fiat locus lucro fortis principalis, ubi debitor ex parte sua non implevit promissa; Vel potius ex capite non implementi cesset lucrum; Et de aliis ad materiam census vitalitii.

**DISC. X.**

*Prænestina Censur.*

An & quando pactum repetitionis fortis principalis adjectum favore creditoris vitiet contractum censuale, illumque reddat usurarium, vel potius ipsum pactum vitietur.

**DISC. XI.**

*Tuscanen. Censur.*

De eadem materia facultas repetendi sortem principalem post certum tempus, an vitiet contractum, vel ipsum pactum vitietur; Et an hæc exceptio sit apta impedire summarissimum possessorium manutionis in qua possessione exigendi fructus census.

**DISC. XII.**

*Romana, seu Terracinen. Censur.*

De eadem materia pacti obligantis debitorem census ad illum redimendum, An, & quando substineatur, ubi non est ad favorem creditoris, sed tertii, puta fidejussoris, vel emptoris bonorum.

**DISC. XIII.**

*Romana Salviani.*

An & quando detecto contractu censuali invalido ex defectu fundi non liberi, vel non capaxis, debeantur necne creditori fructus.

Et an eorumdem fructuum cursus cesset, ubi ex eadem, vel simili causa creditor pulsavit debitorem ad restitutionem fortis, atque mandatum contra ipsum obtinuit.

**DISC. XIV.**

*Romana Reduccionis.*

Census pertinens ad fideicommissum, An per gravatum, vel alium alienare prohibitum possit sbassari, & ad minorem summam reduci in præjudicium successoris venientis independenter, & jure proprio.

**DISC. XV.**

*Perusina Censur.*

De reviviscencia census extincti, vel novati mediante datione in solutum, vel sub alia conventionne inita sub certo implemento. An scilicet & quando obsequutam evictionem, seu non sequutum implementum reviviscat idem census cum cursu fructuum, vel remaneat simplex creditum.

**DISC. XVI.**

*Civitatis Castellis Censur.*

De eadem materia extinctionionis census per novationem ejusque transfusionem in aliud creditum, An ob non implementum reviviscat, itaut fructus debeantur.

**DISC. XVII.**

*Florentina Legati.*

An sub Legato stabilium veniant census, ita ut

**INDEX CAUSARUM**

Hoc titulo de Cambiis, ordine Alphabetico per Diceses dispositus.

<p><b>A</b> Ariminen. literarum cambi, disc. 26.</p> <p><b>B</b> Bononien. cambi, disc. 23. Brundusina Pecuniaria, disc. 43.</p> <p><b>C</b> Camerinen. cambi, disc. 4.</p> <p><b>I</b> Januen. Pecuniaria, disc. 29.</p> <p><b>N</b> Neapolitana literarum cambi, disc. 22.</p> <p><b>R</b> Ravennaten. seu Faventina cambi, disc. 12. Romana Cambii de Bifeis, disc. 18.</p>	<p>Cambii de Monfronis, disc. 9. Cambii de Manucis, disc. 10. Cambiorum de Sabellis, disc. 8. Cambii de Sfortis, disc. 6. Cambii de Vanninis, disc. 15. Cambiorum, disc. 1. Eadem cambiorum, disc. 2. Cambiorum, seu repetitionis, disc. 27. Cambiorum, disc. 32. Seu Tudertina Cambiorum, disc. 31. Census, disc. 16. Continuationis cambi, disc. 19. Excessivæ solutionis, disc. 28. Literarum cambi, disc. 21. Literarum cambi, disc. 33. Seu Bononien. literarum cam-</p>	<p>bii, disc. 20. Seu Mantuana, disc. 35. Seu Neapolitana literarum cambi, disc. 25. Locationis venæ, disc. 24. Manutionis, disc. 3. Partitorum, disc. 14. Pecuniaria, seu cambiorum, disc. 13. Seu Anconitana Pecuniaria, disc. 30. Pecuniaria de Benettis, disc. 7. Pecuniaria de Vecchiis, disc. 11. Sopra la validità de i cambi di Piazza, disc. 27.</p> <p style="text-align: center;"><b>V</b></p> <p>Urbevetana cambi, disc. 5.</p>
--	---	---



istorum Fructus cadat sub dispositione facta de redditibus bonorum stabilium, Et an sub istorum nomine veniant pecunie investitæ super Montibus.

**DISC. XVIII.**

*Romana pecuniaria de Maximis.*

Census consignativi, an importent onus reale fundi censiti, vel potius personale, ad effectum videndi. An donato, vel legato fundo censito, onus census pertineat ad donatorem, vel heredem testatoris, vel potius ad donatarium, seu legatarium.

**DISC. XIX.**

*Romana diminutionis Censu.*

De censu imposito super officio Custodis unius portæ Civitatis, ac emolumentis ex huiusmodi custodia provenientibus, An cesset in toto, vel in parte per huiusmodi emolumentorum cessationem, vel diminutionem, de mandato Superiorum, seu ex alio casu sequentem.

**DISC. XX.**

*Ariminen. census.*

De materia præscriptionis, seu præsumptæ extinctionis census ob longissimam cessationem ab exactione, ac respectivè solutione fructuum.

**DISC. XXI.**

*Romana retentionis.*

An & quando creditori censuario, seu ejus cessionario competat retentio bonorum debitoris pro debito sortis principalis adversus creditores posteriores.

**DISC. XXII.**

*Romana extinctionis census.*

An & quando extinctio census fieri possit per usufructuarium in præjudicium proprietarii, seu ejus, qui vocatus est, per mortem illius, ad cuius favorem sub nomine usufructus de censu per creditorem dispositum fuit.

**DISC. XXIII.**

*Romana fideicommissi de Alicornis.*

De valida, vel invalida extinctione census facta cum hærede gravato in præjudicium vocatorum ad fideicommissum.

**DISC. XXIV.**

*Romana census.*

An extinctio census validè fieri possit cum eo procuratore, cum quo creatus fuit, & qui etiam ad fructuum exactiorem deputatus erat.

**DISC. XXV.**

*Tudertina Censu.*

Malè extinguens censum non servata forma in ipso instrumento censuali adjecta favore tertii, cuius cautela solam sortem principalem respiciat, An teneatur ad illa interfusoria, ad quæ tertius actionem habet contra creditorem, cum quo census extinctus fuit.

**DISC. XXVI.**

*Camerinen. Censu.*

An & quando depositum sortis principalis dicatur bene, vel malè factum pro extinctione census, ita ut ejus periculum cedat damno debitoris, vel respectivè creditoris.

**DISC. XXVII.**

*Romana extinctionis census.*

De validitate, vel invaliditate depositi sortis facti post elapsum bimestre in Bulla *Piana* præscriptum.

**DISC. XXXIII.**

*Romana pecuniaria.*

De extinctione census, ac cessatione fructuum,

ex eo quod creditor efficiatur dominus fundi censiti, Et quid si ex facto merè voluntario desinat ille possideri, An census reviviscat.

**DISC. XXIX.**

*Romana census de Maffeis.*

Cessio census quando dicatur facta translative, vel potius extinctivè, ad diversos effectus, illum præsertim, An in huiusmodi cessione per mulierem, vel alium prohibitum contrahere sine solemnitatibus statutariis, istæ requiratur; Et an hæres debitoris censuarii possit translative acquirere censum.

**DISC. XXX.**

*Imolen. Censu.*

De constitutione *Clementis Octavi* disponente, ut per Communitates imponi non possint census præter formam sibi præscriptam. An procedat in censibus impositis per aliquos particulares, quamvis revera pro Communitate deservientes.

**DISC. XXXI.**

*Sabinen. Censu.*

Imposito censu super fundo alieno, vel incapaci, quem debitor asseruit proprium capacem, absque eo quod creditori de tempore impositionis dictæ incapacitas innotesceret; An sequuta fundi evictione, seu aliâ superventa notitia, quod fundus esset alienus, vel incapax, cesset cursus fructuum, qui in futurum exigi non possint.

**EX SUPPLEMENTO**

**DISC. XXXII.**

*Romana reductionis census.*

An & quando Princeps possit, vel debeat reducere fructuum censuum jam impositorum ad minorem summam, illamque taxare, etiam in futurum.

**DISC. XXXIII.**

*Romana Censu.*

De peremptione census ob peremptionem fundi censiti quamvis postea reedificetur.

**DISC. XXXIV.**

*Romana Censu.*

An ratione falsæ assertionis super pertinentia, vel libertate fundi censiti, qui detegatur non proprius, vel aliis hypothecis, & vinculis obnoxius, fiat locus, nec ne rescissioni contractus & repetitioni sortis; Vel potius admittatur subrogatio alterius fundi.

**DISC. XXXV.**

*Collen. Censu.*

De sanatoria census ob non servatam formam pecunie numeratæ; Et de justificatione clausulæ *Constitutio de vero credito.*

Et an defectus dictæ formæ vitiet totum contractum, vel potius in ea parte, in qua defectus adfit.

**DISC. XXXVI.**

*Florentina census vitalitii.*

De eadem materia, de qua supra, *disc. 9.* an scilicet *Piana Constitutio* super forma creandi census procedat in censu vitalitio, tam respectu formæ pecunie numeratæ, quam respectu fundi certi.

**DISC. XXXVII.**

*Aquipendii census.*

An requisita per Constitutionem *Pianam* quamvis in instrumento census non explicata, justificari possint aliundè etiam per præsumptiones & argumenta, sive ob eorum interventionem in alio instrumento eodem tempore confecto.

DISC.

**DISC. XXXVIII.**

*Mutinen. census.*

An extinctio census fieri debeat in ea præcisa specie monetæ, in qua est constitutus, vel sufficiat deponere æquivalentiam in altera specie monetæ; Et de defectu depositi non integri, an & quando causet illius nullitatem.

**DISC. XXXIX.**

*Beneventana Censu.*

An census extinctio invito creditore fieri possit absque integra oblatione de deposito fructuum ob illorum illiquiditatem, sive ob dilationem datam ad eos solvendum, aut ob aliquam assignationem de eis factam.

**DISC. XL.**

*Albanen. retractus.*

De retractu prælativo competente Creditori censuario in alienatione fundi censiti, an procedat quando census sit malè impositus, Et quando hypothecæ generales reddant fundum incapacem census.

Et an ista prælatio competat cessionario, & post didictam factam à debitore.

**DISC. XLI.**

*Lucana Prælationis.*

De eadem materia, de qua *disc. preced.* prælationis competentis creditori censuario in emptione fundi censiti, an locum habeat in promissione de vendendo; Et in venditione concepta cum pacto resolutorio, sive quomodo alias evitari possit.

**DISC. XLII.**

*Sarzanen. Censu.*

De censu super fundo alieno de consensu domini; Et de istius consensu verificatione.

**DISC. XLIII.**

*Neapolitana Censu.*

An census de cuius initio, sive impositione non constat, sit redimibilis, necne ad præscriptum *Pianæ Constitutionis*; Et an censendus sit potius consignativus, vel reservativus, aut è contra.

**INDEX CAUSARUM**

Hoc titulo de Censibus, ordine Alphabetico per Diceses dispositus.

<b>A</b>	<b>N</b>	Pecuniaria, <i>disc. 28.</i>
Albanen. retractus, <i>disc. 40.</i>	Neapolitana census, <i>disc. 43.</i>	Pecuniaria de Maximis, <i>disc. 18.</i>
Aquipendii Censu, <i>disc. 37.</i>	<b>O</b>	Pecuniaria, seu census vitalitii, <i>disc. 9.</i>
Ariminen. census, <i>disc. 20.</i>	Oppiden. census, <i>disc. 1.</i>	Reductionis censuum, <i>disc. 32.</i>
<b>B</b>	<b>P</b>	Reductionis, <i>disc. 14.</i>
Baren. census, <i>disc. 3.</i>	Perusina census, <i>disc. 15.</i>	Retentionis, <i>disc. 21.</i>
Beneventana census, <i>disc. 39.</i>	Prænestina census, <i>disc. 10.</i>	Salviani, <i>disc. 13.</i>
<b>C</b>	<b>R</b>	<b>S</b>
Camerinen. census, <i>disc. 26.</i>	Romana Censu, <i>disc. 7.</i>	Sabinen. census, <i>disc. 4.</i>
Civitatis Castellii census, <i>disc. 16.</i>	Censu, <i>disc. 24.</i>	Censu, <i>disc. 31.</i>
Collen. census, <i>disc. 35.</i>	Censu, <i>disc. 33.</i>	Sarzanen. census, <i>disc. 42.</i>
<b>F</b>	Censu, <i>disc. 34.</i>	Spolietana, <i>disc. 5.</i>
Florentina census vitalitii, <i>disc. 36.</i>	Seu Terracinen. census, <i>disc. 12.</i>	<b>T</b>
Florentina Legati, <i>disc. 17.</i>	Diminutionis census, <i>disc. 19.</i>	Tranen. census, <i>disc. 2.</i>
<b>I</b>	Extinctionis census, <i>disc. 22.</i>	Tudertina census, <i>disc. 25.</i>
Imolen. census, <i>disc. 30.</i>	Extinctionis census, <i>disc. 27.</i>	Tuscanen. census, <i>disc. 11.</i>
<b>L</b>	Seu Farfen. census, <i>disc. 8.</i>	<b>V</b>
Lucana Prælationis, <i>disc. 41.</i>	Censu de Maffeis, <i>disc. 29.</i>	Urbevetana, <i>disc. 6.</i>
<b>M</b>	Fideicommissi de Alicornis, <i>disc. 23.</i>	
Mutinen. Censu, <i>disc. 38.</i>		

**INDEX ARGUMENTORUM**

**IN DISCURSIBUS**

Qui habentur in Parte Quarta Quinti Libri, de Societate officii.

**DISC. I.**

*Perusina Societatis officii.*

An societatis officii lucro sit locus per mortem ejus, sub cuius vitæ periculo posita est, si de tempore, quo inita sunt, ignaris contrahentibus, talis persona erat graviter infirma, & in subsequente mortis periculo constituta.

**DISC. II.**

*Romana Societatis officii.*

De lucro societatis officii per mortem ejus, sub cuius vitæ periculo contracta est, An & quando

impediatur ob non præstitum fideiussorem, vel aliud non implementum, Et quando istud remissum censetur.

Tempus inite societatis quomodo sit computandum, & quando incipiat. Et an per diversam observantiam solvendi fructus censetur novata prima conventio.

**DISC. III.**

*Romana lucri societatis officii.*

De eadem materia lucri sortis per mortem, quando illi necne defectus implementi.

DISC.

DISC. IV.

Romana nullitatis societatis officii.

An dissoluta societate per mortem creditoris absque eo quod factus esset locus lucro, illa renovari possit cum uno ex duobus hæredibus; Et quatenus id fieri non possit pro rata spectante ad cohæredem absentem, An sustineatur prorata spectante ad eum qui contraxit.

DISC. V.

Romana Renovationis.

Fidejussor debitoris in societate officii, An possit in præjudicium principalis absentis, vel ignari renovare societatem, sive alteram ex integro contrahere, ut priorem dissolvere; Et quid ubi ipsemet fidejussor est etiam creditor, An id agere possit ad proprium commodum.

DISC. VI.

Romana solidationis computorum.

An unus & idem possit esse debitor & creditor societatis officii, & quando id sit compatibile; Inita societate inter officialem & duos creditores insolidum pecuniæ datores, An per mortem unius ex istis societas dissolvatur.

Quando dicatur valida societas inita cum absente, de cuius ratificatione tacite appareat per exactiorem fructuum.

DISC. VII.

Romana nominationis.

An gessionarius societatis officii mutare possit personam, sub cuius vitæ periculo illa currere debeat, ac exercere talem nominandi, seu mutandi facultatem socio cedenti attributam, Et de materia dissolutionis societatis, quando illa sequi dicatur per mortem cedentis, vel per mortem cessionarii.

DISC. VIII.

Camerinensis societatis officii.

An societas officii contrahi possit per eum qui non est officii titularis, sed fructuum emolumentorum reservatarius; Et quid si converso, an contrahi possit per Titularem, ubi alter est fructuum & emolumentorum reservatarius.

Et an idem reservatarius qui societatem contraxit, præstando nudum nomen in gratiam alterius qui pecuniam recepit, ac bonam fidem recognovit, possit ex cessione creditoris officii creditor, ita ut ad ejus commodum continueat, & duret societas.

DISC. IX.

Romana societatis officii.

De fructibus non debendis post dissolutionem societatis per dissolutam; Et de renovatione societatis facta per solum officialem absente creditore; An valeat, & an sufficiat ratificatio tacita & conjecturalis.

DISC. X.

Romana, sive &c.

An in societate officii fructus decursi converti possint in sortem principalem, novam societatem ex eis creando.

DISC. XI.

Romana societatis officii renovate.

An & quando post dissolutionem societatis officii per mortem, vel dissolutam, adhuc debeantur fructus ei, qui dedit pecuniam ad societatem; Et aliqua de tacita renovatione cum hærede; Et an exceptio fructuum male solutorum impediatur processum executivum pro solutione fortis principalis.

DISC. XII.

Compendium materiæ societatis officiorum.

De origine, seu introductione contractus societatis officiorum in Romana Curia adeo frequentis, & usitati; An ille in utroque foro censeri debeat licitus necne; Quid verè, & proprie contineat, & quæ ratio illum sustineat; Et de pluribus ejus requisitis, & quæstionibus in eo cadentibus.

EX SUPPLEMENTO

DISC. XIII.

Farsen. Prædii.

An dissoluta societatis officii fieri debeat tam officiali, quam fidejussori, vel Recognitori bonæ fidei, stante pacto, quod fiat tam uni, quam alteri, & de ejusdem dissolutæ reproductione, & adnotatione in margine instrumenti.

DISC. XIV.

Romana societatis officii.

An & quando mutatio periculi vitæ attendatur, ac impediatur lucrum, quamvis mors prioris personæ sequatur infra terminum quindecim dierum.

INDEX CAUSARUM

Hoc titulo de Societate officii, ordine Alphabetico per Dioceses dispositus.

<p>C Camerinensis Societatis officii, disc. 8.</p> <p>F Farsen. Prædii, disc. 13.</p> <p>P Perusina Societatis officii, disc. 1.</p> <p>R Romana sive, &amp;c. disc. 10. Lucri Societatis officii, disc. 3.</p>	<p>Nominationis, disc. 7.</p> <p>Nullitatis Societatis officii, disc. 4.</p> <p>Renovationis, disc. 5.</p> <p>Societatis officii, disc. 2.</p> <p>Societatis officii, disc. 9.</p> <p>Societatis officii renovate, disc. 11.</p> <p>Societatis officii, disc. 14.</p> <p>Solidationis computorum, disc. 6.</p> <p>Compendium materiæ societatis officiorum, disc. 12.</p>
---	---



JO: BAPTISTÆ  
CARD. DE LUCA  
Libri Quinti Pars Prima,  
DE USURIS, ET INTERESSE.

FIRMANA  
PRO PAITINIS  
CUM BENETTIS.

DISC. I.

Discursus arbitramentalis pro veritate.

De contractu trino, seu de tribus contractibus, societatis, assocationis fortis, & assocationis lucris; An eodem tempore cum eadem persona celebrari possit? Et quid ubi dicti tres contractus non exprimentur, sed datur simpliciter pecunia sub certo lucro? An subintelligantur pro eodem lucro sustinendo.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
- 2 Ex pecunia non dantur accessiones.
- 3 De contractu trino, seu triplici contractu, societatis, & duplici assocationis fortis, & fructuum, quod valeat.
- 4 Non est necessaria explicita conventio dictorum trium contractuum, sed sufficit implicita.
- 5 De conclusione, de qua, n. 3. quod non valeat.
- 6 In materia usuraria, alii que materiis fori externi, Canonistis potius, quam Moralibus est deferendum.
- 7 Dicti contractus ex sensu Rote sustinentur ex intervallo.
- 8 Decisiones Rote non attenduntur in eo, quod dicunt incidenter.
- 9 Minusque allegari possunt pro decisionibus, ubi pendes revisio.
- 10 De conf. 520. Romani, ut sic receptum.
- 11 Expenditur cap. per vestras, de donat. inter vir. & uxor.
- 12 Quando procedat opinio Moralium, de qua, n. 13.
- 13 De differentia inter forum internum, & externum in materia usuraria.
- 14 De differentia inter casum in quo dicti tres contractus explicite deducantur, & quando tacite.
- 15 Major urget suspicio, ubi dicti contractus fiunt super pecunia, quam si super animalibus, & aliis rebus.
- 16 Etiam in casu qua dicta conventio trium contractuum sit licita, requiritur congrua recompensa assocationis.
- 17 An observantia, & consuetudini sit deferendum in hac materia.
- 18 Quando dispositio text. in cap. per vestras locum habeat, & an favor alimentorum in hoc operetur.
- 19 De contractu, per quem dat quis alteri pecuniam ad eam masticandum, & girandum super cambiis.
- 20 Quando sustineantur tres contractus prædicti etiam in sensu Canonistarum.

Antonius Benettus Bergomensis in Urbe negotiator, de annis respectivè 1613. 1616. 1625. & 1640. plures dedit pecuniarum summas Aurelio, & Jo: Baptistæ fratribus de Paitinis pariter Bergomensibus, ejusque ardentibus in Civitate Firmana negotiatoribus; ut illas eorum risico traficantes sibi responderent de lucro ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno; Mortuis autem tam dante, quam recipientibus, inter eorum hæredes orta fuerunt controversiæ super capitulum restitutione, ac respectivè fructibus, seu lucris, prærendentibus hæredibus recipientium, nedum ad aliqua lucra, quæ debenda remanebant, non teneri, verum etiam cum soluti, utpotè usurariis ipsam sortem extinctam esse, potissimè quia supponebatur aliquam notabilem dictæ pecuniæ partem, vel ob decoctionem debitorum, & correspondentium, vel ob alia accidentia periisse, atque ut vulgò inter negotiatores dicitur, jam riscum incurvisse. Unde benevolè agentes, dictas controversias oratenus compromiserunt in utriusque patris respectivè Advocatos pro veritate examinanda, quorum unus ego fui ex parte dictorum de Paitinis electus.

In congressu igitur habito cum altero Advocato electo ex parte creditorum, non dubitabatur de principio in Romana Curia absoluto, quod ex pecunia tanquam de sui natura sterili, nullum lucrum, nullaque accessio percipi potest citra usuram, non dato legitimo titulo lucrorum, seu accessionum justificativo, quo cessante, cum mutuum debeat esse gratuitum, omnisque accessio usuraria dicatur, exindè de plano resultat, ut quicquid in earum causam solutum esset in sortem imputandum sit.

Credebat tamen alter Advocatus adesse titulum dictarum accessionum justificativum, quem trinum Canonistæ, & Morales nuncupare solent, resultantem ex concursu trium contractuum. Primò scilicet societatis, in qua unus ponat pecuniam, alter operam. Secundò assocationis fortis principalis, quam pecuniæ receptor faciat. Et tertio assocationis certi lucris, quam idem receptor, qui pecuniam negotiaturus est, pariter faciat ad tollendas contentiones super rationum redditione, ac lucrorum quantitate; Quam contrahendi speciem licitam esse, quamvis cum eadem persona ab initio, & contemporaneè fiant, post Major. quem omnes in antesignanum allegant, tenent Navarr. in manual. cap. 17. num. 254. & in cap. si generaveris 14. notab. num. 32. & seqq. ubi late hanc opinionem ab impugnationibus Soti, & Cajetani tueri conatur, & sequuntur plene Lessius de just. & jur. par. 2. cap. 25. num. 22. cum seqq. Bonac. de contract. disp. 3. q. 3. punct. 11. num. 2. Dian. par. 1. tract. 8. de contract. resol. 30. De Lugo de just. & jur. disp. 30. num. 40. & seqq. plenè Scaccia de camb. §. 3. glos. 3. n. 36. & seqq. mul-





riculum, solaque conventio continet quandam speciem di-
visionis, seu transactionis super verisimiliter sperato lucro,

Tunc autem istorum trium contractuum simultaneus con-
curfus admittendus videtur, quando secundus affectuati-
onis fortis non est simplex, & indefinitus, ita ut pecuniae re-
ceptor quodcumque periculum, seu riscum in se suscipiat

S U M M A R I U M.

- 1 De varietate, qua dignoscitur in hac materia, & in-
convenientibus exinde resultantibus.
2 De contractu trino.
3 Quibus scriptoribus non sit deferendum.

ANNOT. AD DISC. I.

R Epetendum in hac materia usuraria venit idem, quod
iam alibi pluries insinuat, quod nempe in ea, &
aliis dependentibus, vel connexis, in quibus eadem usura-
ria infectio quandoque cadit, ut sunt cambia, census, & so-
cietates officiorum, de quibus in hoc eodem libro in suis ti-
tulis, ac etiam usurae dotales, & usurae pretii in contractu
emprionis, & venditionis, de quibus in suis respective se-
ditionibus sub tit. de dote, & sub altero de empt. & vend. pra-
dicatur concursus contrarium in eodem subjecto, magna
scilicet facilitatis, & certitudinis, magnaque e converso
difficultatis, & incertitudinis, adeo ista materia, quae de
per se, & in abstracto est omnium forte facilior, atque mag-
is certa habet principia, meam superet capacitatem. Nul-
lus enim Catholicus cuiuscumque sit regionis ultra, & citra
montes, & cuiuscumque fori professor tam spirituales, quam
prophani negat, quod usura sit illicita, omnique iure etiam
divino utriusque veteris, & novi Testamenti damnata,
adeo Pontificia potestas ei non dispenser, quodque positum
mutuo vero, vel interpretativo qualibet accessio sit illicita,
& usuraria iuxta divinum oraculum, mutuum date, nihil
inde sperantes, adeo neque detur parvitas materiae, quo-
ries legitimus titulus refectionis interesse lucris cessantis, vel
damni emergentis non accedat, neque Partium conventio-
nes, ac spontaneae solutiones usuras alias illicitas, reddant
licitas, cum in hoc Partium conventiones, vel confessio-
nes nil operentur, nisi ex post facto quocumque suffocatio-
nis motivo cessante, debitoris ex vera libera, & spontanea
voluntate a gratitudine, vel benevolentia regulata accedat
donatio, vel remissio, atque in his principiis, utpote cer-
tis omnes concordant.

Et tamen, ut patet ex censibus recentis tam hoc tit. quam
in aliis enunciatis de cambiis, censibus, emprione, & venditio-
ne, & dote, & ex tot Rotae Romanae, aliorumque Tribuna-
lium decisionibus, totaque utriusque fori scriptoribus iuri-
stis, & Moralibus adeo magna dignoscitur opinionum scissu-
ra, & praxis, vel stylo-rum diversitas, adeo ut unus, & idem
precisus, ac individuis contractus inter easdem partes, exem-
pli gratia, in Romana Curia reputatur in utroque interiori, &
exteriori foro usurarius, & illicitus; In Regno vero Neapo-
litano, vel in Hetruria, & Liguria, aliisque regionibus, & prin-
cipatibus ejusdem provinciae Italiae intra viscera Catho-
licae religionis reputetur pariter in utroque foro licitus, &
non usurarius, cum etenim eadem in omnibus sit Catholica
religio ex eisdem invariabilibus principiis regulanda, eadem-
que individua sit anima, & conscientia, non videtur quo-
modo possunt simul stare, ut qui in uno loco accessiones re-

cipit, in statu peccati, ac dampnatos centeri debeat, in
altero autem ob eandem in statu salutis.

Quando etenim ista varietas consistit in iis, quae facti
sunt, non autem juris, puta quod, exempli gratia, in dicto
Regno Neapolitano, aliisque enunciatis principatibus, & re-
gionibus, ac similibus requisita iustificativa interesse lucris
cessantis, vel damni emergentis, utpote in ea regione nota-
ria, & habenda pro iustificatis non egeant illa speciali, & ex-
pressa probatione, quae in Romana Curia, istoque principatu
Romano necessaria reputatur, adeo ut confuetudo, vel stylus
versetur circa temporalitatem facti, tunc ista diversitas etiam
compatibilis, ac practica, quando tamen personarum, &
contractuum, aliarumque conventionum accedat etiam di-
versitas, quoniam in contractu inito in una regione, cum il-
lius consuetudine, ac stylo procedendum sit, in altero autem
ejusdem generis, vel speciei in omnibus simili, sed inito in
diversa regione, in qua cum diversa vivatur opinione, diver-
simodè procedi debeat; Sed punctus imperceptibilis est in
uno eodemque contractu, vel actu ejusdem loci, earumdem-
que personarum; quod si contingat de illo agi in una Curia
judicetur albus, & si in altera niger, adeo ut accidentaliter com-
petentia fori iustitiam negotii principalis, ac substantiam rei
immutet etiam apud interni fori principes, hoc etenim in-
genue fateor, quod meam superet capacitatem, meisque in-
tellectus non percipit.

Exinde vero manant extrema vitiosa, quoniam in illis
principatibus, & regionibus, in quibus dicta requisita lucris
cessantis, & damni emergentis, utpote habenda pro noto-
riis non indigent iustificatione speciali, totum remissum vi-
detur libertati contractuentium, adeo ut in hac materia usura-
ria iuris theoreticae remaneant ideales, & in abstracto pro-
scholis, & academiis, vel circularis, in praxi autem, vel in
concreto non sit verificabilis casus usurae, & illicitae; Et e-
converso in illis principatibus, & regionibus, in quibus eor-
undem requisitorum iustificationis desideratur iuxta
illam formulam, quae vulgo tribuitur Paulo de Castro, ma-
teria redacta sit ad meram formalitatem verborum, adeo ut
longè melior sit conditio verborum, & callidi foeneratoris,
qui usurarum cupidus talem formulam verbalem, & caerimo-
nialem diligentissime adimplere satagit, quam fir proborum
virosum, vel mulierum in simplicitate, ac bona fide am-
bulantium cum veritate naturali, idèoque mirandum est,
ut ii ad quos pertinet, ad hæc non advertant, certamque
formam, ac taxam statuunt, ut ita tollantur tot cabalæ, &
disputationes, & conscientiarum illaqueationes.

Præ caeteris autem id sequitur in puncto contento. In hoc
disc. i. in quo agitur de contractu trino poene ideali, ut in eo
advertisitur, de illo autem alia non superest occasio agendi;
Et quamvis pro moderno elaborato collectorio stylo multa
desuper cumulet, vel involvat Siculus Pilaja in quibusdam
ejus privatis collectionibus, quibus nescitur cum quo funda-
mento, decisionum titulum dedit tom. 1. lib. 2. de u. s. r. &
camb. n. 19. & tom. 2. eod. lib. 2. de u. s. r. perit. 10. n. 9. &
seqq. At tamen ut in ipso discutitur dicitur, theoreticæ generales
ideali, ac in abstracto sunt veræ, sed difficultas est in earum
reductione ad praxim; atque in isto præsertim Scriptore ex-
pertus sum super hoc puncto præciso, id quod scipius in aliis
agnovi, præsertim verò in Moralibus, & in aliquibus etiam
Canonistis, & Legistis Cathedralicis, vel aliis magnorum
tribunalium, magnarumque Civitatum, & negotiorum pra-
xim non bene callentibus, quod scilicet cum magno labore,
summaque patientia, & quandoque etiam cum ingenio, & etu-
dione theoreticè multa bene scribunt, sed quando interro-
gantur de applicatione, & praxi, nec quidem super faciem ne-
gotiorum percipiunt, Cum etenim iste Scriptor post jam edi-
ta dicta opera ad Curiam accessisset, ubi obiit, atque meum
studium frequentaret, quando ego admittendo conclusionibus,
& theoreticas tanquam veras, eum interrogavi, quod reduceret
rem ad praxim, ac ostenderet casum, vel exemplum, in quo id
esset adaptabile, nescivit quid diceret.

TUSCULANA SOCIETATIS,
SEU LOCATIONIS.
PRO DESIDERIBUS, ET FRATRIBUS
DE FANFONIS,
CUM DOMINICO PERSIANO.
Casus disputatus coram A. C.

De Bulla Pii V. super prohibita societate animalium
ad capitale saluum, an & quando locum habeat,
necne;

necne; Et de eodem contractu trino, seu con-
tractuum trium, societatis, affectu-
rationis fortis, & assecurationis lucris, quando
substineatur. Et quid in contractu locationis in
quo conductor suscipiat in se casum, seu pericu-
lum rei locatae.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 De Bulla Sixti V. contractus ad capitale saluum, &
num. 10.
3 De contractu per quem dentur animalia estimata, sub
pacto restituendi estimationem infra certum tempus
cum accessione, & n. 5. & 11.
4 Animalia possunt locari ac deduci in contractum loca-
tionis.
5 Declaratur conclusio, de qua, n. 3.
6 De ratione ob quam congruum est conductorem suscipere
in se periculum rei conductæ, ubi agitur de animalibus,
& similibus bonis.
7 An in contractu super animalibus deferendum sit usui,
& de differrentia ubi contractus est super pecunia.
8 De pacto per quod conducens equum a vetricino suscipit
in se periculum.
9 Quando dicatur adesse congrua recompensa periculi.
10 De Bulla Sixti V. de qua, n. 2.
11 De conclusione, de qua, n. 3.
12 An & quando in contractu locationis adsit usura.

D I S C. II.

H ABENTES Fanfonii in Oppido, seu Castro Montis
Compatrum quinque currus, quorum singulis assi-
gnata erant duo juga bovum, ad effectum vehendi sub con-
ducticia mercede vicualia aliaque bona, ita ut essent in to-
rum boves 20. dictos quinque currus ita instructos, seu, ut
ibi dicitur, quinque feras, sub asserione, quæ vera & ju-
stificabilis supponebatur, quod locando singulis diebus &
temporibus ad proprium commodum, detracto sumptu fa-
mularum, seu operatorum ad id necessarium, sive dan-
do ad simplicem societatem alteri, qui solam operam po-
neret, juxta commune experimentum reportarent utilita-
tem in scitis 60. circiter quolibet anno pro singulis curribus
vel feras; iniiit cum Dominico Persiano contractum tri-
num, ita à Notario expressè nuncupatum, per quem di-
ctos currus, seu feras illi locavit ad quinquennium, prævia
tam bovum, quam currum estimatione ad rationem scu-
torum 128. circiter pro qualibet fera, sub pacto, ut fini-
to dicto termino, conductor ea restituere deberet, in statu
ramen ejusdem valoris cum obligatione supplendi dimi-
nutionem ex morte animalium, vel alia deterioratione resul-
tantem; & converso autem augmentum ipsius conductoris
commodo cederet, atque intuitu hujus periculi dere-
riorationis per conductorem suscepti, illa locatoris veri-
similis utilitas, quæ aliis in casu simplicis locationis, vel so-
cietatis sub suo periculo futura esset scutorum 60. circiter,
remaneret solum scutorum 20. dimisso reliquo ad commo-
dum conductoris in compensationem dicti oneris; Cum-
que dicto quinquennio elapso, locator urgeret pro restitu-
tione currum & animalium, seu estimationis, dum suppo-
nebantur ea partim mortua & partim distracta esse, condu-
ctor opposuit de integra restitutione fortis, cum dicta
pensione scutorum centum singulis annis in causam dictæ
conventæ pensionis ad rationem scutorum viginti pro qua-
libet fera sequuta, quasi quod ob hujusmodi contractus in-
fectionem ac usurariam qualitatem, totum id quod solu-
tum est, in fortem cedere deberet; Et introducta causa cor-
am A. C. scribentes pro conductore reo convento, pro hu-
jusmodi prætensionis comprobatione, allegabant primò
Constitutionem 45. Sixti V. registratam etiam per Leotar. de
usuris q. 31. n. 10. per quam prohibentur, nedum societates,
sed omnes & quicumque contractus & conventiones, quibus
mediantibus, dentur animalia, vel alia bona estimata sub
pacto ea restituendi ejusdem valoris, ac interim præstandi
certum & determinatum lucrum, & qui contractus vulgò
dicitur ad caput saluum.
Et secundo in communi traditione Moralium, de quibus
Leotar. eod. q. 31. n. 7. ubi allegantur Conradus, Azorius,
Filiuccius, Rebell. Molphes. & caeteri, quod si dentur ani-
malia estimata pastoribus, vel rusticis, sub lege restituendi æ-
stimationem infra certum tempus, cum certo lucro interim
præstando, contractus dicatur usurarius, quoniam itante
Card. de Luca, Lib. V.

astimatione ex quocumque casu non alterabili, verè & pro-
priè occultati dicuntur duo contractus, unus emprionis &
venditionis animalium pro eo pretio, alter verò muris im-
pliciti, seu interpretativi ejusdem pretii sub accessionibus
ratione dilationis, vel temporis.

His tamen non obstantibus, Ego privèquam hujusmodi
disputatio assumetur, ex parte dicti locatoris consulens di-
cebam, prout in causæ disputatione deinde repetebam, hu-
jusmodi questionem esse pro meo iudicio, potius facti quam
juris, proindeque certam regulam, ac determinationem dari
non posse, sed illam ex singulorum casuum particularibus
circumstantiis pendere. An scilicet major fructus, seu utili-
tas rei locatae, qui conductori remittitur, adæquet necne
pretium dicti periculi, seu assecurationis, cum de reliquo
non versaremur in contractu trino, seu concursu trium con-
tractuum societatis, assecurationis fortis, & assecurationis
lucris, ut aliis primo aspectu credebam, ac etiam creditis
Notariis ita in instrumento hunc contractum trinum vo-
cando.

Siquidem verè & propriè iste erat contractus locationis &
conductionis, qualem partes expressè ac principaliter di-
xerunt, licet Notarius se involvendo, dictum alium termi-
num contractus trini quoque adhibuerit, dum animalia &
currus data non erant ad liberum usum, liberamque dispo-
sitionem recipientis, quia conventum erat, eadem restitui de-
bere, cum sola obligatione supplendi decrementum, & sic
erat locatio, & conductio qualem partes expressè dixerunt,
neque dubitatur animalia in contractum locationis deduci
posse, ut admittunt Conradus & caeteri Morales supra alle-
gati, & firmavit pluries Rota præsertim dec. 126. post Zac-
chiam de obl. cam. & apud Dunozi. dec. 54.

Solumque hujus contractus natura sic alterata dicitur,
quod quemadmodum periculum casus de jure est locatoris,
ita transfundatur in conductorem, quæ alteratio ubi agitur
de locatione animalium, vel aliarum rerum usuatum, quo-
rum pretium promptè haberi potest, de facili contrumpit con-
tractum, illumque transfundat in mutuum interpretativum,
& successivè usurarium ita sub hoc vocabulo palliarum, juxta
doctrinam Bart. in l. si ut cervo, §. nunc videndum ff. commo-
dati, Caroc. de locato, qu. 9. Roderic. lib. 2. qu. 3. num. 64.
Leotar. quest. 36. nu. 25. Atque in idem conferunt dictæ alia
authoritates, de quibus Leotar. dicta quest. 31. n. 7. de con-
tractu venditionis, seu dationis animalium sub obligatione
restituendi estimationem infra certum tempus cum acces-
sionibus ut supra.

Verum dicta propositio fallit, ubi consueta pensio, seu
rei locatae utilitas verisimiliter sperata adeo diminiuit, quod
lucrum ratione dictæ diminutionis à conductore reportan-
dum, dicatur congrua compensatio dicti periculi, sive con-
gruum pretium assecurationis, cum tunc id nullo jure prohibi-
bitum videatur, ut in specie advertitur per Ugolinum de
usuris, c. 54. n. 3. Molin. de contract. disp. 417. n. 15. cum qui-
bus pertransit Leotar. dicta q. 36. n. 25. & admittitur in dicta
dec. 54. Dunozzetti, Atque videtur opinio multum probabi-
lis ratione subjectæ materiae. Cum enim agatur de animali-
bus ad certum laborerium, seu fructum destinatis, in qui-
bus frequentius peremptio, vel deterioratio pendere solet,
vel à modica diligentia conductoris, seu custodis & opera-
rii in illis nutriendis & gubernandis, vel ab immoderato utu,
ob nimiam aviditatem magis quam ut par est exfructando,
atque justificari de facili non possint hujusmodi culpæ, pro
quibus conductor alias etiam de jure teneretur, cum ipse
præstare debeat nedum latam & levem actione locati, sed
etiam levissimam saltem in committendo actione legis Aquili-
æ ex deductis apud Greg. dec. 528. n. 9. cum aliis in Roma-
na incendiis, & in Bononiens. mercium, & in aliis in sua
materia sub tit. de locato.

Hinc proinde cum dictæ culpæ, utpote satis difficilis ac
mortaliter impossibilis probationis, convinci non valeant,
rationabiles, ac subjectæ materiae adaptatum videatur dictum
pactum susceptionis periculi per conductorem, dummodò
æstimatio periculi, quod provenire potest à casibus fortuitis,
& citra culpam remaneat congruè compensata; Idèoque, ut
dictum est, questio remanet potius facti quam juris, ex ip-
sius facti circumstantiis prudentis iudicis arbitrio decidenda;
inspecta qualitate personarum, ac bonorum, & temporum,
ex quibus conjiendum sit, an id in fraudem & pallium usura-
rum ita conventum sit necne.

Potissimè verò in hac specie magnificanda venit ea
circumstantia, quæ in proposito contractus trini, seu trium
contractuum intervenientium inter datorem & recepto-
rem pecuniae ad negotiandum magnificatur per Morales, 7
A 3 pro

pro meo autem sensu nullius, vel modici momenti, ut habetur in *Firmiana disc. precedenti*, ob longam differentiam militantem inter contractum, in quo intervenit pecunia de sui natura sterilis, & cuius contractio importat mutuum proprium & verum, neque in ea cadit contractus locationis & conductionis; Et animalia, vel alia bona mobilia, in quibus dicitur contractus locationis & conductionis cadit, ille vero mutui solum intrat improprie & interpretative ob pacta alterativa contractum corruptentia. Fortissimè vero ob dictam rationem subjectæ materiæ congruam, ut scilicet ita conductor, sciens periculum esse suum, magis diligenter invigilet, nequæ in custodiendis, & gubernandis animalibus, & abstinendo ab indifferento usu, indifferenteraque exfrustratione, sed etiam in curando eorum præservationem à casibus fortuitis.

Unde propterea, ut praxis etiam docet, quando dantur equi, aliæque animalia ad vecturam sine interveniu ipsius vecturini, vel ejus famuli, ad discretionem conductoris, præsertim ad longum tempus, vel pro longo itinere, tunc neque incongruum, neque damnabile videtur pactum, per quod conductor suscipiat in se periculum cujuscumque casus, cum obligatione restituendi animal in eodem statu & ejusdem valoris juxta æstimationem concorditer factam, dummodo pensio consueta ita diminuat, quod congruè compensatum remaneat dictum periculum ex judicio peritorum ac usui communi, & dummodo actus verè & sincerè ita fiat cum verè itineraturo, seu aliis animalia ad vecturam usum habituro, secus autem si talis contractus fiat cum eo, quem domino animalis confert talem usum habituro non esse, sed illico venditurum pro habendis pecuniis, & tanquam per speciem stocchi, ut frequens praxis docet, idè quæ totum pendet ex facti qualitate & circumstantiis, atque in hoc sensu capiendus est usus communis, non autem in eo, de quo d. *disc. preced.*

Applicando igitur ad rem, contractus verè ac sincerè initus fuit cum illo, qui dicitur curibus & animalibus verè usurus erat pro illo exercitio, in quo ipse erat peritus, ut etiam plurium annorum observantia comprobavit, atque talis est communis usus regionis, tam in isto, quam in aliis castris & locis adjacentibus; Unde propterea difficultas unice restringebatur ad circumstantiam congruæ compensationis suscepti periculi, ac illius deteriorationis animalium & currum, quæ ex ipso labore et usu naturaliter contingit; Atque retento dicto præsupposito quod ipso locatore dicta animalia cum famulis & operariis ad proprium commodum & respectivè periculum retinente, probabiliter percepturus esset annua scuta 60. pro quolibet curru, seu ferra, dum sola tertia parte hujusmodi utilitatis contentus fuit, duas reliquas partes dimittere conductori, reportaret iste ultra lucrum proprii laboris, & industriæ utilitatem scutorum 40. singulis annis pro quolibet ferra, itaut spatio quinque annis obtineret scuta 200. excedentia ferè in duplo valorem in forte principali, quæ erat scutorum 128. cum spe, quod stante ejus diligentia in bene custodiendis & gubernandis animalibus, & curribus, eorumque moderato usu, restitutionem bonorum locatorum absque detrimento, vel modico facere posset; Et qui contrahendi modus practici etiam solet in locatione suppellectilium domus, quod scilicet, ad effectum, ut conductor illis bene utatur, & non abutatur, convenitur quod in se suscipiat casum peremptionis, vel deteriorationis, sub diminutione tamen consueta pensionis, dummodo diminutio sit congruè compensativa oneris, atque concurrat dictum alterum primatid necessarium requisitum sinceritatis & bonæ fidei, quod nempe non sit pallium, seu color quaesitus, dando bona sub titulo locationis illi, qui verè simpliciter usum habiturus non est, neque conductoris personam gesturus, sed potius emptoris, ut illico revenderet per speciem stocchi, seu civitatis, &c.

Hinc proinde dicebam non ob stare ea quæ ut supra in contractum ex parte conductoris deducebantur; Quatenus enim pertinet ad *Constit. Sixti VII.* ut advertitur d. *disc. precedenti* ex declaratione ejusdem Pontificis ore tenus facta, de qua testantur *Scortia Justinianus*, & ceteri collecti per *Leontat. d. qu. 31. n. 13. circa finem*, & per *Carleval. de judic. 10. d. disp. 7. n. 22.* illa non capit casus, in quibus ex magis communi & recepto Canonistarum & Theologorum sensu actus reputetur licitus, ut firmatur occasione contractus trini, societatis scilicet, & duplicis assicurationis fortis & fructuum, d. *disc. preced.*

Et quoad aliud objectum infectionis hujusmodi contractus super animalibus, dicebam id procedere, quando animalia dantur rustico, vel alteri ad liberum & indetermina-

tum usum, liberamque dispositionem absque conventionem illa conferyandi & restituendi statuto tempore, cum tunc verè & proprie inesse dicatur dicitur implicitus contractus emptionis, & venditionis habita fide de pretio sub usuraria accessione ratione dilationis & temporis, & in his terminis loquuntur superius allegati, secus autem ubi dicta circumstantia cessat; Idè quæ advertebam conclusionem esse veram in abstracto, sed cessare applicationem in concreto, & ad casum, eodem modo, quo in contractu trino, de quo *disc. precedenti*, quando dantur pecunia, vel merces, iidem Morales ac alii etiam Canonistæ & forenses illum sustinentes, ut ibi, concorditer admittunt; secus dicendum esse, quando datur pecunia innotesceret illum, qui pecuniam, vel merces suscipit ad negotiandum, non esse negotiatorem, neque negotiatorum fore, sed accipere ut venderet, ac pretium aliis usibus applicaret; Et ex qua ratione plures idem inferunt in materia cambiorum; quoties ille, qui pecuniam recipit ad cambium, verè non est cambiaturus, seu literas in pecuniis, vel plateis non impleturus, licet hoc contineat æquivocum illorum, qui materiam parum callentes non distinguunt cambium directum ab obliquo, ut in sua materia *sub tit. de Cambiis pluribus.*

In proposito item usuræ cadentis in contractu locationis, plures id mihi disputandum contigit, præsertim coram A. C. in una Neapolitana pro Baptista Rubes cum N. Græco; Cum etenim dicta mulier locasset dicto Græco quadam suppellectilia sub mensura pensione, dictusque conductor diu in istius contractus perseverantia obdormisset, pulsatus deinde ad restituenda ipsa bona cum pensionibus decursis & non solutis, excipiebat de usura, deducendo valorem ipsorum bonorum de tempore consignationis, atque calculando intermedias pensiones, quasi quod ita pecunias in hujusmodi mobilium emptione erogata importaret magnum lucrum ultra 100. pro 100. Quod etiam vidi oppositum per aliquos conductores suppellectilium adversus hæbreos ex auctoritate *Farinac. conf. 162. lib. 2.* Verum hujusmodi prætensiones semper rejectæ fuerunt, & merito, quia ubi cessat mutuum verum, vel interpretativum, non intrat usura, ut in dicto casu postro per *Farinac.* & contra per eum scripta decisum fuit per *Rotam dec. 490. part. 2. rec.* In his etenim bonis mobilibus, quæ usu consumuntur, vel atteruntur, & quæ in dies & horas subjacent periculo peremptionis, contractus locationis, & conductionis intrat pro pensione, quæ in uno anno ipsius rei valorem excedat, & tamen non per hoc intrat usura, ut videmus in equis & mulis, qui in dies, hebdomadas, vel menses dantur ad vecturam, quia si calculatur quantum importat vectura cujuslibet diei, utique conductore diu in animalis conductu usu contingente, fructus, seu pensio superat etiam in duplo, & triplo valorem ipsius animalis de tempore initii contractus, sed non bene intrat dictus calculandi modus ab eventu, quia poterat ipsum animal perire ipsamet prima die, atque locator pro modico emolumento pensionis unius diei totam sortem amittere. Et ex qua ratione habemus, quod in vitalitiis non de facili concludi potest lésio, ex iis quæ habentur deducta in *Romana locorum montium de Oricellariis sub tit. de Regalibus, disc. 30.* ac etiam in *Romana, seu Albanen. vineæ sub tit. de donationibus*, & alibi.

Tunc autem, ut supra, in contractu locationis, & conductionis, intrat fœnoris & usuræ suspicio, quando hujusmodi bona mobilia, vel se moventia, peremptioni, vel deteriorationi subjecta, de tempore locationis æstimantur, cum obligatione conductoris finito contractu, restituendi eadem bona in eodem valore, seu statu quo consignata fuerunt, itaut periculum peremptionis, vel diminutionis sit ipsius conductoris, cum tunc adesse videatur implicitum, sive interpretativum mutuum in ea pecunia, quam importat illorum bonorum æstimatio, ita sub hoc pallio initum ad fraudandas usuras, nisi lucri notabilis diminutio ex parte locatoris, ac respectivè notabile lucrum speratum per conductorem dici valeat congrua merx, seu justum pretium periculi, quod conductor in se suscipit, aliæque facti circumstantiæ concurrant, deprivatam fœnerandi intentionem excludentes, juxta casum, de quo in *hac Tusculana*, unde propterea ut supra dictum est, quicquid sit de foro interno, in quo apud Deum animus, & propositum distinguunt maleficia. In foro tamen externo hujusmodi sunt questiones potius facti quam juris, uniformem generalem regulam non admittentes, sed juxta singulorum casuum particulares, ac individuas circumstantias pro prudenti arbitrio decidendæ; Atque ad id, ut insinuatum est, satis confert communis usus, eaque circumstantiæ, quod actus fiat publicè & palam, cum

Eum id arguat bonam fidem & sinceram intentionem, ut è converso clandestinitas magnum inditium est deprivatæ intentionis fœnerandi, ut advertitur in *Savonen. disc. 12.* Multa enim prohibentur clam & occultè fieri, quæ ubi publicè & palam fiunt, bonam fidem arguunt, ac licita reputantur; Ut ex. gr. habemus in creditorè prohibito sub confictio nomine alterius emergere pignus ad *tex. in l. Et qui sub imagine, C. de distraktion. pignorum*, & tamen non prohibetur publicè, & palam tanquam quilibet tertius licitare, ut in sua materia *sub tit. de credito*; Et etiam in tutore, vel alio administratore prohibito emergere bona pupilli, seu alterius sub ejus administratione viventis, & tamen publicè, & palam id fieri potest, cum similibus; Atque ut supra magna circumstantia est illa, quod non differant sagax, & deprivatus negotiator, à simplici, & sincero contrahente, quæ vitæ modus contrahendi est ex consuetudine uniformis, dum ita cessat circumventio, vel suffocatio, quæ videtur usuræ consueta, & quodammodo essentialia requisita. Atque exinde resultat videntur in hac præsertim usuraria materia tor Juristarum, ac Moralium disentiones, ac æquivoçæ, quoniam cum doctrinis, & propositionibus generalibus procedi solet, illas indefinitè cuicumque casui applicando, quod continet errorem manifestum, quia singulorum casuum particulares circumstantiæ eorum agunt, istamque materiam regulant.

ANNOT. AD DISC. II.

DE contractu societatis animalium, aliarumque rerum ad capitale salvum, & de intelligentia Constitutionis Sixti Quinti agit in hoc *disc.* ac etiam infra *disc.* 40.

ROMANA NAUTICI FœNORIS PRO DOMINICO PIGNATELLO CUM PETRO.

Casus decisus per Cameram pro Dominico.

De nautico fœnore, seu cambio maritimo, quando & quomodo subsistat, necnè, ad materiam & intellectum text. in *cap. naviganti de usuris*; Et quando dicatur continere societatem, & sic contractum diversum ab illo, de quo in *d. cap. naviganti*.

SUMMARIUM.

- 1. Facti series.
- 2. Nauticum fœnus damnatum est de jure canonico.
- 3. Conventio practica inter exercentes artem, seu negotiationem maritimam, quæ vulgò dicitur cambium maritimum importat potius quandam societatem, quàm nauticum fœnus.
- 4. Dicitur societas non ob stare taxa certa fructuum.
- 5. In rebus dividiis cessatio in parte non facit cessare contractum in totum.
- 6. Societas potest substantiari super uno officio, vel super una navi, sed periculum distribui super pluribus personis, vel navibus.
- 7. De opinione Moralium super mendo a impressione cap. naviganti.
- 8. Quare in foro externo Moralibus deferendum non sit.
- 9. Reprobatur opinio, de qua, n. 7.
- 10. De tempore quo edita sunt Decretalis. in cap. naviganti.
- 11. De alio intellectu dicta Decretalis, ubi non ratioue mutui, sed sola ratione periculi, sed rejicitur.
- 12. De ratione differentie inter forum internum, & externum.
- 13. An possit remitti offensa, & diligi inimicus quoad Deum; & tamen prosequi vindictam judicis.

D I S C. III.

DEdit Petrus quandam summam pecuniariam Paulo piscatoriam artem exercenti super ejus navi piscatoria, vulgò *Tartana* nuncupata, sub illo contractu, qui in locis maritimis, & inter maritimam vitam, ac negotiationem agentes cambium maritimum nuncupatur, sub conventionem accessionum, seu fructuum ad rationem 30. pro centenario, diviso periculo, tam super dicta navi, quam super altera, quæ ad satis breve tempus vi tempestatis perit. Hac autem peremptione non obstante, per aliquos annos fructus integrè soluti fuerunt, pro reliquis verò plurius annorum

spatio decursis, ob dicti Pauli principalis debitoris defectum, creditor pulsavit Dominicum, pro dicto Paulo, in solis fructibus, non autem in forte fidejubenit, atque à judice Riparum mandatum executivum obtinuit, à quo introducta per appellationem causa in Camera, per istam ad favorem Dominici appellantis, pro quo Ego in hoc Tribunali solum scribendam, prævia magna discussione, congrua potiùs ratione articuli, quam summæ, prodit resolutio pro dicti mandati infirmatione.

Quæ resolutio mihi, ad solam veritatem reflectenti ex facti circumstantiis, visa est omninò justa, & probabilis, ob clarum inevitabile dilemma; Aut enim iste contractus dicendus est nautici fœnoris juxta terminos *textus in cap. naviganti de usuris, & in l. 1. & 100. tit. Cod. de nautico fœnore*, & tunc dicendus est infectus, & usurarius, justa claram, & literalem dispositionem text. in *d. cap. naviganti*, per quem, correctam esse dispositionem juris civilis in *d. l. 1. & 2. & 100. tit. C. de nautico fœnore*, concors est Canonistarum, ac etiam legistarum sententia, ex collectis per *Leontat. de usuris, q. 3. nu. 11.* & latè *Fagnan. in repet. ejusdem cap. naviganti*, qui hanc materiam tractat, ibique videri possunt concordantes frustra transcribendi.

Aut juxta benigniorem opinionem, quam veriorem dicit *Fagnan. ibid. n. 28. & 29.* mihi etiam ardentem, Tum ratione salvandi contractum à labe usuraria, eumque sustinentem, Tum etiam ratione communis usus, iste dicendus est contractus societatis, in quo super arte, seu industria maritima, unus ponat pecuniam, alter verò navem & operam, qualis propriè erat casus controversiæ, quoniam exercentes hujusmodi artem piscatoriam ut plurimum non habentes modum habendi res, aliæque instrumenta necessaria, aliòsum sumptus præparatorios faciendi necessarios ad futurum piscationis lucrum, quibusdam anni partibus, seu temporibus majus quàm in aliis reportandum, neque invenientes creditam pecuniam ob periculum, cui eorum naves, & personæ quotidie subjacent, alium non habent modum, quam istum, accipiendi scilicet pecuniam ad societatem futuri lucri sub periculo fortis, ad instar societatum officii, quamvis corrupto vocabulo iste contractus, vulgò dicatur *cambium maritimum*, quia verè isti termini non intrant, intrantes solum in pecunia nautica trajectitia, in qua propriè cadit nauticum fœnus, de quo d. *titulo Codicis*, & in qua pecunia propriè hujusmodi contractum intrare sentiunt plerique, præsertim Morales, de quibus infra, & apud *Fagnan. in eod. cap. naviganti*, & qui societatis contractus ut infra licitus est.

Non obstante taxa, seu conventionem certæ & determinatæ summæ fructuum, seu accessionum; id enim non advertatur dicto contractui societatis, neque usuram continet, quoties tamen summa sit congrua & verisimilis, quoniam juxta ea, quæ recepta habemus in materia societatis officiorum, ad tollendas lites & controversias inter socios singulis quibusque annis, vel temporibus super redditione rationum, ac verificatione certæ quantitatis lucrorum, permittitur ista conventionalis taxa ab initio, quoties ut dixi, est justa & verisimilis, per quamdam speciem transactionis super futuro lucro incerto, quod potest esse magis & minus, juxta decisionem. 70. *Cocchini* passim receptam, cum aliis, de quibus in *Firmiana & Tusculana discursibus precedentiibus*, in proposito contractus trini, societatis scilicet, & duplicis assicurationis fortis & fructuum, seu lucri, quoniam tota difficultas est in contractu medio, assicurationis fortis, iste verò tertius cum primo passim admittitur, juxta magistras decisiones *Mertini*, ac etiam aliàs in *Mediolanen. cambiorum coram Lancelotto* ibidem allegatas.

Retenta verò ista specie contractus, ob peremptionem unius ex duabus navibus, super quibus periculum distributum erat, factus erat lucro medietatis fortis, unde contractus durabat solum respectu alterius medietatis super altera navi adhuc existente, ex eo quod non refragante partium voluntate, cum agatur de materia dividua, in qua tantum affert utilitatem totum respectu totius, quantum pars respectu partis, cessatio in parte non facit cessare contractum in totum, juxta plenam, ac magistralem decisionem in specialibus terminis societatis officii coram *Mertino dec. 69.* aliàs *dec. 454. par. 4. rec. tom. 2. cum concor.* & in terminis censuum per *Cenc. de censib. q. 1. 10. Mertin. dec. 822.* Adden. ad *dec. 452. par. 4. rec. tom. 2.* quia sicuti stant bene simul societatem officii contrahi cum officiali super uno officio, distributo periculo super duabus vitis distributivè, pro medietate scilicet super qualibet, ita non implicat istam societatem contrahi cum nauta, seu piscatore super ejus navi, quæ sit societatis subjectum in ordine ad lucra cum ea faciendâ, &

tamen periculum fortis super pluribus navibus distribui.

Et consequenter ex tempore peremptionis dictæ alterius navis, fructus exigi non poterunt, nisi pro sola medietate, ob alterius medietatis lucrum jam sequatur, ac successive integri fructus exacti, vel rigorosius agendo, tanquam illi citi & usurarii: jure imputationis ipsam sortem extinxerant, vel saltem absorbebant fructus non solutos alterius medietatis, super quibus erat questio.

Quia verò scribentes pro auctore in duplici disputatione habita in Camera, conabantur sustinere contractum, etiam in terminis nautici fœnoris; non obstante dispositione dicti text. in cap. naviganti, & communi traditione Canonistarum ibidem, innixi opinioni plurium Moralium, de quibus apud omnium laicius de materia agentem, modernum moralem Giballinum de usuris, lib. 2. cap. 4. art. 3. num. 25. ubi ex Gudellino, & aliis allegatis, fitmat dictam Decretalem esse potius mendosam, quasi quod ex errore impressorum omitta esset dictio negativa, ut scilicet quemadmodum dicitur usurarius est censendus, dicere debeat oppositum, quod usurarius non est censendus, quam etiam opinionem refert collector Barbosa ad eandem decretalem, n. 2.

Ideo super hoc, abique præjudicio reverentiæ debitæ præfatio, docto quidem, & ingenioso viro, dicebam, ista præsertim esse mortua, ex quibus, juxta ea quæ habentur in Firmana, hoc tit. disc. 1. & in Romana cambiorum, sub tit. de cambiis, disc. pariter 1. & sub tit. de societ. offic. in relatione, ac alibi, in mea sententia in foro externo, vel nihil, vel parum Theologis, seu Moralibus defendendum videret, illis tamen plenum locum relinquendo in altero foro interno, ex rationibus in dictis locis deductis, cum innixi soli qualitati intentionis, quæ in foro interno omnia regulat apud Deum judicantem in corde, pleraque assumunt quæ in foro externo, in quo de intrinsecis non judicatur, nullo pacto sustentabilia sunt, ut præsertim est istud assumptum, ob quod rectè dici posse videtur, crimine ab uno &c.

Siquidem non solum obstat naturalis discursus, quod Decretales, non unam, sed multas habent, in plerisque diversis locis, diversisque temporibus impressiones, unde si primæ, vel aliquæ istum errorem continebant, aliæ emendationes & diligentiores illum corrigere potuissent; Ac etiam obstat altera ratio moralis, quod scilicet ita esset destruere necessariam legem & canonem auctoritatem, si juxta interpretationem & sensum, hujusmodi mendos admittere debetemus, atque addere, vel delere dictiones, & verba, ex quibus resalter totum oppositum ejus, quod in ipsa lege, seu canone continetur.

Verum etiam quia hujusmodi methodorum sensus ad evidentiam convincitur de errore, ne modestæ gratia dicam de inducta temeritate, quoniam dicta Decretalis composita fuit per Gregorium IX. de quo tempore erat jam Cardinalis, doctissimus Canonista Innocentius, prius etiam per alios Prælatum gradus in Curia veratissimus, dum fuit ejusdem Gregorii successor pœnæ immediatus, cum solo intermedio spatio 17. dierum brevissimi Pontificatus Celestini IV. ideoque satis probabile est, dictam Decretalem de præfati Innocentii tunc adeo docti & verari Cardinalis consilio, & participatione factam esse, ut etiam probabile est, quod tunc & immediatè post Decretalium compilationem sub eodem Gregorio factam, in eodem statu Cardinalitio; ipsam commentaria quæ habemus ediderit, cum Pontificiæ occupationes, attenta præsertim illorum temporum conditione, ut ex chronici in ejus vita edocemur, absque dubio id non permitterent, & tam dictus Innocentius de tempore adeo proximo, processit cum hac lectura, cum qua etiam processerunt Hostiensis, Cardinalis, Goffredus, Abb. & ceteri viri in Curia veratissimi, & qualificati, scribentes circa ea satis proxima tempora, & quando impressionis usus in Orbe adhuc non habebatur, unde ad evidentiam patet hoc assumptum manifestè fabulæ, ac somnii speciem habere.

Credunt plerique, quorum magna pars est Moralium, de quibus Giballin. Fagnan. & Leotar. ubi supra; præfata Decretalis dispositionem procedere, ubi conventio lucrorum, seu accessionum sequatur ratione mutui, secus autem, ubi istud vere gratuitum fiat, accessio autem in conventionem deducatur solum tanquam metæ, seu præmium periculi, quod mutuator in se assumit amittendi sortem, & tanquam per speciem mercedis assicurationis, quæ data justitia, seu congruitate est sine dubio licita; Verum dicebam, & id ad verari clarè literæ textus, ubi consideratur accessionem ex sola periculi ratione conventam esse, ibi pro eo quod suscipit in se periculum recepturus, aliquid ultra sortem, atque ita explicat gl'os. verbo periculum.

Idque non ex cessante veritate dicti assumpti, cui Morales & reliqui innituntur, quod scilicet, comparabiliter cum mutuo gratuito, de lucro conveniri valeat, tanquam super pretio, seu mercede assicurationis, & ad instar, cum id data congrua recompensa, sit absque dubio licitum; Sed ex eo quod in foro externo, quoties actus est simultaneus, seu contemporaneus, id est impracticabile, cum impossibile sit justificare hanc intellectualem & imaginariam distinctionem, quoniam aliàs passim usuris fraus fieri posset; atque lex remaneret potius in verbis, quam in rebus, ut in proposito advertitur in dicta Firmana, disc. 1. Ideoque prudenter Pontifex, ad tollendum istum colorem, seu usurarum pallium, indefinitè hujusmodi contractum damnare voluit, ita exprimendo in verbis, etiam si ratione periculi tantum de accessionibus conveniretur.

Benè verum quod quando per possibile hæc distinctio, ac respectivè sinceritas intentionis verè justificari posset, ego quoque admitterem dictum intellectum, sed punctus est in practicabilitate, & consequenter rectè intrat, id quod in dicta Firmana dictum est, super magna differentia inter unum forum & alterum, quoniam in interno multa discursivè, ac idealiter per quamdam metaphysicam possibilitatem supponuntur, seu figurantur, quæ in foro externo, in quo procedendum est cum actis & probatis, sunt impracticabilia, ad instar eorum, quæ apud Theologos & morales, de quibus Rovit super præg. 7. seu 8. de compositionib. habemus quod possit pars offensæ satisfacere Evangelico præcepto remittendi offensam, & diligendi inimicum, & tamen quod denegando remissionem, possit prosequi vindictam, seu delinquentis punitionem, non ex proprio odio & vindicta, sed ex zelo justitiæ, & ut delinquentes puniantur, quoniam id licet quidem potest idealiter, seu intellectualiter, sed non videtur quomodo, reduci possit ad praxim, cum similibus; Et consequenter firmum remanet, hujusmodi contractus usum & frequentiam, non ad dictum titulum nautici fœnoris, vel assicurationis referendum esse, sed ad alterum societatis ut supra, atque per hanc rationem, seu viam esse sustentabilem, non autem per primam.

ANNOT. AD DISC. III.

**D**e nautico fœnore, seu cambio maritimo, de quo agitur in hoc discursu, aliqua, occasione agendi de assicuratione, habentur sub tit. de Credito, disc. 111.

ROMANA LOCATIONIS VENÆ FERRI PRO PRINCIPE LUDOVISIO CUM RINUCCINIS.

Casus variè decidit per Rotam, demum concordatus.

AN & quando mixtura mutui veri, vel interpretativi reddat usurarium contractum locationis, & conductionis, sive emptionis & venditionis, vel similem &c. Et quomodo in dictis contractibus locationis & conductionis, vel emptionis & venditionis, & cadat usura.

Et an mutuum necessarium, quia nempe promittat quis & se obliget certam summam mutuare, vel ab aliis mutuari facere, reddat licitas accessiones, vel aliud lucrum, & excuset ab usura.

S U M M A R I U M.

- 1. Fæli series.
- 2. Quod mixtura mutui reddat usurarium contractum locationis & conductionis, vel emptionis & venditionis, etiam justitia pretii, seu pensionis accedente.
- 3. Contrarium verius ubi contractus est justus, & de ratione.
- 4. Sine mutuo verò, vel interpretativo non datur usura.
- 5. An & quando in cambio detur mutuum, & successivè usura, remissivè.
- 6. An propter obligationem mutuandi liceat percipere lucrum & accessiones, & n. 8.
- 7. In usuris attenditur rei substantia, non autem formula verborum.
- 8. Fidejussor, vel assicurator potest recipere mercedem, & ita procedit quod dicitur, n. 6.
- 9. De dicta mercedis taxa & privilegiis.
- 10. An liceat cum pecunia anticipatè soluta conducere operarios, cum obligatiq; debito tempore operas præstandi.

- 11. Et an liceat dare pecuniam pro anticipata venditione fructuum recolligendorum.
- 12. Utilitas mutuantis absque damno mutuatarii, vel e contrario non causat usuram.
- 13. Quando adesse possit usura in casibus, de quibus, nu. 10. & 11.

D I S C. IV.

**I**n nito contractu locationis & conductionis, seu appaltus venæ ferreæ infulæ Iliæ ad decennium inter Nicolaum Ludovisum modernum Plumbini Principem, & fratres de Rinuccinis, cum diversis pactis & capitulis, illo præsertim, quod dicti de Rinuccinis tenerentur dare, seu ut vulgè inter negotiatores dicitur præstare, aut præstari facere ab aliis sub cambiis dicto Principi scilicet 175. m. atque in quarto anno præfati appaltus, de facto, vel concorditer ille dissolutus esset, pluribus exinde exortis controversiis, introductaque causa in Rota, juxta feriem magis distinctè enarratam in hac eadem causa sub tit. de Regalibus ad materiam mineralium disc. 117. plures in hujusmodi controversiæ disputationibus inciderunt articuli, istam præsertim usufurariam materiam concernentes, potissimè verò ille, an contractus locationis & conductionis habeat admixtum mutuum, vel e converso contractus mutui veri, vel interpretativi habeat admixtum alium contractum locationis & conductionis, seu emptionis & venditionis, vel similem, redoleat usuram, necnè.

In quo articulo, quamvis varii varia dixerint, plerisque, quorum antesignanus est Geminian. conf. 15. adè tenaciter credentibus mutuum nullam alterius contractus mixturam habere posse, quod etiam si locatio & conductionis, vel respectivè emptio & venditio pro justo pretio fieret absque aliqua mutuatarii læsione, vel præjudicio, adhuc tamen intreret usuraria infectio, quæ quod illa necessitas, qua mutuatarius ratione mutui præmitur ad vendendum, vel locandum mutuatori, sive e converso ad emendum, vel conducendum ab illo, dicatur mutui pretium, ideòque adimat illam gratuitam qualitatem, quæ in mutuo desideratur, ex divino præculo, Mutuum dantes nihil inde sperantes, ut per Gemini. ubi sup. & alios apud Cravert. conf. 145. n. 10. add. ad dec. 119. post 1. vol. conf. Farin. cum aliis apud Leotard. de usur. q. 16. n. 12. & 13.

Nihilominus magis communis & recepta est contraria opinio, quæ antesignanum habet Abb. conf. 16. ut scilicet id pendeat à justitia, vel respectivè injustitia alterius contractus cum mutuo admixti; Si enim talis contractus pro justo pretio, & ad limites justitiæ commutativæ initus esset, ita ut mutuator in aliquo locupletatus cum mutuatarii damno, & jactura non remaneret, tunc nulla intrat usuraria infectio, consistens in lucro mutuantis, & respectivè damno mutuatarii, unde hoc ultimo præsertim cessante, nulla superpetit ratio, cur mutuator, qui gratum & benevoluum officium mutuatorio præstat, deterioris conditionis esse debeat quocumque altero extraneo, ut firmant Covar. lib. 3. var. c. 2. n. 5. Rubens conf. 20. n. 3. & seqq. Mantie. de tacit. lib. 8. tit. 18. num. 19. Menoch. conf. 109. scribentes apud Farinac. conf. 191. lib. 2. num. 16. 24. & 27. cum seqq. latè Mastrill. dec. 106. n. 7. & seqq. Castill. decif. 143. num. 1. & 2. Millin. decif. 88. aliàs decif. 119. post 1. vol. consil. Farin. atque his & aliis allegatis habetur etiam firmatum d. disc. 117. sub tit. de Regalibus, quoniam theorica est verissima, quæ admittitur in omnibus decisionibus in causa hinc inde editis sub diebus 23. Martii 1639. 2. Maji 1659. 20. Februarii, & 26. Novembr. 1660. coram utroque Vero spio, quantum tres moderniores sunt impressæ post collationes Bondeni dec. 63. 71. & 82. & verita, & quarta sunt repetita decif. 44. & 49. post Zuff. de legitim. processus, & admittetur quoque per scribentes hinc inde.

Unde propterea questio erant magis facti, & applicationis quam juris, ideòque scribitur pro conductoribus, qui erant etiam mutuatores, quibus Rota ultimo loco adhæsit, pro sustinendo contractu potissimum, ac totum fundamentum constituebant in cessante applicatione dictæ theoricæ, seu distinctionis ad casum; Tum quia dicta questio procedit cum præsupposito mixturæ mutui cum alio contractu locationis, & conductionis, vel emptionis, & venditionis & respectivè, quod mutuum verum, vel interpretativum utpote essentialiter requisitum usuræ, & sine quo illa non datur ex copiose collectis in 2. dec. 2. Maji 1659. decif. 63. post Bondenum num. 13. dicti scribentes mordicus negabant, eo quia dicta summa pecuniaria scutorum 175. m. in conven-

tionem deducta erat sub titulo, seu contractu cambii, omnino diverso ab illo mutui.

Tum etiam quia negabant alterum requisitum injustitiæ pretii, quod ex hac parte locatoris injustum, atque intuitu mutui diminutum prætendebatur, & super quo major, ac tota inspectio fuit, an scilicet pretium venæ ferreæ esset justum necnè, quod cum penderet à subjecta materia, seu peculiati natura hujus fodinæ, & materiæ mineralis, idcirco de hoc tanquam de puncto principali causæ actum fuit in propria sede, seu materia mineralium sub dicto tit. de Regalibus dicto disc. 117. Quo verò ad dictum alterum punctum, an scilicet promissio dandi, vel dari faciendi pecuniam sub cambiis, contineret mutuum verum, vel interpretativum, de illo in hac eadem causa habetur actum in propria materia sub tit. de cambiis, disc. 24. ubi, ac etiam in Romana cambiorum de Valentibus disc. 1. & in aliis habetur, in contractu cambii obliqui, juxta modum quo frequentius fieri solet, etiam mutuum expressum & verum contineri. Quinimò & in cambio directo adesse posse mutuum implicitum, seu interpretativum, quando scilicet pretium agri taxetur inter partes, & ex conventionione, in qua ratione longioris temporis pretium sit alteratum, ut ibi.

Verum quia scribentes pro conductoribus, quibus etiam aliqui ex Judicibus adhærebant, ultrò progrediebantur profusuraria qualitate excusanda, etiam ubi mutuum adesset, atque concurreret injustitia pretii, ratione scilicet obligationis, ad quam iidem conductores se adstrinxerant, mutuandi, vel mutuari faciendi adèò magnam pecuniarum summam, quasi quod licitè pacifici valeant de aliquo lucro, non tanquam premio mutui, sed tanquam pretio, seu mercede recompensativa dicti oneris, ac etiam damni, vel incommodi, quod ex hujusmodi obligatione risultare potest.

Hinc proinde scribentes pro locatore dicebam quod istud clatum erat æquivocum in applicatione hujusmodi propositionis aliqui in suis casibus veræ, sed in hac facti specie omnino incongruæ. Procedit enim; non in ipso mutuatore, qui utrumque contractum proprio nomine, & ad propriam utilitatem gerat, quoniam tunc in foro externo, in quo non admittuntur illæ instantaneæ, & metaphysicæ distinctiones, seu operationes intellectus, quæ admittuntur in foro interno, juxta deducta discursibus præcedentibus, est ita reducere usuram ad meram formalitatem verborum, quæ etiam de ipso jure civilis in hac usuraria materia omnino damnata est, ad tex. in l. finali, C. de usuris, quem in suis terminis anathocicimus, seu conversionis usurarium in sortem ad effectum obtinendi usuram usuras, cæteris deductis plenè, & magistratè exornat Rota apud Merlin. dec. 409. aliàs 301. par. 5. rec.

Dicta enim propositio, quoties tamen præmium sit ad limites justitiæ commutativæ oneri proportionatum, nunquam recipienda est in ipso mutuatore, sed in eo qui, citra fraudem & collusionem, sit mutuatarii fidejussor, vel expromissor, seu assicurator, unde causa est, quod mutuatorem inveniat, eique pecunia credatur aliàs non credenda ob fidejussoris, vel assicuratoris fidem & idoneitatem, quam creditor potius sequi dicitur. Licet enim non desint nimium rigorosi censores, negantes etiam in fidejussoribus, vel sub propria fide & obligatione approbatoribus aliquod lucrum, quasi quod istud officium gratuito, & ex charitate impartiri debeat; Nihilominus magis communis, & recepta est in contrarium, cum dicta moderatione præmii justè adæquati, ut per Mantie. de tacit. lib. 6. tit. 6. n. 6. Surd. conf. 306. Apont. conf. 19. lib. 2. Rota apud Gregor. dec. 66. & dec. 161. ibique Adden. & dec. 679. par. 1. divers. Leotar. de usuris. qu. 23. nu. 31. Duard. de censibus, §. 3. qu. 13. nu. 20. & 21. & cæteri communiter.

Quod docet quotidiana praxis in campforibus, aliisque idonei negotiatoribus facientibus cedulas bancarias pro ementibus castra & bona à Congregatione Baronum, sive pro Titularibus, & provisis de Episcopatibus & beneficiis, præsertim ultra montes, ac etiam moderniori tempore frequentius in Italia, pro assicuratione pensionariorum, ad deterrminatum, vel indeterrminatum tempus, quoniam hujusmodi cedula datur proviso, quæ licet juxta communem usum regulariter sit ad rationem duorum pro centenario, attamen potest esse plus & minus juxta majorem, vel minorem probabilitatem periculi cui cedulista se exponit; Atque isto casu, quemadmodum debita recompensa, seu mercede conveniri potest in pecunia, ita non implicat eam obtineri occasione locationis, & conductionis, seu alterius contractus, cum aliqua justè scribentes mordicus negabant, eo quia dicta summa pecuniaria scutorum 175. m. in conven-



graa, juxta distinctionem, qua in his specialibus terminis affectus casualis facti per fideiussorem correſpectivè ad fidejussorem factam, vel faciendam, habetur per Rotam apud Gregor. dicta dec. 161. & dec. 76. Atque de dicta merce de ceduliste, ejusque varia taxa, seu conventione, juxta majorem, vel minorem periculi probabilitatem, habetur in dicta Romana cambiorum de Valentibus sub tit. de cambis, d. 2. ubi de eiusdem mercedis, seu provisionis portio ritate & privilegio.

Ex dicta vero distinctione, juxta quam mutui & alterius contractus mixtura regulanda est, resultat decisio quaestio nis, in qua plerique se involvisse videntur, circa eas con ventiones, quaè tam in Italia, quam extra sunt nihilum in usu, quod scilicet anticipatè, praesertim hyberno tempore rusticis, & laboratoribus dantur pecunia, seu ejus loco fru mentum aliaque victualia, sub obligatione praestandi opera s in fecandis segetibus, seu aliis in propriis agris & fundis colendis; Plerisque rigoſè opinantibus id prohibitum, ac illicitum esse, quasi quod etiam in casu conventionis pro iusto pretio, seu iusta mercede, adhuc illa coarctatio libertatis ex mutuo resultans usuram redoleat, ut habetur apud Molin. de contract. q. 309. & 310. Facchin. lib. 2. contror. cap. 54. & alios apud Leotar. qu. 16. nu. 13. & 14. Verùm in contra rium est verior, & magis communis juxta auctoritates su perius allegatas, & hujus causae decisiones, de quibus pari ter supra, quoniam data iustitia, & sinceritate, ita ut mu tuum, seu anticipata solutio non sit causa diminutionis soli tae mercedis, & prout currit cum eis, qui de tempore labo reii, & operarum eam recipiant, iustum & rationale non est, ut qui istud charitativum officium impendit, anticipatè solvendi, quoniam data iustitia, & sinceritate, deterioris conditionis esse debeat quocumque tertio tale officium non impendente, ut apud eumdem Leotar. d. 9. 16. n. 24. & seq. licet rusticis in hoc sint ingrati.

Quod cum eadem distinctione procedere, ac recipien dum esse semper credidi & consuli in mixtura mutui cum altero contractu emptionis, & venditionis, quia nempe ruf tificis, seu facientibus artem agrariam, aut habentibus vineas & oliveta, dentur anticipatè, praesertim in penurioso tempore, pecunia pro frumento, vino, vel oleo recolligendo; ipsi mutuatarii, seu anticipatè solventi vendendo, quoniam nisi dicta anticipata solutio causet justii pretii diminutionem, ac mutuatarii damnum, nulla urget ratio, quaè id prohibeat, vel illicitum reddat; Quinimò potius in contractum urgent, nemum ratio communis usus qui in proposito apprehendendus est tanquam interpretativus, non autem canonizativus actus alius illiciti, & usurarii, ex deductis in Firmana disc. 1. Sed etiam altera potentior ratio charitatis exercenda cum ipsis rusticis & operariis, vel etiam artem agrariam exercen tibus; seu vineas & oliveta habentibus, pro quorum neces saria cultura hoc subsidio indigent; Licet enim ex hujusmodi conventionis in mutuatore resultat utilitas, quod reddat retur de hujusmodi victualium emptione, ac pralatione supra alios, nihilominus haec accessoría, seu accidentalís utilitas, quaè mutuatori resultat, non habetur in conside ratione, quoties ea nullum damnum causat mutuatario, nisi circa restrictionem dictae libertatis, quaè non videtur considerabilis, vel rectè compensata est cum majori utili tate, quaè reportatur ex dicto preventivo subsidio tempore penurioso, sicuti e converso si mutuatarius ex mutuo magna utilitatem reporteret, non exinde mutuator, cessante ejus interesse accessionum justificativo, istas recipere potest, quoniam attenditur interesse mutuantis, non mutuatarii, ut saepius hac ead. tit.

Usuræ autem suspicio, seu periculum in hujusmodi casibus adeste potest, ac frequenter solet, in casu quo merx ope rarum, seu rerum emendarum pretium de tempore hujusmodi anticipatè solutionis taxetur, juxta casum, de quo plenè agit Maltrill. dicta dec. 106. quaè videtur in materia magistra lis, in eo tantum apud pos juxta Curiaè opiniones non reci pienda, quod mutuatori, vel anticipato solutori decernatur pro pecunia soluta interusura. Et tunc solutio pende re videtur à terminis text. in c. in Civitate, & c. finali. de usuris, an scilicet taxa, tanquam per speciem cujusdam trans actionis super incerto futuro pretio majori, vel minori sit justa, & verisimilis, ita ut ad utriusque aequale commodum, vel incommodum se habere possit; necne; Quae autem in ista causa dicebantur de usuraria infectione procedebant attentis terminis juris, ac loquendo, quod dari potest circa depa varam intentionem foenerandi praesertim in viris aedè nobilibus non praesumendam.

Uit ista causa concordata, neque alia se obtulit occasio agendi de hoc articulo mixturae mutui cum alio contra ctu emptionis, & venditionis, vel locationis, & condu ctionis, videtur tamen quod hic tradita distinctio, sit ve ra, & rectèque procedat.

ROMANA CESSIOIS USURARUM PRO HIERONYMO CLEMENTINO CUM FRANCISCO CENSATO.

Casus disputatus coram A.C. & resolutus pro Hieronymo.

An Christianus cessionarius Judæi exigere possit usuras judaicas, quaè per ipsum Judæum cedentem à debitore invito, etiam in iudicio exigi possent; Et an usurae Judæorum excedere possint duplum fortis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Debitor cessus liberatur solvendo cessionario id quod ipse solvit.
- 3 Declaratur, quando id non procedat, sed teneatur ad totum.
- 4 An usura excedere possint fortem.
- 5 De modo judicandi neotherico, vel pragmatico.
- 6 Usurae sunt illicitae, & damnatae etiam in Judæis.
- 7 De dicto Deuteronomii, non teneberis fratri tuo, sed alieno.
- 8 Quod de facto exigant ex permissione Pontificis.
- 9 De ratione ob quam id toleratur.
- 10 Judæi conversi ad fidem non possunt exigere usuras inexactas, & exactas debent restituere.
- 11 Christianus cessionarius Judæi non potest exigere usuras.
- 12 Fantores, consultores, & cooperatores usurarum peccant.
- 13 Donatarius, vel cessionarius usurarii non potest usuras exigere, vel recipere.
- 14 De ratione, ob quam Christianus in usuris Judaicis non debet se ingerere.
- 15 De actione negotiorum gestorum, vel de in rem verso, quando locum habeat.
- 16 Quando intrent dictae actiones, necne.
- 17 Ad materiam text. in l. incivile, Cod. de furt. Et quando domino liceat vendicare rem suam à tertio non re fuso pretio.

Cum Hieronymus ob mutuum scutorum mille sub usuris ad solitam rationem 18. pro centenario esset debitor bancherii hebraei, ultra dictam fortem, in aliis scut. 3. mil. citreiter ex causa usurarum, Franciscus ab ejs dem bancherii defuncti haeredibus mediante solutione scut. 1800. hujusmodi crediti cessionem in amplissima reportavit, ejusque vigore dictum Hieronymum in proces su executivo in vim obligationis camerális pulsavit coram A. C. coram quo ipsius rei conventi defensores excipiebant solum de beneficio debitori cessio adversus cessionarium competente ex dispositione text. in l. per diversas, & l. ab Anastasio, Cod. mandati, ut scilicet debitor à debito quamvis majori liberationem reporteret, offerendo cessiona rio summam per ipsum solutam cedenti pro cessione repor tanda, cum aliqua majori recompensa, ex DD. communi, & probabili sensu praestanda, in compensationem periculi, & incommodi, cui cessionarius, ita se submisit, Giurb. dec. 117. Mangil. de evict. qu. 79. n. 19. late Rot. dec. 44. n. 9. par. 11. recent. Capyc. Litr. consult. 144. num. 32. ubi quod va latatur in quinta parte; Cumque Judex in hujusmodi excep tione admittenda difficultatem haberet, ex eo quod praedi ctarum legum dispositio utpotè em para in odium redemp torum litium, locum habeat, ubi agitur de juribus liti giosis, & incertis, non autem de certis, & liquidis, Giur ba dicta dec. 117. Apont. cons. 77. lib. 1. Rot. dec. 274. part. 3. recent. dec. 126. post Cenc. de cens. dec. 147. n. 32. par. 11. recent. & in aliis, ac habetur frequentè in sua materia sub tit. de credito, idcirco super hoc puncto, atque ad hujusmodi difficultatem superandam, ex parte rei conventi requisitum fuit.

Quam-

Quamvis autem, his terminis retentis, ego probabilius dicem, etiam cum sensu veritatis, praefatae difficultati lo cum non esse, sed exceptionem admitti debere, quamvis dicta conclusio, seu praeparatum legum limitatio regulari ter vera sit, ex eo fundamento, quod sub quaestione est in ter DD. praesertim modernos, an hujusmodi hebraeorum usurae ipsam sortem excedere possint. Quoniam Surd. cons. 302. n. 1. cum sequen. & per tot. affirmativam favore hebraei creditoris plenè, ac doctè de more substinet. Contrariam vero sententiam substinet Facchin. lib. 10. contror. cap. 65. Roderic. de annuis redditibus, & ceteri plenè deducti per Manentem cons. 148. lib. 2. ubi ex professo confutat dictum cons. Surd. idemque substinet Vermigliol. insignis hujus curiae Advocatus cons. criminal. 302. Unde propterea dicebam, quod quidem esset de unius, vel alterius opinio nis veritate, cui integrum locum relinquere profitebar, dum causae necessitas non exigebat, inhærendo nimium commendabili Curiae stylo non evagandi in superfluis, ac extra causae necessitatem, dum occasio non dedit id parti culariter, ac formiter disputare; Aramen ex praemissis negari non poterat dictum usurarum excessum ultra fortem esse dubium, dum major auctoritatum calculus negativæ opinionis assistere videretur, ideoque non eramus in casu li mitationis, sed potius regulæ.

Verùm quia hoc motivo retento oportebat solvere scuta bis mille, nempe mille pro forte, & alia mille pro usuris, in quibus ad raram fortem nulla cadebat controversia, potissi mè quia excessus scut. 200. ultra summam à cessionario solu tam, retento etiam rigore regulæ, adhuc congrua recom pensa dicebatur juxta supradictæ regulæ rationabilem modifi cationem; Hinc proinde ingenium magis aciendo, in men tem venit usurarum solutionem in totum evitare, atque libe rationem à debito cum sola solutione fortis obtinere; At tènalis fuit eventus causae ex istius bono fato, quod illa tra ctaretur coram iudice ingenioso, neotherico magis quam pragmatico, per terminos, & principia juris, ut fieri ab om nibus deberet, magis procedente. Quod absque dubio spe rari non potuisset, si casus dedisset causam tractari coram ju dice merè pragmatico, ob defectum specialium, seu indivi dualium auctoritatum, quaè juxta frequentioremodum modernum abutem attendi solum solent, non curato, an sint benè, vel malè fundata, & an congrue applicentur ad casum, necne, qui abusus cum meo intolerabili stomacho adeo inolevit, ut frequenter praetecaverim, Doctorum etiam levis armatura dicta, quamvis incertitia, maleque fundata, nedom in ver bis, sed etiam per argumentum à contrario sensu, vel per subintellectum attendi, quo nil absurdius.

Dicebam igitur, etiam cum sensu veritatis, quam judex ut supra admisit, quod licet ipse hebraeus cedens dictas usuras exigere possit, Nullatenus tamen id permittendum est christiano cessionario, ideoque iste erat unus ex casibus, in quibus ob immutationem qualitatis personæ, exceptio nes, quaè non obtarent cedenti, obstant cessionario; Cer tum siquidem esset usuras utpotè jure divino, & naturalibus damnatas, etiam in judæis illicitas esse, ut antiquioribus plenè collectis habetur apud Marquard. de judæis, c. 11. nu. 3. Fatinac. in fragment. verbo judæi, num. 667. & seqq. Thesaur. dec. 57. Ubi occasione disputandi an Princeps secularis, inconsulto Romano Pontifice usuras Hebraeis permittere possit, satis eruditè, & elaboratè, tanquam super prob lematum à pluribus doctis viris disputatio coram Duce Sabau diae, de hoc agit, cum aliis per Manentem cons. 148. post de cisiones Giballin. de usuris, lib. primo, cap. 7. art. 8. consuetar. 3. Leotar. de usuris, qu. 100. num. 32. & ceteri communiter, ac etiam magistraliter Rota apud Merlin. dec. 409. alias dec. 301. par. 1. recent. ex nu. 31. ad fin. ubi satis bene expen ditur illa Deuteronomii verba cap. 23. Non feneraberis fratri tuo, sed alieno, an scilicet illud verbum, sed alieno ob quod judæi credunt cum gentibus licetè usuras exercere posse, deriveret ex textu ipsius Moyſes, vel potius sit additio Collegii Sinedrin. ut probabilius in dicta decisione eruditè probatur.

Et quamvis de facto, etiam in Urbe, ex Summi Pontificis permissione, sub certis taxa, & modis Judæi hujusmodi usuras exercent, atque à Christianis etiam invitit exigant, quod ex Apostolica etiam permissione sub Sixto V. fervari in Ducatu Sabaudia testatur Thesaur. diti. dec. 1. ubi in fine registrat ejusdem Pontificis literas, & habetur particulariter actum disc. sequenti; Nihilominus hujusmodi tolerantia, seu non prohibitio provenit ex eo quod cum hujusmodi personæ sint extra gremium Ecclesiae, eorumque salus ex defectu fidei desperata sit, idcirco Ecclesia sollicita

non est de eorum salute, cujus tanquam in casu desperato, donec ad fidem convertantur, nullam curam haberet, ut adver tunt Giballin. & ceteri supra allegati, Ricciuk. de jure per sonarum extra gremium Ecclesiae, c. 19. n. 5. Vermigliol. cons. 300. & communiter.

Hinc proinde sequitur, quod si judæus ad christianam fi dem convertatur, ex tunc usuras inexactas exigere prohibe tur; Quinimò de stricto jure, etiam exactas, quatenus ejus vites suppetant, restituere teneatur debitori certo, essi debitorum sunt incerti, debet restituere Ecclesiae universali, & ad dispositionem Papæ, qui tamen eas aliquando solet eisdem in toto, vel in parte condonare, ne ex isto motivo à fide avertantur, Azot. instit. moral. par. prima, lib. 8. c. 22. de judæis, vers. decimo septimo quaeritur; Unde prodiit apud vulgus antiqua traditio, fabulæ speciem habens, quod idè judæi ad fidem non convertantur, quia nolunt bonis expo liari, id facturi, si bonorum retentio eis permitteretur, quasi quod eis fiat spoliium, quod est fabulosum, quamvis det rigore juris id fieri posset, & deberet.

Si ergo ipsimet judæi directi creditores, & cedentes, in quibus in statu judaismi jam radicarum est jus, seu actio hujusmodi usurarum, postquam effecti sunt christiani, il la exigere prohibentur, quinimò de rigore juris, ex dicta causa temperato, & non observato, etiam exactas resti tuere; Multò magis dicendum est quod christiano in statu fidei voluntariè hanc illicitam, & peccaminosam acqui sitionem facienti id permittendum non sit.

Considerabam praeterea in hac usuraria materia, non so lum peccare committentes, & exigentes usuram, sed etiam mediatores, cooperatores, consultores, & alios quomodo libet concurrentes, ut in specie usurarum judaicarum, Azor. dicto lib. 8. par. 1. cap. 22. vers. in hac quaestione, Manente dicto cons. 148. qui alios refert, & generaliter Morales, ac cae teri communiter, unde propterea in disputationibus habitis in casu, de quo disc. seq. Mihi Hebraeorum Universitatis Advocato, per aliquos Morales objictebatur, quod in peccato essem, judæorum partes tuendo, licet non benè diceretur ex rationibus, de quibus ibi.

Prout verius est, ac magis communiter receptum, usurarum donatarium, vel successorium, seu aliàs cessionarium non posse tuta conscientia usuras exigere, vel exactas retinere, etiam si titulo oneroso acquisierit, sciendo usurariam qual itatem, quoniam est convivere peccatum, atque scienter accipere à non domino rem alienam, adinstar acipientis à fute scienter bona furata, Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 24. Lugo de just. & jur. tit. de mutuis, & usuris, disp. 25. sect. 11. n. 213. & 226.

Alia etiam ratione ponderata, quod ita de facili, sub no mine, & pallio judæorum, ipsi christiani callidi, & depravati feneratorum hujusmodi judaicas, ac adeo excessivas usuras exercere possent, fingendo scilicet mutuum à bancherio judæo fieri, atque longo tempore usuras decurrere, deindeque hujusmodi cessionem effingere, ut ita directè eas exigere valeant, cum potentiiori brachio, quam sit illud judæorum, unde ex pluribus dicebam hanc videri genuinam veritatem.

Excitato motivo, illic apud iudicem plausum habente, actor plurium Advocatorum primi nominis consilium desuper in congressu, juxta stylium, petiit, sed conclusum fuit, motivum esse solidum, & inevitabile, solumque Ronconius in parte tamen doctrinali tantum verè doctissimus, magnus Advocatus, ad effectum recuperandi saltem id quod pro hujusmodi cessione obtinenda solurum fuerat, quodque ab ipso reo convento ab initio offerebatur, imò contendebatur recipi debere, ut supra; Excitavit motivum actionis negotiorum gestorum, sive alterius de utili in rem verso, quasi quod actor nimium utile negotium pro reo gesserit, illum ita liberando à longe majore debito scutorum 4000. & ultra cum sola summa scut. 1800. juxta terminos textus in §. igitur secundo, Instit. de obligat. quaè re contrahuntur, ubi Aretin. & ceteri, omniumque larius modernus Hatprecht. Et de qua actione negotiorum gestorum, vel de in rem verso habetur plurius actum sub tit. de credito, praesertim in Romana pecuniaria de Vincentinis, & admittunt in suo casu DD. de quibus infra.

Facilis tamen solutionis fuit objectum, dicebam etenim, etiam cum sensu veritatis, motivum in ordine ad actionem negotiorum gestorum rectè suffragari posse, quando actor sincero animo, & ex motivo charitatis, seu dilectionis id egisset in gratiam debitoris, ut ejus utile negotium gereret, eumque à graviore onere sublevaret; Secus autem dum negotium gessit, principaliter ad propriam utilitatem, & lo cupletationem, in odium, & gravamen debitoris, cui ita

trans-

transfuso creditō in personam potentiorē, adempta remanebat spes obtinendi ab ipso hebræo eandem, ac majorem condonationem, quam ipse voluntarius redemptor obtinuerat, quo casu tanquam ex cessante ratione cui prædicta actio innixa est, illa non intrat ex communi sensu eorundem DD, de quibus supra, ac aliorum apud eos.

Ad quod probandum deducebam ea, quæ in proximis terminis habentur apud Spad. *conf. 149. n. 5. & seq. lib. 1.* ubi de recuperante, seu redimente rem alienam ab hostibus, vel latronibus, an scilicet ipsius rei domino, pretio etiam non soluto detur illius vendicatio, juxta terminos textus in *L. incivile. Cod. de furtis cum concordam.* per Farinac. *q. 177. n. 30. cum seqq.* & habetur in Januen. *venæ sub tit. de fendis, disc. 58.* & in Romana, seu Civitatis vetula mercium sub tit. de Regalibus ad materiam portus *disc. 129.* Distinguitur enim, & bene, quod ac ille tertius, penses quem hujusmodi bona reperiantur, illa à latronibus, seu aliis redemit pro inferiori pretio ex motivo charitatis, & bono animo, ut domini utile negotium gereret, eique restitueret, ita impediendo, ne ad alienas manus irreperabiliter pertransiret, ipso domino absente, ac non valente tunc recuperare, & tali casu concedenda non sit vendicatio, nisi restituto eo, quod ipse redemptor erogavit, ne pro charitatis, & benevolentie officio impenso, dampnum, & jacturam de proprio sentiat, ita suadentibus principis, nedum juris scripti, sed etiam naturalis; Secus autem si hujusmodi circumstantia cesset, quoniam cessante bona fide, etiam in casu quo juxta meum sensum dispositio dicti textus in *L. incivile* limitanda veniat ratione libertatis commercii in portibus, ac publicis emporiis, adhuc admittendam locis supra allegatis, præsertim sub tit. de Regalibus, *disc. 129.* dictam limitationem non intrare; Qui termini videbantur ad rem adaptabiles, & fortius, cum ageretur ad effectum agendi, & vindicandi, sed ad effectum excipiendi, dum juxta vulgaria recepta principia, longè facilius intrat exceptio, quam actio; Unde propterea actor contentus receptione solius fortis agnita veritate acquievit; Alia verò actio de in rem verso nullatenus intrabat, cum illa fundetur in æquitate locupletationis de alieno ex deductis apud Orthob. *dec. 40.* cum aliis in d. Romana pecuniaria de Vincentinis sub tit. de creditis, ubi de hac materia satis.

S U M M A R I U M.

- 1 Quod Christianus non potest à Christiano ex jure cesso exigere usuras judaicas.
- 2 De reductione dictarum usurarum judaicarum.
- 3 De privilegio judaeorum super pignorbis, super quibus mutuata sit pecunia.

ANNOT. AD DISC. V. cum duobus seqq.

Super contentis *disc. 5.* alia non adfuit occasio, & assumptum reputatur verum, ut Christianus non possit à Christiano usuras judaicas exigere.

Quo verò ad contenta in *disc. 7.* super taxa hujusmodi usurarum judaicarum post hæc scripta sub Clem. X. prodiit moderatio cum reductione ad duodecim, & probabiliter ob diminutos adeo notabiliter fructus, & redditus censuum, & locorum montium, & stabilium, ac etiam cambiorum, idedque valde mirandum quod in Curia continetur in judaismo taxæ statutaræ usurarum dotalium, & censuum societatis officii; Et de reductione censuum agitur sub tit. de censibus in hoc tit. *disc. 32.*

Ad ea verò que habentur *disc. 7.* super privilegio judæorum, ut non cogantur pignora restituere, quamvis per non dominos eis data sint, non restitueris pecuniis desuper mutuatis, videantur ea quæ generaliter etiam inter Christianos super pignorbis bonorum mobilium, & manualium habentur sub tit. de credito, *disc. 22.* cum videantur probabiliter continere, licet judaismi legales obstant.

ROMANA USURARUM JUDAICARUM PRO UNIVERSITATE HEBRÆORUM.

Casus disputatus in Congregatione particulari deputata cum exco. de quo infra.

An Princeps sæcularis, vel etiam Summus Pontifex possit usuras Hebræis permittere; vel teneatur prohibere: Et quatenus dicta permissio fieri valeat, An illarum reductioni, seu moderationi locus esse debeat necne; Et generaliter de

ista materia usurarum judaicarum earumque reductionibus de præterito.

S U M M A R I U M.

- 1 Antiquitas dabantur usura cum solo spatio unius anni sortem adæquantes, & sic ad 100. pro centum.
- 2 Error aliquorum circa usuras centesimas, quæ in jure habentur.
- 3 Prima moderatio usurarum judaicarum ad 30. pro centenario.
- 4 De aliis moderationibus primò ad 24. & secundo ad 18. pro centenario.
- 5 Casus controversi.
- 6 De moderatione usurarum in Statu Sabaudia.
- 7 Damnantur volentes etiam permissionem usurarum judaicarum fieri non posse.
- 8 An, & quid Pontifex super usuris statuere possit.
- 9 Ponderatio ad approbationem eorum, de quibus, n. 7.
- 10 Usura etiam in Hebræis, & infidelibus illicita.
- 11 De ratione ob quam in istis illa toleratur.
- 12 Referuntur agentes de moderatione usurarum.
- 13 De privilegio hebræorum mutuandi super pignorbis non curando an oppignorantes sint Domini.
- 14 De damnis resultantibus ex usu usurarum judaicarum.
- 15 De axioma quod ex duobus malis minus eligendum est.
- 16 De rationibus ob quas oportet tolerare Hebræos.
- 17 Qui vult populum in loco, debet ei suppeditare necessaria ad vitium.
- 18 Hebræi possunt exercere artem suturiam in vestibus novis.
- 19 Quod restrictio fieri deberet.
- 20 Resolutio e jusque rationes.

D I S C. VI.

Ventibus in Urbe Hebræis, atque usuras exercentibus absque aliqua taxa, seu moderatione, prout à suffocatis debitoribus extorqueri poterant, quod juxta retroactorum sæculorum, & temporum conditionem gravissimum onus importabat, adeo ut Corra in suis memorabilibus relatus per Sard. *conf. 302. n. 19. in fine*, dicat talem fuisse temporum conditionem, quod vix reperiretur mutuatores, qui pecunias daret sub usuris, unius anni spatium ipsam sortem principalem adæquantibus, & sic ad rationem 100. pro 100. quam usurarum speciem in jure communi cognitam esse credit idem alioguin doctissimus J. C. Sardus sequendo Azzonis, Accursii, & aliorum antiquorum leguleicam simplicitatem, quod usuræ centesimæ, de quibus jus commune loquitur, hanc usurarum speciem ad rationem 100. pro 100. importarent, unde meritis in specie reprehenditur à Manent. *conf. 148.* & à Leotard. *de usuris q. 4. n. 42. in fine.*

Hanc licentiam moderari ceperunt, prius Leo X. deinde verò Paulus III. præscribentes taxam scutorum 30. pro centenario, & anno, de qua testantur Ferrer. *conf. 35. in fine.* & Berous *conf. 206. n. 3. lib. 3.* quæ summa exorbitans videri non debet, dum moderniori tempore, usque ad moderationem Sixti V. in Sabaudia aliisque Pedemontanis, seu Lombardiæ partibus, continuantur usque ad summam scut. 33. itaut triennio sortem æquarent, ut patet ex Sard. *d. conf. 302.* & Thesaur. *dec. 57.*

Sub Pio autem IV. dictæ usuræ reductæ fuerunt ad 24. pro centenario, ut patet ex jus Constit. 139. juxta ordinem Bullarii veteris impressi sub Sixto V. Et quamvis Pius V. successor, renovando omnia rigoroze statuta contra Hebræos per Paulum IV. in ejus Constitut. 3. juxta Bullar. novum, revocasset multas moderationes concessas per Pium IV. ut patet ex ejusdem Pii V. Constit. 6. juxta novum bullarium, Nihil tamen super dicta taxa usurarum innovavit, unde in ea continuatum fuit usque ad annum 1577. sub Gregorio VIII. quando reductæ fuerunt ad 18. pro centenario, ut patet ex jus Constit. 43. juxta d. ordinem Bullarii veteris Sixti V. ubi continentur capitula imita cum Cardinali Camerario super modo recipiendi, & distrahendi pignora, ac super aliis ipsos Hebræos concernentibus, & de quibus capitulis pluries mentionem facit Vermigliol. *conf. 300. cum duobus seqq.* atque ita continuatum fuit usque ad hæc tempora, & de facto continuatur.

Et quamvis usque à temporibus Clementis VIII. qui multa statuit contra Hebræos, ut patet ex jus Constitut. 19. ac etiam curavit sublevare Communicantes, reducendo, seu ut

vulgo

vulgo dicitur, sbassando census, motivatum fuerit hujusmodi usuras reduci debere ad minorem rationem; Idemque initio cujuslibet Pontificatus omnium successerunt pariter tentatum sit, nihilominus ad alteram innovationem devenit non est; Cum autem initio Pontificatus Sanctissimi Clementis IX. Regnantis deputata esset plurium Cardinalium, & Prælatorum Congregatio pro levamine Communitarum Sacris Ecclesiasticis, in ista satis acriter per aliquos zelatores prius institutum fuit pro moderatione, postmodum verò acrius cum multis Theologorum votis, & responsis pro omnimoda prohibitione, quodque totaliter deleteretur usus bancheriorum.

Quo verò ferè ab initio susceptæ Advocacionis casus dedit, quod sub clientela haberem Universitatem Hebræorum, cum qua, utpotè meam operam conducentem, atque in illa fiduciam habentem, pariformiter ac cum aliis debitam charitatem, atque hujus numeris integritatem obligatam consensu, Idcirco stantibus his motivis, ab eadem Universitate requisitus fui, ut præfatis votis, ac responsis satisfacere, Verum quamvis fortè ingenii vires non desulderent, etiam cum Theologorum, & Moralium autoritatibus, & terminis quoader, quæ conscientiam, seu forum internum concernunt, respondendi, Attamen velui quoad hæc abstinerè, meam retinendo consuetudinem non immittendi falcem in messem alienam, retentaque propositione pluries hœc tit. & alibi insinuata, quod quilibet ejus personæ gerendæ in seepa incumbere debet, neque se ingerere in iis, quæ alteri personæ demandata sunt, atque ut ille cui contigit agere partes Marthæ, relinquat suas partes Magdalenæ, & e contra; Proindeque quoad ea, quæ in dictis votis, & responsis dicebantur super obligatione conscientie Summi Pontificis, suæque potestatis defectu non permittendi has usuras, eidem Universitati consulti, quod alios adiret Theologos, & Morales, qui desuper consulti, satis doctè, & convincenter responderunt.

Prout ipsa Congregatio, satis maturè examinata, & discussa materia, parvifecit motivum, in quo principaliter dicti scribentes insistebant, super defectu scilicet potestatis Pontificis id tolerandi, ejusque obligatione in conscientia totaliter prohibendi, stante adeo antiquo, & continuato usu sub tot Summis Pontificibus zelantissimis contra Hebræos, ut præsertim fuerunt Paulus IV. Pius V. Gregorius XIII. Clemens VIII. ac etiam Paulus V. ut ex eorum Constitutionibus in utroque antiquo, & moderno Bullario impressis patet, qui tamen id nedum tolerarunt in isto eorum temporali Principatu, sed etiam ex persona Pontificis athenum præstiterunt, ut alii Italiae, aliarumque Catholici Orbis partium Principes, vel Reipublicæ tolerarunt, cum certa taxa, seu reductione, ut præsertim patet ex dictis litteris Sixti V. Ducis Sabaudia directis, registratis apud Thesaur. *d. dec. 57.* ex quibus patet, quod facta prima moderatione per Pontificem ad rationem 15. pro centenario, cum experientia dedisset eam ad praxim reduci non posse, ampliata fuit ad eandem taxam Urbis 18. pro centenario.

Ex hac enim tam diuturna observantia, torque Summorum Pontificum gestis, seu provisionibus, inferrebam scribens in ista causa, speciem nimiam temeritatis videri redarguere tot Summos Pontifices, ipsamque Ecclesiam in universum, quod spatio tot sæculorum id toleraverint, atque publicè etiam cum dictis taxis Apostolica auctoritate firmata præsticari permiserint; Licet enim non controverterem super ipsa usura in genere ejusque substantia, utpotè de jure divino prohibita Summum Pontificem dispensare non posse, neque illam generaliter, & indefinitely canonizare, ac licitam reddere; Nihilominus, quia eidem Pontifici facultas competit ipsum jus divinum declarandi, seu interpretandi, & consequenter judicandi, quando circa præfati jus violationem, id non per viam dispositionis, sed per viam tolerationis permitti possit, & debeat, dum ex sensu omnium, tam Canonistarum, quam antiquorum Theologorum, de quibus præsertim, apud Thesaur. *d. dec. 57.* ad ipsum tantum de hoc inspicere, ac judicare pertinet, Theologis autem, & Canonistis insinuantibus, tanquam in arre peritis, ejusdemque Pontificis consultoribus rationes, & motiva, ex quibus ipsæ suum judicium desuper sit regulaturæ, non autem quod eis ob aliquas scribentium opiniones ita deferendum sit, quod hujusmodi opinionibus canonizando, ita declaret tot Summos Pontifices, toramque Ecclesiam tandiu in errore stitisse.

Ponderando porissimè, quod dictis præsertim temporibus Leonis X. ex quibus super hujusmodi usuris, Pontificias provisiones habemus, quamvis non desint volentes etiam à Martiño V. & Eugenio IV. desuper statutum esse, ut post

Castrenf. refert Quett. *conf. 54. subann. 12.* duo initia sunt Concilia generalia, Lateranense scilicet sub Leone X. & Tridentinum initiatum sub Paulo III. & terminatum sub Pio Quarto, in quibus de reformandis, vel rollendis omnibus abusibus, qui in Ecclesia irrepsissent, vigilantissimè, ac diligenter actum fuit, & tamen nulla facta est provisio super re adeo publicè, & palam practicata, ut sine dubio sequuntur esse, si contineret illum abutsum, seu errorem, quem isti scribentes sustinere saragebant.

Secluso autem hoc motivo, verè nullam substantiam habente in ordine ad potestatem ipsius Pontificis, suæque conscientie obligationem; In reliquis, omninò incongruas dicebam videri in hac materia, tam partes Theologorum, quam illas Canonistarum; Siquidem tanquam indubitatum admittendam usuras etiam in hebræis, & infidelibus damnatas, & illicitas esse, ut longè antea quam hæc agerentur, egomet probavi occasione sustinendi, quod christianus cessionarius hebræi tales usuras exigere non possent ex deductis *disc. præcedenti.*

Hujusmodi verò tolerantia provenit ob desperatam salutem istarum personarum existentium extra gremium Ecclesiæ, quæ proinde usquequoad idem gremium redeant, de illarum salute sollicita non est, neque aliquam curam habet; Quo posito non videbatur, ad quid deservirent partes hujusmodi medicorum spiritualium cum illis, qui in hac materia fori interni cadaverum jure habendi sunt; Et consequenter inspectio reduci potius videbatur ad terminos politicos, seu prudentiales, super ipsius Principatus, seu Reipublicæ regimine, & ne permitteretur proprios subditos ab hujusmodi foeneratoribus excoari, ex eadem ratione, ob quam antiqua Romana Respublica plures provisiones desuper edidit, ac etiam successivè alii Principes statuerunt, ex iis quæ habentur apud Ann. Robert. *lib. 4. rerum judicatorum. c. 18. Latrea alleg. 23. n. 35. & 36. Cloch. de erario. lib. 1. c. 62. n. 35. & seqq. Giballin. de usuris lib. 1. c. 5.*

Discutendo igitur materiam in hujusmodi terminis prudentialibus, vel scilicet super omnimoda prohibitione, vel super moderatione, seu reductione, ad quam potissimè ex ejusdem Congregationis judicio tota inspectio restricta fuit; Plura hinc inde urgebant; Primò siquidem pro omnimoda prohibitione urgere videbatur magnum inconveniens, quod inducit usus hujusmodi bancheriorum, ob privilegium mutuandi super pignorbis absque necessitate indagandi, an bona oppignorata essent ipsorum oppignorum necne, juxta ea, quæ habentur *disc. sequenti*, ubi de hujusmodi privilegii rationibus, ac declarationibus; Ita enim sequitur latum aditum, promptamque occasionem præberi furandi vasa argentea, & aurea, vestes aliæque mobilia, ob promptam, & facilem occasionem oppignoratione mediante retrahendi pecuniam, ac fugiendi, vel furtum occultandi.

Secundò ob damna, quæ Reipublicæ inferuntur per christianorum excoarationem, cum usuris adeo gravibus, præsertim verò filiorum familias, seu alias inexpectatum juvenum, qui aliàs non dissiparent nisi hæc promptam haberent occasionem.

Tertiò, quia in omnium præsertim Moralium sensu dicta tolerantia locum habere debet ex motivo utilitatis Reipublicæ, ut scilicet egentibus ita in eorum necessitatibus consultum esse possit, Idedque idem scribentes monent Principes, ut in eorum ditionibus, & dominiis curent introductere Montes Pietatis principaliter erigi solitos pro gratuita pecuniarum mutuacione super pignorbis. Et consequenter cum in Urbe ditissimus ad sit Mons Pietatis magno pecunie numeratæ peculio semper provifus, cessabat unica præfata tolerantia ratio, dum ita remanet indigentibus consultum.

Converso dicebam ego, quod cum in humanis rebus dari non valeat omnimodi perfectio boni, absque alicujus mali, vel inconveniens mixtura, idcirco tam legis scriptæ, quam prudentiæ regulæ exigunt attendendam esse boni præponderantiam, seu eligendum minus malum ex plene collectis per Barbof. *axiomat. 141. n. 6. & seqq.* inter ejus tractatus varios, ubi disputat ad partes istam questionem, an eligi, vel consuli possit minus malum, ut majus evitetur, etiam ubi utrumque est peccatum in se, & quo casu ratione peccati intrat difficultas ob aliud axioma, quod non sunt facienda mala, ut inde eveniant bona ex deductis eodem *axiomate* 141. n. 3. unde quando ista peccati ratio cessat, atque non urget materia læsionis conscientie, sed solum agitur in terminis humanæ prudentiæ pro meliori Reipublicæ regimine, dictum primum axioma rectè procedere videtur.

Plura

Plura ergo majora, & præponderantia Republicæ beneficia resultant ex hujusmodi hebræorum tolerantia, etiam cum dicto banchorum usu mutuarii super pignoris sub usuris, ultra principalem, ac majorem utilitatem spirituales, quod ita speretur, ac in dies obtineatur eorum consensu ad fidem. Primò nempe generaliter, ob utilitatem tam Republicæ, & Principatus in genere, quam ipsius Civitatis, & Curia in specie, habendi hunc servilem, & industriam populorum, quasi tot industres, & peritos servos ad christianorum commoditatem laborantes, unde triplex resultat utilitas, Una commoditatis, & servitij, Altera majoris consumptionis victualium, aliarumque rerum per hunc populum, quo diminuto, seu istud domicilium deserente, hæc minor consumptio adesset, Et tertio in idem, majoris redditus vectigalium, aliorumque jurium Regalium super victualibus, aliisque rebus humano usui deservientibus; Si ergo expediens, ac utile est istum populum, quasi tot industres servos ad propriam commoditatem, & utilitatem retinere, utique illi dare, seu permittere oportet modum, quo mediante vivere valeat; Ad instar eorum, quæ traduntur feudistæ de Barone, seu Domino, ut teneatur pati in vastallis, & sui loci incolis usum pacendi, aquandi, & lignandi, &c. ne inermem vitam ducant, ut habetur in Sabinen. status Montis libretti sub tit. de feudis, disc. 65. Cum igitur per Paulum IV. d. Confrat. in viridi observantia existente, sit eis prohibita possessio bona stabilia, neque non se ingerere in industriis concarnentibus triticum, vinum, omnique alia humanum victum concernentia, oportet eis permittere aliam industriam, seu modum vivendi, ut bene ponderat Rota in Romana artis futuræ 20. Martii 1620. coram Sacratō Impres. dec. 194. p. 4. rec. tom. 2. edita occasione præteritionis, quæ habebatur per futores, ne hebræi vestes novas conficere possent, seu merces lanæ, & serici contractare, quasi quod solum permittenda esset illa ars circa vestes veteres usuales, quæ vulgò *canciararia* dicitur.

Et licet replicaretur, quod rectè vivere possunt cum dicta arte futoria, aliisque industriis, in quibus proprie eorum pericia consistit, nihilominus expertus ea, quæ circa hebræorum cum sola arte vivendi habentur in Romana collectæ, seu danti hebræorum sub tit. de Regalibus ad materiam vectigalium, disc. 101. cum seq. Dicebam cum fundamento veteris impracticabilem esse hujus populi, & Universitatis sustentationem cum hoc solo exercitio, dum de facto eadem Universitas ex retroactis calamitatibus belli divini, & humani, atque ob alia accidentia, neque non ob præcisam necessitatem subveniendi eisdem populi pauperibus, qui christianorum elemosynas, & subventiones non habent, gravata est annua summa scutorum circiter 25. m. retrahenda ex ipsorum hebræorum dantiis, & collectis, quæ per solos bancheros veniunt, & de facto ferè in totum supportantur, ut in disc. 101. & seqq. sub tit. de Regalibus.

Secundo in idem, quia cum ob dictas calamitates, aliæque accidentia, dicta Universitas de facto gravata sit are alieno contracto cum Christianis cum beneficio Apostolico in summa scutorum circiter 300. m. pro quorum fructibus dictum annum onus in aded gravi summa supportatur, quod debet pro majori parte conversum est in loca montium ob aggregationem ad quosdam montes eidem Universitati per Pontifices concessam; si dicta prohibitio sequeretur, ita ut omnes cogendi essent victum cum arte futoria, & diurna industria personali quarere, absque dubio Universitas redderetur impotens ad prædictum onus, quod redpnderet in supplantationem Civitatis, & Republicæ, ob amissionem dictæ ingentis summe, quæ sub publica Principis fide dictæ Universitati credita est.

Tertio magis in specie, circa ipsam individuum bancherorum permissionem; Dicebam magnam exinde Civitati, & Curia resultare commoditatem, non obstante illa, quæ primo aspectu longè major videtur Montis Pietatis, nedum respectu plebis, ac populi iniqui, qui ubi non habet pignora aurea, argentea, ærea, vel lineæ, tinea, & deteriorationi non subiecta, sed habet bona lanæ, seu alterius materie ita subiecta, unde major cura, & diligentia exigitur, non levem parit difficultatem, vel incommoditatem ejus indigentis promptè subveniendi mediante Monte Pietatis, ob inferiorum ministrorum asperitates, & difficultates circa hanc bonorum speciem recipiendam; Sed fortius in ordine ad populum majorem, etiam Magnatum, & primi ordinis, neque non nobilium, & mercatorum, unde revera, ut egomet circa initia Curia expertus sum, quoad personas idoneas, & punctuales, est commoditas incomparabilis, ac pretio inestimabilis; Contingente siquidem ex aliquo accidenti, vel inopinato casu aliqua gravi indigentia, quam deregi

non expedit, prodecere; ac existimatione conservandi, ita de facili occurrere potest mediante oppignoratione gemmarum, seu bonorum aureorum, & argenteorum, aliarumque rerum pretiosarum sub nomine fiduciarii famuli faciendorum, ut habetur disc. sequenti; Hoc autem, ubi agitur de gravi summa, ob difficultates quæ desuper habentur, fortius verò ob magnam publicitatem exinde resultantem, in Monte Pietatis non est practicabile.

Potissimè verò dicta commoditas maxima est, ac pretio inestimabilis pro mercatoribus, & negotiantibus, quorum præcipuum, ac majus peculium consistit in existimatione, cujus amissio, vel diminutio resultans a desiciente prompto implemento tractarum causare solet eorum decoctionem, ac immutationem status, ita ut quandoque satis interit in una hebdomada habere absque publicitate promptam pecuniam, etiam cum usuris fortè æquivalentibus, juxta antiquum morem, de quo supra, quoniam ob brevitate temporis, in quo restitutio sequitur, usura quamvis graves, magnum comparative commodum, & utilitatem causant; Atque ego de facto scio plures negotiatores, deinde ditissimos effectos, ita in quibusdam urgentibus, negotium, ac existimationem sustentaße, quodque aliàs decoctionem, ac omnimodam status immutationem cum maximo damno creditorum, & responsalium, ipsiusque Reipublicæ gravi præjudicio pati oportuisset; Ideoque facta comparatione hincinde commodi, & respectivè incommodi Reipublicæ resultantis, longè majus, ac præponderans videtur commodum, Considerando potissimè, quod excepto isto ultimo casu negotiantium, ac Magnatum, & nobilium, quorum principaliter interest necessitatibus absque publicitate occurrere, respectu reliqui populi, in quo ista conveniendi ratio non urgeat, dum commoditatem habet recurrendi ad Montem Pietatis, proprie stultitiæ, & facultati imputare debet, cur hanc viam eligat; Et ex his, aliisque considerationibus, dicta Congregatio, quasi concordibus votis, rejecit dictas instantias omnimodæ prohibitionis.

Difficultas major fuit circa reductionem ad minorem moderatam summam, cujus reductionis respectu, egomet dabam manus victas, atque fatabar argumentum non habere responsionem, nisi urgerent prudentiales rationes, ob quas, stantibus dictis magnis hujus Universitatis oneribus absque aliquo fundo, non expediebat circa eam aliquid innovare, ne exinde dictorum christianorum creditorum, atque ipsius Reipublicæ supplantatio resultaret, dum ipsamet facti series, de qua supra, ad evidentiam probat, usurarum taxam, seu quantitatem juxta temporum conditionem regulatam esse; Antiquioribus enim temporibus Romana Reipublicæ usuræ erant majores, deinde verò moderate, ita ut graviores essent centesimæ, hoc est ad 12. pro centenatio, ut eruditè probant Ann. Robert. Larre. Giballin. & cæteri, de quibus supra, n. 12. Media verò tempora etiam minorem taxam postularunt, ut videmus in constitutione Federici Imperatoris, edita pro utriusque Sicilia Regni incipiente *Usurarium*, per quam indefinite christianis usuræ prohibentur, hebræis verò permittuntur cum taxa non excedente 10. pro centenatio; Et successive deteriorata temporum conditione receperunt aded magnum incrementum, quod ut supra initio dictum est, ascendunt ad 100. per 100. seu aliàs, erant arbitrariæ; Postmodum verò taxa statuta fuit, ut supra in scuto 30. pro centenatio, successive redacta ad 24. ac demum, ita temporum conditione exigente ad 18. Unde cum facta peræquatione fructuum locorum montium, & censusum dicti ultimi temporis cum hodierno, satis notabilis esset diminutio, forte ultra dimidium, utique attempta debita proportione, dicta reductio remanebat inevitabilis.

Ex dictis tamen prudentialibus motivis, omnibus bene, & mature perpenfis, major pars sensatissimè credidit, tunc desuper provisionis necessitate pro populi levamine imminere, quando alium populum non haberet modum ejus indigentis occurrendi, quia nempe omnes Civitatis generatores eundem asperum, & gravem usurarum modum tenerent, ita ut populus de necessitate suffocatus remaneret, graves usuras supportandi; Et ex qua ratione per antiquam Reipublicam Romanam, alioque Principes successivis temporibus super usurarum moderatione desuper provisum est.

Hæc autem ratio in præsentem cessat ob dictam commoditatem mutui gratuiti à Monte Pietatis, ac etiam ob occasiones habendi à Christianis pecunias & cambium, vel censusum sub nimium moderato fructu quatuor, vel quinque pro centenatio, unde propterea ista hebræorum via deservit solum, vel negotiatoribus, & populo majori ex clandestinitate, maximam utilitatem reportantibus ut supra, vel fatuis, & stultis.

stultis, quibus non de facili provideri potest, ne sive uno, sive altero modo suum projiciatur; Proindeque prudentissimè conclusum fuit, super sedendum esse per aliquod tempus in desuper aliquid determinando, atque interim providendum esse quod inferiores ministri Montis Pietatis, melius eorum partes impleant, atque à difficultatibus, & asperitatibus cum populo minuto abstineant, quoniam ita, ex ipsa naturali operatione resultabit pro vino; dum ut dictum est, aperta stultitia species est, ut qui promptum habet modum gratuiti mutui, illud sub aded gravibus usuris fuscipere velit, & sic non urget necessitas, à qua pendet suffocatio, cuius ratione Principis provisio necessaria est.

ROMANA PIGNORUM  
PRO VENTURA, ET ANGELO DE SERMONETA  
BANCHERIIIS HEBRÆIS,  
CUM MARCHIONE RAYMUNDO.  
Casus disputatus in variis Tribunalibus, &  
resolutus pro bancheris.

An, & quando usuræ hebræorum exigi possint ultra terminum 18. seu respectivè 21. mensium, intra quorum spatium per capita statutum est pignora vendi debere, ac usuras amplius non currere. Et an bonis alienis per non dominum oppignoratis, possit dominus ea vindicare à bancherio hebræo non restituta pecunia, pro qua oppignorata sunt, cum usuris.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Puncti causa.
- 3 Datur institutio super actionibus, quæ competunt contra hebræum, penes quem reperitur res aliena oppignorata.
- 4 De jure dominus vindicat rem non restituta pecunia, & num. 6.
- 5 Fallit in Urbe ex privilegio concessa Hebræis, sed quomodo id intelligendum sit cum bona, vel mala fide.
- 6 Ampliatur conclusio, de qua, n. 4.
- 7 Declaratur dictum privilegium, & in quibus casibus non procedat constituta regula in contrarium.
- 8 An dictum privilegium, de quo, nu. 5. sit rationabile necne.
- 9 An excusetur credens famulo, vel ministro, cuius opera quis uti solitus erat.
- 10 Restitutio temporis cursus usurarum cessat accedente consensu debitoris.
- 11 Lis in iusta non causat vitium litigiosum.
- 12 Impediens habetur pro consentiente, & ideò currunt usura favore hebræi ab ipso debitore impediti vendere pignus.

DISC. VII.

1 In eo plurium annorum interstitio in quo Marchio Raymundus, ob aliquas imputationes coactus fuit ab Urbe, & Statu Ecclesiastico exulare, etiam sub banno capitali, de quo ejusque effectibus habetur actum in Romana cambiorum sub tit. de cambiis, disc. 2. ejusdem Marchionis matre Urbis domicilium continuante, quidam famulus præfati domus manus exercere solitus, diversis vicibus plura supellectilia pretiosa penes illos de Sermoneta bancherios hebræos oppignoravit, ac etiam expignoravit, juxta contingentiam affluentia, vel penuria pecuniarum; Cumque de tempore, de quo dictus Marchio in gratiam restitutus fuit, pleraque bona ita oppignorata repetirentur, præfatus autem famulus fugam arripuisset; Hinc idem Marchio, cum præsupposito, quod bona prædicta sibi furata essent, dictos bancherios, vel de furto, vel de contractione rei furtivæ criminaliter querelavit, sed concessa absolutoria ab actione criminali, cum reservatione querelanti agendi civiliter, per plures instantias in Tribunali Vicarii dictus Marchio causam prosecutus est, in omnibus autem succubuit per tres conformes, quibus non acquiescendo, recursum quoque habuit ad Signaturam gratiæ pro nova causæ commissione, sed peticio rejecta fuit, unde ita invitatus acquievit.

In disputationibus habitis, tam in Signatura gratiæ, quam præcedenter in ultima instantia, in quibus solum ego scriptus, duo erant puncti sive inspectione, Primò scilicet, cum in

facto non controverteretur bona controversa esse actoris, & oppignorata per non dominum, An adversus dictos bancherios domino competeret vindictio, non restituta pecunia cum usuris. Et secundo quatenus dicta restitutio facienda esset, An in eo intermedio tempore diuturnæ litis, quod lapsus erat post lapsum 18. mensium, quando ad formam capitulorum, pignora vendi debent, ac cessare usuræ, istarum cursus, stante dicta lite impeditus esset necne.

Quatenus pertinet ad primum, scribentes pro actore, omnia desumendo ex deductis pro ratione dubitandi apud Vermigliol. conf. 275. n. 1. cum tribus seqq. adhibebant distinctionem ibi deductam, quod, Aut bancherius, qui rem furtivam in pignus accepit, erat hujusmodi qualitatis conficius, & teneatur etiam criminaliter actione furtiva, necnon ad restitutionem rei ablata absque spe recuperationis pretii, ad text. in l. servus cuiusdam, ff. de condit. in debiti. & l. quoniam, ff. de condit. furtiva; Aut ignoravit, & cessante actione poenali pati debet vindicationem, pretio non restituito, juxta text. in l. incivilem, C. de furtis, per quem text. in specialibus terminis hebræorum, ita firmant Bald. Joannes de Anania, & cæteri, de quibus apud Menoch. lib. 5. præsumpt. 29. n. 11. Guazzin. defens. 17. n. 28. Vermigliol. dicto conf. 275. n. 3. & 4.

Et quamvis hæc juris dispositio cesserit in Urbe ex capitulis Hebræorum, prius sub Pio IV. & deinde sub Gregorio XIII. initis, & registratis in Constitutione 139. Pii IV. & Constitut. 43. Gregorii XIII. in Bullario veteri Sixti V. & quæ capita in hoc speciali proposito habentur etiam registrata per Rot. dec. 498. par. 4. recent. & apud Vermigliol. dicto conf. 275. post nu. 4. Replicabant tamen illa procedere, quoties bancherius ignoranter, ac bona fide id egisset, secus autem si esset conficius, ut patet ex eorumdem capitulorum contextu, atque de jure ita hoc privilegium intelligi debere, ex Anania conf. 70. & aliis habetur, apud Menoch. dicta præsumpt. 29. num. 36. Guazzin. dict. defens. 17. num. 28. Farinac. quest. 177. num. 25. Vermigliol. dict. conf. 275. num. 6.

Scientia verò, quod hæc bona non essent ipsius oppignorantis, sed præfati Marchionis, vel ejus matris, in facto bene justificari videbatur, Tum ex qualitate bonorum, quæ omnino incongrua erant conditioni, seu qualitati personæ oppignorantis, Tum etiam quia plura dabantur vehementia adminicula, quoniam & species probationis, quod dicti bancherius sciret bona prædicta esse Marchionis, vel ejus matris; Ideoque inferebant, quod cessante dicto privilegio, de plano intrabat regula desumpta ex dicto textu in l. incivilem, ut etiam ab emptore, vel alio possessore bonæ fidei, dominus rem suam, nullo restituito pretio vindicare valeat, quam DD. ampliant, etiam in nundinis, vel aliis publicis emporiis ille possessor acquisiverit, ex iis, quæ super hac regula cum ejus declarationibus habentur in Romana, seu Civitatis Verulæ mercium sub tit. de Regalibus, disc. 129. nisi possessor id bono animo egerit, ut ad commodum domini bona furata recuperaret, ex deductis supra, disc. 5. Multò igitur magis dum cessabat bona fides ob scientiam, quod hæc bona essent aliena.

His tamen non obstantibus, etiam cum sensu veritatis, contrarium probabilius dicebam, ut etiam in omnibus instantiis judicatum fuit, Et quidem super hoc puncto cum modica difficultate, quæ major, ac fortè solum fuit super alio puncto, de quo infra, quoniam capita prædicta non desiderant in bancherio ignorantiam, quod res esset aliena, neque bonam fidem, seu justam credulitatem; quod esset propria ipsius oppignorantis, sed solum duos casus excipiunt, Unum scilicet, quando vasa aurea, vel argentea, seu alia supellectilia pretiosa impressa habentur stigmata, seu insignia Cardinalium, vel Magnatum; Et secundo ubi esset conficius qualitatis furtivæ, seu aliàs fraudis participes, quibus casibus exceptis, regula generalis sibi assistit, ex vulgari & recepto juris axiomate, de quo generaliter Barbosa axiom. 85. nu. 4. & 5. Rota dec. 24. nu. 1. & seqq. par. 6. rec. & in his terminis specialibus dicta dec. 498. num. 1. in fine, par. 4. recent. quod exceptio firmat regulam generalem in contrarium.

Atque in casu, de quo agit Vermigliol. dicto conf. 275. ut patet ex n. 8. & 9. aderat explicita scientia bancheris probata per ejus confessionem, quod scilicet oppignorator dixerit se esse famulum cuiusdam Prælati, de cujus mandato quædam argentea ipsius domini pro ejus indigentia oppignorabat, quamvis in eo casu principalis disputatio esset pro executione poenæ in criminalibus, non autem ad effectum civilem, de quo in præsentem.



Et quidem, cessante scientia qualitatis furivæ, seu participatione fraudis ut supra, dicebam dicta capitula esse rationi congrua, & commercio magis adaptata pro majori commoditate populi primarii, ac nobilibus magis, quam infimi, & minuti, quoniam ut advertitur *disc. precedenti*, hanc magis damnosam, & usurariam viam potius, quam alteram non damnosam Montis pietatis eligere solent Magistrates, seu Prælati, ac viri nobiles, & qualificati, ac etiam probati mercatores, ex principali motivo tenendi rem occultam, ne eorum existimationi præjudicium aliàs resoltaret; ideoque hujusmodi actus de sui natura explicandi sunt, non per ipsos dominos, sed per famulos, seu alios fiduciarios, neque aliàs materia esset practicable, ut in specie advertitur per *Cyriac. contrav. 178. num. 10.* & admittunt *Menoch. d. præsumpt. 29. n. 35.* & *Farinac. d. quæst. 177. num. 33.* & *seq.* ubi de hujusmodi privilegii rationabilitate stante præsertim communi usu dirimente omnem difficultatem, Quæ clarius in præsentem cessabat, stante quodam decreto generali desuper edito de anno 1642. per Cardinalem Camerarium Hebræorum iudicem competentem, & in his materiis peculiarem.

Et quamvis id causetur inconueniens, de quo dicto *disc. precedenti*, quod scilicet ita latior aditus concedatur famulis, vel filisfamiliæ, aut aliis bona dominis, vel parentibus subtrahendi, atque generaliter faciliora reddantur furta; Nihilominus, ut ibidem advertitur, attendere oportet præponderantiam majoris commoditatis, & utilitatis exinde Republicæ, ac publico commercio resultantis, Ac etiam quia, ut dicebam scribendo in præsentem causa disputata longe prius quam motivarentur ea, de quibus *disc. precedenti*, ista ratio considerabilis videretur apud Superiores ad effectum prescribendi modum, quo hujusmodi fraudibus occurri posset, non autem impediendi, quominus bancheii hebræi dicto privilegio à communi usu ita interpretato, & corroborato, ubi valeant, donec cortigatur, seu aliàs moderentur.

Ultra verò præmissa generalia in quocumque casu procedentia. In isto speciali, seu indiviso casu, omnis difficultas penitus cessare videbatur, ex illa facti circumstantia, quod hic oppignorator longævum, ac fiduciarium famularum in hac domo præstiterat, atque longo temporis intervallo, pluribus ac reiteratis vicibus, eadem, vel similia bona oppignoraverat, ac expignoraverat iuxta temporum contingencias, ac pecuniarum indigentiam, vel respectivè affluentiam. Unde propterea de plano intrabat mandarum præsumptum, recteque applicari dicebam doctrinam *Bart. in l. cum qui. §. fin. ff. commodati*, quam cæteri sequuntur, de quibus *Angel. conf. 370.* *Guidopap. dec. 173.* *Giurb. dec. 79. Rot. dec. 366. par. 2. rec.* super excusatione credentis famulo, vel ministro, cujus opera dominus uti solebat, ejusque fidem probavit, de qua conclusione, seu materia cum suis declarationibus habetur præsertim particulariter actum in una Romana pecuniaria, seu ordinis sub tit. de credito pro Petro Riccardo, ac etiam in Romana pro Monte Pietatis cum Collegio Orphanorum eodem titulo, occasione disputandi, an solvens cum ordinibus falsis liberationem obtineat, seu actionem acquirat necne.

Major igitur, ac pœnè tota disputatio fuit super altero puncto cursoris usurarum, stante expressa dispositione dictorum capitulorum, quod bancheii, alique Hebræi super pignoris mutantes teneantur quatuor anni temporibus facere venditiones generales pignorum excedentium 18. menses, unde propterea usus inolevit, quod cessante expressa conventionione, seu consensu ipsius debitoris, ut in eisdem capitulis expressè excipitur, usura peti solum possunt pro mensibus 21. stante quod post 18. menses expectare oportet primam venditionem generalem, singulo quoque trimestre ita faciendam, & de quorum capitulorum intelligentia, & quando concurrere dicatur dictus debitoris consensus, qui eorum dispositionem cessare faciat, habentur aliqua apud *Vermigli. conf. 301. cum seq.*

Difficultas autem versabatut in eo, quod in hac facti specie nendum cessabat ipsius debitoris consensus, sed potius juxta præmissam facti seriem, aderat expressus disensus, ideoque punctus erat, an ex eo quod ipsem pignorum dominus cum præfata diuturna lite, ac etiam cum specialibus, ac pœnalis inhibitionibus impedimentum præstiterat, ne ad pignorum venditionem procederetur, iste casus equipolleret præfato alteri exceptuato ratione consensus.

Et in hoc, scribentes pro actore reassumendo collecta per *Farinac. in fragmentis. par. 2. verbo l. s. n. 263.* cum longa allegationum congerie fundamentum constituebant in propositione ibi firmata, quod lis injusta non cauat vitium liti-

gios, Et hoc stante inferebant, quod bancheius licite potuisset ad hujusmodi pignorum venditionem procedere; Verum cum eodem sensu veritatis, prorùs improbabilem hujusmodi præntensionem dicebam, dictaque conclusionis applicationem omninò incongruam esse, illa siquidem rectè procedit ad effectum evitandi pœnas, aliosque præjudiciales effectus resultantés ex dispositione textus in *l. finali. Cod. de litigiosis*, quatenus ad alienationem rei in litem deductæ procederetur, non tamen exinde inferri potest, quod ille, contra quem injusta lites mota, & sustentata fuit, teneatur vendere bona controversa, atque ita cum dicto injusto colligante se exponere majoribus molestiis ob attentata, & spretus inhibitionem, nam esset ita punire innocentem, ac premiare delinquentem, qui ex injusta lite commodum, & utilitatem reportaret; Ideoque observabam intrare ea quæ habemus in iure, ut impedito non currat tempus, ad text. in *l. quibus diebus. ff. de condit. & demonst. l. 1. in fine. Cod. de annali except. cap. imputari. de regul. jur. in 6.* cum concordant per *Buratt. dec. 529. num. 1. Rot. dec. 19. n. 9. par. 7. recent.* & frequenter; Et de tempore adjecto pacto de retrovendendo, seu alteri retracturi non corrente durante lite per alteram partem intentata, *Gregor. dec. 451. nu. 1. & sequentibus.* *Buratt. dec. 937. nu. 12.* Illa etiam propositione in idem tendente, quod nunquam opponit de mora, vel non implemento ille, qui sive justè, sive injustè præstat impedimentum, ne implementum sequeretur, ad text. in *l. cum ipse. ff. de excusat. tutor. ubi Bart. Bald. & cæteri, de quibus Addeu. ad Vestr. lib. 6. cap. ultim. n. 25. & sequentibus. dicta dec. 19. num. 10. par. 7. recent.* Porrius quia isti bancheii non contendebant de lucro reportando ex usus, sed potius de se restaurando de ingeni damno passio ex hujusmodi diuturna lite criminali, & civili, cujus sumptus, & damna sortem, & usuras longè superabant.

TIBURTINA CASTRI S. ANGELI.  
PRODUCE PARMÆ  
CUM DUCE BRACCHIANI.

*Causa variè decisus per Rotam, & pendet.*

De pacto legis commissories, ut creditor, certo casu, vel conditione contingente remaneat pignoris dominus, An, & quando dicatur usurarium, & invalidum, vel potiùs subsistat.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Vendi, vel dari possunt in solum castri fructus, & redditus, ipso castro remanente penes venditorem.
- 3 Empior cum pacto de retrovendendo dicitur perfectè dominus.
- 4 Quando dicatur pignus, & non datio in solum, & quid in dubio presumatur.
- 5 Inclaris non intrant præsumptiones, & argumenta.
- 6 De invaliditate pacti commissories in pignore, & de materia, num. 9.
- 7 An procedat quando fit ex intervallo.
- 8 Quod idem procedat isto casu, sed difficilius præti.
- 9 Valeat pactum commissorium, ubi non concurrat iniustitia.
- 10 Quando dicatur adesse iniustitia.
- 11 An intrer retrotractio ex clausula, & ex nunc pro tunc.
- 12 Quando pactum commissorium valeat, quia non contineat penam, sed subtractionem lucri.
- 13 Quando pena conventionalis exigatur.
- 14 An dos sit privilegiata, ut pactum commissorium in ea valeat, remissive.

DISC. VIII.

DE anno 1504. Johannes Jordanus Ursinus Comes Tagliacotii, & Albæ, debitor Alphoninæ de Ursinis viduæ Petri de Medices in scuris 25. mil. pro eius dote, & lucris, huic assignavit fructus, & redditus Castri Sancti Angeli valutatos in annuis ducatis 480. quosque sibi satisfacere, sub pacto, quod in quocumque casu molestiarum ab ipso Comite, vel suis, aut aliis super dicti Castri possessione inferendarum, dominum directum, & utile cum clausula, *ex nunc pro tunc*, transferretur in ipsam Alphoninam, quæ ita præfati Castri domina remaneret. Cum que circa annum 1538. dictus casus molestiarum contigisset, dicta Alphonina, seu habens causam ab ea, in vim dicti pacti, jure domi-

dominii Castrum prædictum possidere declaravit, eoque jure successione transiit in Duceum Parmæ, contra istum Dux Bracchiani præfati Joannis Jordani successor litem introduxit in Rota super dicti Castri restitutione, stante satisfactione crediti, atque sententiam favorabilem reportavit, quæ transfusum fecit in rem judicatam, adversus quam commissa causa restitutionis in integrum in Rota coram Meltio, datoque solito dubio, *An constaret de re judicata*, sub die 18. Junii 1646. ad favorem Ducis Parmæ negativa proditit resolutio, confirmata 11. Martii 1650. Sed reposita causa sub die 26. Januarii 1654. recessum fuit à decisis, & in hac ultima resolutione perstitit fuit 14. Februarii 1656. atque in hoc statu causa reperitur, Quorum decisionum tres ultimæ habentur impressæ, illæ scilicet de anno 1656. & 1654. par. 11. *recent. decis. 330. & 371.* & ultima de anno 1656. apud *Censal. in l. unica. Cod. si quis Imperatori maledixerit. fol. 202.*

In hujusmodi autem dispositionibus, de duobus actum est, Primò scilicet de forma probandi instrumenti, in quo actor suam fundabat intentionem, Et secundo super validitate, vel invaliditate dicti pacti commissories; & de utroque agitur in primis duabus decisionibus editis de annis 1646. & 1650. in duabus verò posterioribus de annis 1654. & 1656. suspensio dicto primo puncto, agitur solum de secundo validitatis dicti pacti, atque in ultima tantum disputatione post editam primam decisionem revocatoriam anni 1654. ego evocatus fui ad scribendum in causa pro Duce Parmæ, cum tunc non essem Advocatus Ducis Bracchiani.

Quatenus igitur pertinet ad hunc punctum pacti commissories, duo patiter erant puncti, Unus super natura, seu qualitate dicti contractus, an scilicet contineret pignus, vel potiùs dationem insolutorum. Et alter postò quod esset pignus, an dictum pactum subsisteret; Dicebam autem ego, & cæteri pro hac parte scribentes esse dationem insolutorum, non obstante quod ageretur de solis fructibus, quia non implicat dictum contractum verificari posse in solis fructibus, redditibus, & emolumentis, tanquam diversis ab ipso Castro, cujus dominium comparibiliter remanere potest penes ipsam dantem, ex iis, quæ habentur deducta in alia Tiburtina Castrorum pro eodem Duce Bracchiani sub tit. de feudis, *disc. 62.* stantibus præsertim illis verbis, *dedit, cessit, transiit insolutorum, &c. transferens omne dominium, &c.* ut ponderatus in primis duabus decisionibus huic parti favorabilibus.

Verùm de hoc motivo dubitabam, non quidem ex fallacia dictæ conclusionis, quod scilicet comparibiliter cum retentione Castri, ejusque dominii, vendi, seu insolutorum dari possint ejus fructus, redditus, & emolumenta juxta firmata dicto *disc. 62. sub tit. de feudis*, sed ex defectu applicationis ad factum, quoniam de natura venditionis, vel dationis insolutorum est, ut bona ita data; perpetuò remaneant penes recipientem, Et quamvis ista contractus ex pacto redimendi subjaceat resolutioni, atamen interim possessor dicitur perfectus dominus ad omnes effectus ex deductis per *Buratt. decis. 677. num. 1. Rovit. pragm. 1. de juris. & exalt. sisc. num. 82. cum seqq.* atque pretium remanet integrum in casu talis pacti, seu resolutionis restituendum, absque eo quod consumptionem reciperet ex fructibus medio tempore perceptis, utpotè obtentis jure dominii, cujus contrarium expressè probabat instrumenti tenor, dum ad litteram convenitur dictum Castrum possideri debere, donec sequeretur satisfactio debiti, ita singulis annis excomputandi, seu defalcandi, quod verè, & propriè convenit pignori, non autem dationi insolutorum, ad text. in *l. si convenerunt 2. & l. finali. Cod. de pignoratitia actione*, cum concordantibus deductis per *Surd. conf. 243.* unde scribentes pro actore totum super hoc puncto desumebant, ita enim voluntas remanere videbatur clara in verbis, Et consequenter non intrabat quæstio, de qua plene apud *Menoch. conf. 201. Greg. & addeu. decis. 194.* Rota in Anconitana bonorum coram *Royas decis. 80. & 266.* in qua etiam causa adhuc pendente in Rota proditit novissime altera decisio prædictarum confirmatoria 14. Maji 1663. coram *Bevilacqua*, An scilicet in dubio bono censentur per debitorem creditori data in pignus, vel insolutorum, de quo articulo habetur pluries in sua materia *sub tit. de credito*, præsertim in dicta Anconitana, quoniam ista quæstio, quæ potiùs est facti, & voluntas quam juris, procedit in dubio, & quoties voluntas est ambigua, quam ex verbis, & clausulis, seu præsumptionibus, & adminiculis desumere oportet; Secus autem, ubi tam ex verbis, quam ex ipso facto defalcationis crediti ex fructibus cum expressa obligatione restituendi ipsam rem

absque alia præfatione tanquam ex fructibus jam extincti, voluntas videretur clara, in ejus casu non intrant præsumptiones, & argumenta ad vulgarem regulam textus in *l. aut ille. ff. delegatis*, tertio procedentem quoque in actibus inter vivos ex deductis *decis. 44. numer. 14. par. 11. rec. ubi concordantes*, Unde propterea quoad hunc primum punctum, quamvis more Advocati plura dederem ad probandam dationem in solum deducta ex *d. conf. 201. Menoch. & Comitul. decis. 4.* quæ videntur autoritas magis proxima, & specialis in casu, & in dictis decisionibus apud *Royas* cum aliis in præfatis primis duabus decisionibus huic parti favorabilibus, atamen reflectendo ad veritatem, contrarium videbatur probabilius.

Quo verò ad alterum punctum, validitatis scilicet, vel invaliditatis dicti pacti commissories postò pignore; Quamvis ego & cæteri pro hac parte scribentes admitteremus juris regulam super hujusmodi pacti invaliditate, ad text. in *l. fin. Cod. de pactis pignorum, & cap. significante, de pignor. utrobique DD. de quibus Mantica. de iact. lib. 11. titul. 9. Gait. de credito. cap. 4. quæst. 9. nu. 102. Cyriac. contrav. 393. Surd. decis. 248. Leotard. de usuris, qu. 69. & 70. apud quos cæteri de materia; Dicebam tamen id procedere, quando pactum adicitur incontinenti occasione mutui per suffocatum debitorem ad favorem callidi creditoris, ita eum in statu indigentis pecuniarum constitutum suffocantis, secus autem si adicitur ex intervallo, quando dicta ratio promptè necessitatis, & suffocationis non urget, ut in datione insolutorum, ut ita distinguunt tenent *Fulgof. conf. 133. Decius consil. 166. n. 6. Menoch. conf. 343. num. 17. & cæteri.**

Verùm de hoc fundamento pariter dubitabam, quoniam 7. ex iis, quæ super ista conclusione habentur in Romana locorum Montium de Muris *sub tit. de Regalibus, disc. 32.* & apud *Leotar. d. quæst. 70. num. 2. cum seqq.* cum aliis in dictis posterioribus decisionibus, præsertim prima, quæ est *330. par. 11. recent.* magis communis, meliusque fundata videtur contraria sententia, ut etiam in pacto ex intervallo fœnus adesse possit, dum urget quoque eadem ratio suffocationis, si non pro obtinendo de novo muram pecuniam, pro obtinendo tamen dilationem, & ne aliàs ad jam mutuata restitutionem suffocetur, quod sonat in idem. Solumque dicta distinctio, an sit incontinenti, vel ex intervallo, remanet considerabilis in ordine ad facilitus, vel respectivè difficultus inducendum fœnus, ejusque præsumptionem in ambiguo, ut bene ponderatur per *Leotard. ubi supra*, & advertitur *d. disc. 32. sub tit. de Regalibus.*

Solidum igitur, ac tutum motivum, ex pro meo iudicio, reflectendo ad solam veritatem, non placebat ultimæ resolutionis super dicti pacti invaliditate, consistebat in eo, quod ex recepto sensu omnium supra allegatorum, ac aliorum apud eos, hæc infectio fundata est in pretii iniustitia, ex qua resultat creditoris asperitas, & depravata intentio, & è converso debitoris suffocatio, cum unius immoderato lucro, ac alterius damno ob solutionem pecunie in tempore non factam; Ubi autem hæc ratio cessat, quia nempe conventum sit rem ceteri emptam, seu creditori adjudicatam pro justo pretio, tunc justitia præjudicata non remanet, nullumque concurrat creditoris lucrum, vel suffocati debitoris damnum, & consequenter cessant omnes rationes hujusmodi pactum improbant; Licet enim non desint rigorosi censores, volentes, ut data etiam justitia adhuc mixtura mutui cum altero contractu usuram redoleat, ob necessitatem qua debitor premitur invitare vendere, vel emere, seu locare, vel conducere, &c. & è converso utilitatem creditoris resultantem ex certitudine, quam habet obtinendi emptionem, seu conductionem, &c. Nihilominus data justitia, & æqualitate, rationabiliter ista rigorosa opinio est magis communiter rejecta ex iis, quæ habentur supra in Rom. locat. venæ ferri, & in Tusculana hoc eodem tit. *disc. 2. & 4.* Unde cum in hac facti specie supponeretur conclusentem justificati istud castrum esse longe inferioris, quam importaret dictum creditum ducatorum 25. mil. pro quo hujusmodi assignatio facta erat, exinde resultabat cessare iniustitiam, quæ est unicum fundamentum infectionis hujusmodi pacti commissories.

Non negabant scribentes pro actore, prout & decisiones pro eo editæ non negant, veritatem dictæ theoreticæ, seu conclusionis, ut scilicet data justitia, pactum subsistat, sed resolutionum fundamentum est in defectu applicationis ad factum, Tum quia de anno 1638. quando conditio molestiarum purificata fuit, & successivè venit casus pacti, creditum erat notabiliter extinctum cum fructibus interim medio tempo-

re annorum circiter 34. perceptis, unde propterea ita verificabatur, quod pro modico residuo credito pignus majoris valoris creditori addiceretur, & sic intrabat injustitia, Tum fortius, quia dati poterat casus, quod ista conditio purificaretur in ultimis annis, ipsius debiti extinctione pignus sequuta, & Castri restitutione imminente, ita ut creditor pro minima summa residuali totam rem cum nimia asperitate reportaret, atque istud secundum motivum fuit potissima causa resolutionum.

11 Er quamvis ex hac parte diceretur, quod stante clausula, *ex nunc pro tunc* in dicto pacto adjecta, ita fingeretur hujusmodi applicationem jure dominii, & retractionis sequi ab initio, ac de ipso tempore contractus, quo attentio, injustitia concurrebat potius ex parte creditoris, cum valor pignoris esset inferior credito; Nihilominus scribentes in contrarium, quibus dictae decisiones adherent, mortuus instabant super hujusmodi retractionis impracticabilitate ob defectum extremorum, quodque de privatione ad habitum non daretur regressus, dum rata crediti cum fructibus interesti perceptis jam evanuerat, ac extincta erat, ideoque loco pretii servit non poterat, ut habetur in eisdem decisionibus.

12 Adhuc tamen mihi videbatur veritas in contrarium, quodque verè in hac facti specie non intraret dicti termini pacti commissorii foenus redolentis, neque modo aliquo intrarent rationes, ex quibus ejus infectio resultat, sed quod potius essent in casu donationis & benevolentiae, quam creditrix debitori sub certa conditione, seu pacto resolutorio ita face- se voluit juxta terminos textus in *l. pecunia, ff. de usuris cum similibus*. Cum enim certum esset, quod attentio tempore contractus, creditum longe superaret valorem ipsius Castri, unde creditrix volente debitor, non solum dicto Castro ex tunc, sed etiam aliis bonis se private cogendus esset, ac etiam, vel ex bonis pro dicti crediti assequutione ab ipso debitore obtinendis, vel ex investimento pecuniae, quae ab eodem tunc de justitia recuperari potuisset, ipsa creditrix longe majorem fructum, salva sorte, obtinere potuisset in perpetuum; Hinc proinde de plano resultat, lesionem, vel suffocationem potius contingere in ipsa creditrice ita notabiliter praesudicata, & quae potius ex quadam liberalitate & benevolentia ita cum debitore se gerere voluit, sub dicta tamen conditione, cujus purificatio, non penam debitoris importare dicebatur, sed potius ademptionem lucri, seu donationis, juxta terminos *d. text. in l. pecunia 9. ff. de usuris, sive alios in l. 1. C. de donat. qua sub modo*, cum similibus, de quibus in proposito pacti adjecti in cambio limitato sub conditione solutionis in tempore, qua non sequuta, debitor remaneret subiectus cambiis concurrentibus habetur in *Romana cambi de Sportis sub tit. de cambiis disc. 6.*

13 Eoque magis hac sine dubio procedere dicebam, quia conditio non erat ob non datum, & sic ob pecuniam in tempore non solutam, quo casu proprie intrat suspicio foenoris, cujus ratione habemus, quod poena conventionalis, ultra id quod interest, non eligitur, sed est ob factum, vel non factum, quo casu id non intrat, juxta distinctionem, de qua *decis. 170. par. 11. rec. & conferunt quae habemus de jure, ac circumscripta Bulla Pii V. in materia pacti rescissorii contractus censualis in casu non implementi ex parte debitoris cum similibus; Et quidem videbatur quidam rigor leguleius applicare ad hunc casum ea, quae in jure habemus de infectione pacti commissorii in pignore, cum id fundetur in asperitate, ac depravato animo creditoris, ac suffocatione debitoris, quorum utrumque in praesenti cessabat, imò erat in oppositum.*

14 Disputatus etiam fuit articulus, an favor dotis istud pactum sustineret, ac tolleret infectionem aliàs in eo cadentem; sed de hoc habetur particulariter actum in hac eadem causa *Tyburina* in sua materia *sub tit. de dote*.

ADNOT. AD DISC. VIII.

Uteriorum progressum ista causa non habuit, neque super hoc puncto pacti commissorii alia disputationis occasio adfuit, nisi in eo quod de pacto francandi habetur infra, *disc. 39. super articulo, de quo infra, disc. 11. & aliquid insinuatur, disc. 56. de Cred. & forsan alibi eod. tit.*

ageretur de quodam grege, qui ex consuetis casibus in parte perierat.

In hac autem facti specie dicebam, reverè non versari in casu istius questionis simplicis assignationis; cujus titulus incertus esset, unde ambiguum remaneat, an sit pignus, vel datio in solutum, nam stantibus claris & expressis verbis instrumenti, verè & proprie verfabamur in contractu, de quo agit text. in *l. si quis bona, §. 1. ff. de pignor.* qui per DD. *antichresis* dici solet, vulgò autem ad *gaudendum*, & qui contractus licet sub nomine, seu genere pignoris adhuc veniat, discretè ab emptione & venditione, vel datione in solutum, seu alio titulo dominii translativo, Attamen differt ab eo regulari & proprio pignore, quod loco quantitatis per debitorem creditori pro sola cautela datur.

3 In isto enim, quod pignus conventionale dicitur, certum est, attentata etiam juris civilis dispositione, multò magis, & abique dubio attentio jure canonico, creditor non facit fructus suos, sed eos perceptos in sortem imputat, iratur etiam de percipiendis teneatur, cum in hoc differant pignus conventionale & praetorium, ut in isto veniant solum percepti, in illo verò etiam qui percipi potuerunt ad text. in *l. 1. & 2. C. de pignoraticia actione*, & post antiquiores ab eis cumulatè plenè habetur apud Surd. *d. conf. 243. Menoch. d. conf. 201. Leotard. de usur. quast. 11. Surd. decis. 270.* ubi de hac distinctione inter conventionale & praetorium, de qua etiam in *Romana censuum 13. Martii 1651. Peningerio* & passim, ex quibus patet solam questionem esse facti, super natura scilicet, seu qualitate contractus, an sit pignus, vel dationis in solutum, ubi enim constat de qualitate pignoris, nemo dubitat dicto effectu exinde resultante.

5 Solùmque dignoscitur videretur differentia inter Curiam Romanam aliaque ab ejus opinionibus dependentes, ac alia Catholici orbis Tribunalia, circa modum imputandi hujusmodi fructus, An scilicet omnes rigorosè cedant in sortem principalem omninò solitam & infructiferam, non probato in specie, & cum solitis requisitis, interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, ut est rigorosa Curiae opinio, Vel potius ad beneficium creditoris, abique alia extrinseca, & speciali justificatione, tanquam generali & notoria, pro ejus credito admitti debeat cursus accessionum ratione dicti interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, in quod prius fructus imputari debeant, reliquum verò in sortem, juxta praxim, seu calculandi modum, de quo in specie agitur apud Fontanell. *dec. 91. & 208. cum duob. seqq.* cum qua opinione passim vivitur in utrisque Siciliae Regnis, & in Catalonia, aliisque partibus, & forsan ubique, excepta Curia Romana, aliisque, vel Ecclesiasticis in genere, vel secularibus Curiae Status Ecclesiastici, ab ista tanquam Metropolitana regulandis.

6 Ubi verò non agitur de simplici pignore, sed de qualificato ab expressa conventionione, quod interim pendente solutione quantitatis, creditor illud possideat quodam quasi jure dominicali, suosque faciat fructus, tunc in specie dispositione juris civilis, istos ereditor, seu possessor facit suos ad text. in *l. si ea pactione, §. l. si ea lege, C. de usuris*, atque ad differentiam simplicis pignoris dicitur contractus *antichresis*, aliàs vulgò ad *gaudendum*; Super quo solum apud Canonistas & Morales intrat difficultas, num dicta juris civilis dispositio correctè sit necne per jus canonicum ratione foenoris, seu usurariae qualitatis, quae inesse dicitur, ut post antiquiores patet ex deductis per Leotard. *de usur. quast. 15. per totum*, praesertim ex *nu. 23. ad fin. Duard. de censibus in proemio quast. 24. n. 25. Giballin. de usuris, lib. 3. cap. 7. art. 13. confect. 2. de Marin. resol. 170. lib. 2.* ex quibus occasione agendi de isto contractu, in Germania praesertim frequentè, liquet, juxta omnium aliarum materiarum & questionum naturam, nimis varias haberi opiniones, Aliis simpliciter affirmantibus illum esse validum & licitum, Aliis id simpliciter negantibus, Aliis verò distinguentibus, an redimendi facultas esset in facultate, vel potius in necessitate debitoris, ut primo casu valeat, in secundò autem non cum aliis distinctionibus, de quibus apud eos.

7 Applicando autem ad rem, dicebam in proposito, inanes videri hujusmodi questiones, atque incongruè hanc inspectionem assumi, Tum quia debitor, cujus solum interest contractum esse foeneratitium pro imputatione fructuum in sortem, ut ita sensibilter liberationem à proprio debito obtineret, id non curabat, dictaeque imputationi cedebat; Tum etiam quia cum dicta assignatio facta esset ex causa dotis, atque ut supponebatur, matrimonium duraret, nullus erat hujus questionis effectus, ob claram dispositionem text. in *cap. salubriter. de usuris*, & habetur satis frequenter in proposito fructuum, seu usurarum dotalium in sua mate-

Card. de Luca, Lib. V.

ria *sub tit. de dote*, ac etiam satis proximè advertitur in *Romana, seu Rossanen. sub tit. de feud. disc. 20.* ubi quod dato feudo in dorem absque Regio assensu, quamvis actus sit invalidus, adhuc tamen vir habet feudi tenentem, ac facit fructus suos loco usurarum dotalium, quae non dicuntur importare lucrativas & foeneratitias accessiones, sed potius restaurationem damni, quod vir patitur ob supportationem onerum matrimonialium.

Quare cessante dicto effectu imputationis fructuum, cujus ratione hujusmodi questiones agitari solent, neque cadente altero effectu periculi, quod pariter eisdem disputationibus ansam praebet; Solus punctus consistere videbatur in eo, an creditori licita esset penitentia, atque invito debitore resillire à conventionione, suumque creditum dimissis bonis petere; Et in hoc scribentes pro actore, quibus Judex adhaerebat, fundamentum constituebant in conclusione, quod data per creditorem debitori dilacione sub accessionum conventionione, quae illicita & usuraria sit, non potest quidem creditor petere, vel assequi accessiones, neque retinere assequitas, quas imputare tenetur, sed non cogitur servare eandem conventionem circa dilacionem debitori concessam, qua non obstante suas actiones pro crediti confectione exercere potest, ob regulam *cum cessante, &c.* dum dilatio retrospectiva fuit ad commodum medio tempore speratum, ideoque isto cessante, tanquam à cessante causa finali, dilatio quoque cessare debet.

Verùm, in sensu etiam veritatis, dicebam hujusmodi conclusionem incongruè applicari ad casum, Tum quia durante matrimonio cessabat dicta unica ratio cessantis respectivitatibus, seu praesuppositi, dum tunc creditor ita suos faciebat fructus absque timore imputationis; Tum etiam, quia de facili occurrere poterat, ne soluto etiam matrimonio eidem timori, seu periculo creditor subiaceret, adimplendo requisita posita per Castren. in *l. 3. ff. de eo quod certo loco* pro interesse lucri cessantis ob investimentum aliàs faciendum; Porrius verò dum ipsemet debitor dabat manus, atque se habebat pro interpellato, ideoque dum ita consilium ramanebat, nulla subesse videbatur ratio, cur licitum esset recedere à conventionione, quam partes jure cujusdam implicitae emptionis & venditionis cum pacto redimendi, ita facere voluisse videbantur, atque ex his credendam probabilitatem ree conventae magis assistere.

Generaliter autem in proposito istius contractus *antichresis*, aliàs *ad gaudendum*; quicquid sit in foro interno, de quo non sunt partes viri forensis agendi, cum ibi sola veritas naturalis super eo quod interest, reclaque, vel respectivo depravata intentio tutum faciant; Quatenus pertinet ad forum externum, hujus questionis, tam decisio, quam effectus pendere videntur ab eo, an creditori pro pecunia, quam interim debitor retinet, debitum sit necne interesse ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, ut praesertim bene advertit de Marin. *d. resol. 170. lib. 2.* Ubi enim tale interesse currit parum, vel nihil refert de fructibus habendam esse rationem ad favorem debitoris, in quo residet pignoris, seu rei iudicatae dominium, cum rari sint casus, in quibus fructus naturales, vel industriales honorum superent illos fructus civiles, seu fictos, quos hoc interesse lucri cessantis, vel damni emergentis importare solet, frequentis verò isti sint majores, juxta casum, de quo in *Bojanen. sub tit. de feud. disc. 37.* ubi cum emptor feudi ob defectum assensus Regis revocasset contractum emptionis, atque in Regno Neapolis receptum sit hujusmodi revocationem competentem in vim constitutoris incipientis *Constitutionem divine memoriae* operari retractionem, ita ut fructus feudi medio tempore percepti cedant ad commodum venditoris, emptori autem debeatur interesse pretii soluti, quaestio in proposito esse magis solet ex parte emptoris, quoniam plus importat interesse, quam importent fructus, & tamen praetentio ibi impugnetur.

Quibus sic stantibus, observandum effectum invaliditatis hujus contractus restringi ad Urbem, & Statum Ecclesiasticum, quoties ex parte dantis pecuniam non servaretur illa verbalis formalitas, quae continetur in dictis requisitis positis per Paul. de Castro in *l. 3. ff. de eo quod certo loco* pro interesse lucri cessantis, sive in altera formalitate contenta in *decis. 2. Mohedani de usuris* pro interesse damni emergentis, quoniam alibi ferè in univèrsam diverso jure vivitur, atque dicta requisita tanquam notoria habentur pro probatis, & consequenter nullus remanet questionis effectus, unde resultat quod contractus est frequens, & usitatus, praesertim in Germania, ubi restantur communiter scribentes, de quibus Leotar. & Giballin. ubi supra; In Curia verò, ut frequentius in hac materia sum expertus, validitas, vel invaliditas istorum,



rum, ac similium contractuum magnam dependentiam habere videntur a formalitate verborum, ut patet ex iis, quae hoc eodem titulo & in altero de cambiis, juxta diversas casuum contingencias habentur; Unde frequenter contingit, quod versutus & callidus generator tanquam sollicitus in hujusmodi formalitatibus adhibendis, licet percipit usuras & accessiones; E converso autem simplex & sincerus contrahens, cum bono animo absque hujusmodi cautelis procedens, reputatur usurarius, quod mihi nunquam placuit, quoniam ita verificati videntur inconveniens consideratum per se, in l. fin. c. de usuris, ut lex dicatur imposita magis verbis quam rebus; Ideoque spectanda videtur substantia veritatis, ex qualitate personarum, usu communi, verisimilitudine, alisque facti circumstantiis pro prudenti arbitrio indaganda, non autem in hujusmodi verbalibus formalitatibus immorandum est.

ANNOT. AD DISC. IX.

Partiter super isto contractu ad gaudendum, vel antichresis alia non suppetit occasio disputandi particulatim.

ROMANA FRUCTUUM CENSUS PRO CAROLO ARGOLO PRO CAROLO ARGOLO CUM FELICE BUCCAMATIA.

Causa disputata coram A. C. pendet in Rota.

De conclusione, quod ubi valor pignoris non excedit creditum, fructus non imputentur in sortem, sed creditor eos faciat suos, an & quando procedat.

S U M M A R I U M.

- Facti series. Ubi pignus aequat creditum, vel est illi inferius, censetur habitum pro derelicto, & creditor facit fructus suos. An creditor jus habeat ad bona ex successione delata ejus debitori, & an pro retentione dorum facta a patre inducatur in filio aditu materna hereditatis remissa. Declaratur conclusio, de qua n. 2. quando procedat. Quandores censetur data creditori potius in solutum, quam in pignus. Data in solutum est idem, ac emptio & venditio, eademque requiritur desiderat. Declaratur conclusio, de qua n. 2. & 4. ut procedat in pignore conventionali, non autem legali, seu pratorio.

D I S C. X.

Gente Carolo Argolo coram A. C. seu Praelato deputato pro fructibus cuiusdam census ad bona Alexii & Alexandri de Buccamatia, contra Felicem filiam, & nepotem respectivè illa possidentem, excipiebat ista de anterioribus juribus dotalibus matris & aviae, atque replicante creditore, quod jura praedicta ipsi Felici non competere, sed potius ejus fratribus jam defunctis, in eodem debito obligatis, quibus praedictarum matris & aviae successio potius debita erat, exclusa ipsa Felice tanquam femina jam detata ex statuto Urbis; Quodque ubi etiam ad ipsam jura praedicta spectarent, adhuc extincta esset cum fructibus ex praetatis bonis 25. annorum spatio perceptis, ipsa jure in sortem unguis quibusque annis integre imputandis, eamque extenuantibus, dum nullus concurreret titulus, qui utrumque creditum dotalis redderet fructiferum; Non quidem ille dotis, quoniam in Rota & Curia receptissimum est, dispositionem rext. in cap. salubriter, de usuris locum sibi vindicare constantem matrimonio tantum, non autem eo dissoluto, quamvis filii superesset; Neque alter lucri cessantis, vel damni emergentis, dum pariter in Curia hoc jure vivitur, quod nisi probentur formiter, ac in specie requisita posita per Castren. in l. 3. ff. de ea quod certo loco, quoad interesse lucri cessantis, vel illa decis. 2. Mohed. de usuris, quoad illud damni emergentis, nullum debetur, & consequenter fructus ex pignore percepti ad aliud referri non possunt, nisi ad extenuationem sortis.

Pro utroque objecto evitando, scribentes pro rea conventa, duo motiva deducebant, Primum in ordine ad incompetentiam dictorum jurum dotalium, quod non constaret filios masculos adhibere hereditatem matris, vel legitimam sibi

debitam in bonis aviæ, quæ fortè ex cautela eludendi creditores, ipsam neptem tantum heredem instituerat, & consequenter dicebant intrare conclusionem deductam ex rext. in l. qui aitem, ff. q. in fraud. creditor. quod creditoribus nullum jus competit ad bona jure successionis, seu legati, vel fidei commissi delata eorum debitori, nisi post agnitionem ab isto factam, sine qua dicuntur esse solum in facultate; non autem in bonis nostris, quia potest debitor nolle agnoscere, neque creditores explicare possunt ea, quæ pendent ab animo.

Et secundo, quod cum valor bonorum adæquaret dicta credita dotalia, pro quibus ipsa rea conventa mortuus patre & avo bona hæc possederat, quod tunc intraret conclusio, quæ per ora pragmaticorum in Curia communiter volitare solet, ut pignore habito pro derelicto, creditor suos facit fructus, in sortem proinde non imputandos; ut per Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. q. 45. n. 73. cum seq. Rot. dec. 46. par. 6. rec. in Romana damus, seu domorum 5. Julii 1655. cor. Melitio, s. finali, & in aliis.

De primo motivo habetur actum in hac eadem causa in sua materia sub tit. de credito, ubi etiam in una Senen. pecuniaria, seu concursus, ex professo agitur de hoc articulo. An scilicet & quando, etiam sine additione creditoribus jus competat, saltem ad legitimam eorum debitori jure naturæ debitam, seu ad dotem à statuto filii delatam; Ac etiam agitur de alio articulo, in præsentibus causis quoque disputato, An per retentionem dorum à viro, & respectivè patre factam, resultet per se favore filiorum aditu materna hereditatis.

Quatenus verò pertinet ad dictum secundum motivum pertinentiæ fructuum ad creditorem ex pignore debitum adæquante, & in quo judex magis insistebat; Dicebam scribens pro actore, etiam cum sensu veritatis, fallaciam consistere, non in ipsa conclusione in suis casibus vera, sed in ejus applicatione ad factum, ut etiam pluries idem disputavi, & obtinui in eodem Tribunali A. C. in diversis causis, præsertim verò in una Camerin. pro Joanne Bernardino de Blanchis de Monticulo, in qua acriter iste articulus quoque disputatus fuit.

Procedit enim conclusio prædicta in casu quo, nullo expresso titulo pignoris, vel dationis in solutum, ipse debitor, in cuius potestate, ac voluntate repositum est honorum dominium à se abdicare, ac in alterum jure venditionis, vel dationis in solutum transferre, ipsa bona simpliciter daret, quoniam tunc ista circumstantiæ æquivalentiæ, vel inferioris valoris est vehemens adminiculum, seu præsumptio, ut non docto de contrario, censentur bona data potius in solutum, quam in pignus; juxta deducta præsertim in Anconitana bonorum coram Ronyas inter suas dec. 180. 256. & in eadem 14. Maji 1668. coram Bevilacqua, in quibus respondendo pro datione in solutum sequendo conf. Mehoch. 201. & decis. 4. Comituli, magnum, ac præcipuum fundamentum constituitur in ista circumstantia, quod bona per debitorem creditori nullo expresso titulo simpliciter data longè inferioris valoris essent, quam ipsum creditum importaret, de quarum tamen decisionum subsistentia habetur actum in eadem causa sub dicto titulo de credito.

Sive ubi etiam data essent quidem per debitorem ab initio bona creditori sub explicito titulo pignoris, sed nullis continuantibus adminiculis ejusdem tituli, ex dicta circumstantia adæquationis, vel minoris valoris, & ex diuturno silentio resultaret præsumptio novationis, ac implicitæ dationis in solutum, ipso pignore habito pro derelicto; Atque in uno, vel altero casu dicta conclusio procedit ex fundamento implicitæ, seu præsumptæ dationis in solutum translativæ dominii, cujus ratione creditor, non tanquam creditor ex pignore, sed tanquam dominus ex re sua facit suos fructus, tanquam sequelam dominii, ut patet ex allegatis, & aliis de materia agentibus.

Secus autem ubi constaret de initio & continuatione tituli pignoratitii ratione voluntatis partium, ut constabat in d. Camerin. cujus ratione iidem scribentes pro creditore dederunt manus victas; Vel ubi etiam accederet defectus potestatis, sive tale impedimentum quod dictus implicitus contractus dationis in solutum verificari non posset, ut infra, quoniam tunc posito titulo pignoratitio, unde propterea bona perseverent in dominio debitoris, cujus quoque esset periculum, creditor autem perseverat in persona creditoris pecuniarii, seu quantitatatis, tunc ista circumstantia valoris adæquantis, vel inferioris nullius est momenti, vel operatiōnis, cum dato pignore, non possit creditor citrà usuram pro credito pecuniario facere fructus suos, ut bene advertit Leotar. de usuris, q. 12. post n. 5. vext. sed simpliciter, & n. 6. ac prius n. 2. cum seq. & admittit idem Melinus loc. cit. n. 76. cum seq. & pa-

& pa-

& patet ex deductis supra in Tyburina Castro. disc. 8. quæ totus punctus est in jure dominii resultantem ex dicta implicita, & præsumpta datione in solutum, cum cuius præsupposito procedunt præfata Rotæ decisiones, præsertim dec. 46. par. 6. rec. in cuius casu agebatur de bonis ab ipsa muliere datis in dotem æstimatis, ad quæ viro defecto, in concursu creditorum quamvis anteriorum subsidiarium regressum haberet ex privilegio textus in l. in rebus, c. de jure dotium, unde resultat præsumptio, quod ita ex reciproco consensu primævum dominium ipsa reassumere voluerit; Idemque, vel similes sunt termini dictæ alterius decisionis in Romana domus coram Melitio, in qua id dicitur incidenter, neque iste punctus formaliter disputatur, eademque decisio, quoad ea que disputabantur, reformata quoque fuit sub die 29. Novemb. 1657. coram Priolo.

Applicando igitur ad casum, cum mortuis patre & avo respectivè, utriusque dotis debitoribus, & quorum debitum, stante statuto Urbis, deferente viro dotis lucrum, non apertur nisi post mortem, ipsa rea conventa propria autoritate, & in vim hypothecæ dotalis hujusmodi bonorum possessionem adeptam esset, ac retinuerat in vim illius licentiæ, quam lex creditori hypothecario tribuit. Hinc proinde resultat esse impossibile, quod hic præsumptus, seu implicitus titulus dationis in solutum fructuum productivus verificari possit, quoniam datio in solutum idem est, ac emptio & venditio, sive cum eo contractu in omnibus fraternizet, eademque exigat tria essentialia requisita, nempe rem, pretium, & consensum, ut in specie Rota apud Baratt. dec. 372. ubi Aden. dec. 38. nu. 1. p. 11. rec. Mantie. de tacit. lib. 8. tit. 23. nu. 1. & omnes; Ideoque æquivalentia valoris inducere solum potest implicitam verificationem secundi requisiti quoad pretium, sed inevitabilis remanet defectus tertii requisiti circa consensum, qui debet esse utriusque ad perficiendum contractum, neque ex solo consensu creditoris dari potest avocatio dominii ab uno & translatio in alterum, ut ita distinguendo inter pignus conventionale & prætorium habetur apud Baratt. dec. 160. n. fin. Leotar. d. q. 12. n. 11. atque ex dicta nimum convincenti ratione videtur absolutum; Quia tamen iste punctus cum his distinctionibus adhuc non reperitur formiter disputatus, & decisus in Rota, idcirco judex noluit eum decidere, sed partibus etiam consentientibus decidendum remisit eidem Tribunali, ubi pendet.

ADNOT. AD DISC. X.

Super contentis in isto discursu, an creditor faciat suos fructus bonorum, quæ jure pignoris & hypothecæ possidet; videantur deducta sub tit. de Cred. disc. 135. & 136.

PRÆNESTINA SIMULATIONIS CONTRACTUS PRO MARCHIONE THEODOLO, ET ALIIS C U M ALIQUIBUS PARTICULARIBUS OPPIDI S. VITI.

Causa variè decisus per Rotam.

De duplici contractu contemporaneè celebrato, emptionis & venditionis cum pacto redimendi, ac locationis & conductionis, quia nempe vendat quis rem suam alteri cum pacto redimendi, & unico contextu eam conducatur sub annua pensionem, qui contractus liquorarius, seu vulgò patto à franchare dici solet, an censetur licitus, vel potius usurarius.

S U M M A R I U M.

- Facti series. Licitus est contractus emptionis cum pacto redimendi, & locationis eodem tempore facta venditori, & numero 7. & 8. Intellige nisi locatio sit pro excessiva pensione. De causa resolutionibus. Quando modicitas pretii, & pactum redimendi inducant fœnus & pignus. Non datur usura sine mutuo vero, vel interpretativo. Quando contractus, de quo num. 2. sit suspectus, ubi licet pactum redimendi est necessarium ex parte recipientis pecuniam. De approbationibus dictum contractum, ut n. 2. Ubi substantia accessionum est licita, excessus causat injustitiam, non usuram. Censuræ possunt constitui ad decem pro centenario. Card. de Luca, Lib. V.

Quando consuetudini, seu observantia sit deferendum in hac materia.

D I S C. XI.

In Oppido S. Viti, aliisque locis adjacentibus, antiquus, ac frequens contrahendi mos est, quod venduntur territoria, seu prædia rustica cum pacto redimendi limitato, vel perpetuo, atque deinde contemporeneè idem venditor ipsa bona conducit ab emptore, pro uniformi ac generali pensionem à consuetudine, seu usu taxata, ad mensuram valoris in primo contractu venditionis deducti, quod scilicet pro rata bonorum cadentium sub pretio scilicet 8. venditor, & respectivè conductor promittit emptori, ac respectivè locatori singulis annis duos cados multi, quorum loco, idem communis, atque generalis usus introduxit, quod solvantur in pecunia julii sex, quam contrahendi speciem pro notabili parte in hoc loco prædicte consuevit Marchio Theodolus ejusdem Oppidi Dominus. Cum autem hujusmodi conductores, ac vendentes consulti essent de hujusmodi contractus invaliditate, ac usuraria infectione; Hinc proinde per quamdam speciem universitatis insinul uniti, prædictæ pensionis, seu responsionis solutionem, tam dicto Marchioni, quam aliisolvere recusant, Unde propterea introducitur causa coram A. C. ab isto contra eos relaxatum fuit mandatum, à quo commissa per Signaturam causa appellations in Rota coram Verospio, cum clausula suspensiva, Si quid exequendum, datoque consueto dubio, ex ejusdem scripti ventro, An mandatum esset exequendum, assumptaque dispensatione, Me pro Marchione, & aliis autoribus scribente sub die 16. Junii 1660. negativa proditit resolutio, ex eo fundamentum.

Quod licet emptor citrà usuræ vitium, rem emptam, ejus possessione adhuc non capta, ipsimet venditori in locacionem concedere valeat ad rext. in l. quadam mulier, ff. de rei vindicatione, Paris. conf. 77. n. 7. cum seq. lib. 3. Menoch. de arbitr. casu 39. nu. 16. Cyriac. contrrov. 68. numer. 1. & 259. num. 4. Rota coram Martin. Andr. dec. 109. n. 12. & per tot. At tamen id intelligitur, dummodo pensio sit justa, & proportionata fructibus ex ipsa re colligendis, secus autem si sit excessiva, cum tunc videatur contractus usurarius continens potius usurarias accessiones pro pecunia, ita sub hoc pallio mutuata ex Bald. conf. 322. num. 2. lib. 3. Paris. conf. 55. n. 57. lib. 1. Natta conf. 198. num. 13. Cravett. conf. 47. nu. 7. Et propterea reputata fuit excessiva dicta pensio, usuram idcirco redolens, stante potissimum ejus uniformi, & invariabili quantitate pecuniaria, ad quam responsio vini redacta est ex Carroc. de locato in addit. p. 5. quest. 3. num. 39. & 40. ubi allegatur Ancharan. conf. 257. nu. 4. ut habetur in decisionem desuper edita.

Adversus quam concessa nova audientia, atque mutatis defensoribus, reassumpta disputatione sub die 8. Martii 1664. absque eo quod quicquam de novo adduceretur, sed eisdem autoritatibus, & fundamentis per novos scribentes reassumptis, quæ in dicta prima disputatione deducta fuerant, quinimo neglectis melioribus considerationibus, de quibus infra, re melius percepta, recedendo à decisis, pro contractus validitate responsum fuit; Unde propterea observabam, ita etiam in forensibus controversiis verificari dictum Galeni in ore medicorum adeo frequens, maledicta ventura qua venit in die critico &c. dictaque resolutio confirmata fuit coram eodem Verospio sub die 29. Maii 1665. & 19. Januarii 1667. coram Ortolana, in locum dicti Verospio interim defuncti subrogato, moderando tamen dictam pensionem in parte, eamque à julii sex reducendo ad julios quatuor per quamdam reductionem ad æqualitatem & justitiam.

Istorum verò posteriorum decisionum fundamentum fuit, illud idem deductum in prima, quod scilicet prohibutum non est rem venditam illicè, etiam actuali possessione non apprehensa, locare eidem venditori juxta supra allegatas auctoritates in eis reperitas; Et quoad pensionis exæctum dictum fuit, & bene, illum non percutere usuram, sed potius injustitiam, seu læsionem juxta terminos textus in l. 2. Cod. de res. scind. vendit.

Atque circa pactum redimendi, ex quo magis fœnoris suspicio resultare solet, dictum fuit, ac pariter bene, juxta firmata per allegatos, præsertim plenè in d. decis. 109. Martin. Andree, solum pactum prædictum id non operari, nisi accedat etiam modicitas pretii, qua concurrente, Rota & Curia Romana sequitur opinionem, ut necessarium non sit tertium requisitum ab aliquibus desideratum, quod contrahens solitus esset foenerari, ut advertitur in eisdem decisionibus,

nibus, ac habetur etiam in Romana locorum montium de Maiis sub tit. de Regal. disc. 32. Verum hæc modicitas debet esse considerabilis & magna, ita ut dimidium iusti pretii excedat, habita etiam ratione diminutionis pretii resultantis ex pacto de retrovendendo, quod juxta unam opinionem in tertia, & juxta alteram in quarta, vel sexta, verius autem pro iudicis arbitrio juxta mensuram præfiniti temporis, aliasque circumstantias de iusto valore minuit, & cum istis generalitatibus processum fuit, ponderando juxta facti probationes dictum excessum, vel in forte, vel in annua responsione non adesse, ut patet ex decisionibus desuper editis.

6 Mihi autem usque ab initio, referendo ad hujus articuli veritatem, ac etiam deinde post dictas decisiones editas, videbatur illum nimis vagè, & per terminos generales tractarum esse, non autem per ejus proprios, ac speciales terminos in materia cadentes.

7 Penoris quidem suspicio in ista contrahendi specie resultantem dicitur, quando concurrat mutuum verum, vel interpretativum, sine quo recepta propositio est non dari usuram, quæ propter mutui ob dilatare ejus restitutionem accessio dicitur, ad text. in cap. consuluit, de usur. & post antiquiores ab eis allegatos Surd. conf. 306. n. 6. & 7. Leotar. de usur. q. 16. n. 20. cum aliis latè per Rotam in Romana locutionis 2. Maii 1659. coram Verospio post colluctat. Bondeni, dec. 63. n. 13. & passim.

8 Ideoq; tunc ista suspicio intrare videtur, quando pactum redimendi est necessarium ex parte venditoris, qui ad libitum emptoris pecuniam sub nomine pretii acceptam restituere tenetur, cum tunc videatur adesse mutuum sub nomine istorum contractuum in fraude usurarium, ita palliatum, atque in his terminis procedunt auctoritates de hujusmodi contrahendi specie dubitantes, de quibus apud Manent, in trakt. de contractu livellario, q. 1. in princ. & Leotar. de usur. q. 15. n. 16. Seclusa verò ista circumstantia, non videtur urgere probabilis dubitandi ratio; Ideoq; merito ultra deducta per Paris. Cyriac. Martin. Andr. & alios ubi suprà, & in hujus causæ decisionibus, ipse firmant Alex. de Nevo conf. 95. n. 15. cum seq. & ceteri apud Manent, d. q. i. n. 1. ubi idem admittit, dubitando solum in eo casu, de quo ipse agit ex particularibus facti circumstantiis, Fulgin. de emphyr. tit. de contract. q. 46. Gipl. decis. Bonon. 119. n. 54. & 62. & 76. ubi de contractu usitato Bononiæ, quod dicitur pactum itancandi, ac etiam Rota in Romana divisonis officii 23. Maii 1625. cor. Qbalde, post resol. 14. Carona, quia iste dici non potest contractus antichresis, ut advertit Leotar. d. q. 16. in princ.

9 Et quidem posita ex parte dantis pecuniam omnimoda irrepatabilitate, cessat mutuum verum, vel interpretativum, seu titulus pignoris, quod supponit etiam mutuum, vel ad libitum, vel post certum tempus repetibile, Et consequenter ubi etiam in accessione sub nomine pensionis conventa aliquid adesse excessum, bene in causa decisionibus, cum ibi allegatis, advertitur id percutere iniustitiam, seu læsionem, non autem usuram, quod generaliter habemus in omnibus contractibus, in quibus accessiones in genere, seu substantia sunt licite, ut puta in, censibus, cambiis realibus, fructibus recompenfativis pro pretio rei fructificæ ad terminos text. in l. curabit, cum similibus, cum tunc solum intret restrictio ad limites iustitie, ut in præfenti practaatum fuit; Quamvis mihi videretur etiam magna æquitas, dum annua responsio iudiciorum 6. pro sorte scut. 8. impotrat solum ad rationem septem pro centenatio, & parum plus, cum tamen ex Bulla Nicolai V. in hac parte non correctæ per illam Pii V. census substineantur usque ad decem pro centenatio, ut advertit Duard. de cens. 2. §. 2. q. 2. n. 27. & licet Cenc. q. 47. n. 20. substineat dictam Bullam Nicolai esse localem, Attamen quidquid sit de unius, vel alterius opinionis veritate, id percutit casum circa excessum ultra decem, sed ubi sumus infra, dici non potest intrare usuram; Ideoq; observabam istum dici posse quandam implicitum contractum census sub hac forma antiquo in his locis fieri solitum.

11 Magni faciendam quoque considerabam esse communem consuetudinem, ejusque antiquitatem, quodque ferè generalis videret in Lombardia, aliisque partibus, quam observantiam ponderat Cyriac. d. contr. 68. nu. 24. cum seq. Licet enim in materia usuraria consuetudo non excuset, quia potius prava dicenda est & corruptela, cum omnes ferè canones sub tit. decretalium, de usuris, super consuetudinum reprobatione prodierint; Attamen id procedit, ubi qualitas usuraria est clara ob explicitam, vel implicitam mixturam mutui; Secus autem ubi intrat probabile dubium, quoniam tunc observantia attenditur tanquam interpretativa; Ponderando etiam quod ubi usus est communis ac uniformis, cessare videntur suffocatio indigentem mutuatarii faciendam

per sagacem, & depravatam fœneratorem, dum ita etiam pupilli, vel simplices, & sinceræ personæ pariformiter contrahunt, eodem modo, quo quilibet diligens negotiator, ut in proposito advertitur in Romana cambiiorum, sub tit. de cambiis, disc. 1.

ANNOT. AD DISC. XI.

AD eandem materiam contractus pacti francandi videatur infra, disc. 39.

SAVONEN. PECUNIARIA,  
PRO FRATRIBUS DE CARENTIIS  
CUM JOANNE THOMA MESSEA.

Causa variè decisus per Rotam, demum concordatus.

De probatione solutionis usurarum faciendâ per debitorem ad effectum illas imputandi in fortem, vel repetendi, quomodo desideretur, & de differentia probationis inter casum imputationis, & alterum repetitionis; Et an creditor licite usuras retineat ratione interesse lucri cessantis; Et aliqua de compromisso super usuris, an fieri possit in laicum, sive an laudum arbitri possit eas canonizare; Et quid de transactione super eisdem usuris inita; Et an utilitas debitori resultans ex mutuo reddat licitas accessiones.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Resolutionis causa.
- 3 Quomodo procedendum sit in deserendo decisionibus Romana, aliisque auctoritatibus.
- 4 An valeat cambium si creditor est certus, quod debitor non potest cambiare, remissivè.
- 5 Decodum de quo, n. 3. & damnatur usus pragmaticus.
- 6 In mutua nulla accessio dari potest, & in usura non datur parvitas materia.
- 7 Distinguuntur puncti, seu inspectiones.
- 8 Ad effectum repetitionis indebiti solutio est probanda vera & effectiva, & non sufficit confessio, vel quietantia.
- 9 Agens ad repetitionem indebiti, non solum debet probare solutionem, sed etiam ipsum indebitum, pro quo excludendo sola possibilitas interesse sufficit.
- 10 Impugnatur hoc in materia usuraria, & de ratione.
- 11 Reprobatur opinia Archidiaconi, & verius est etiam præsumptivas probationes sufficere in materia usuraria.
- 12 Fœneratores student usuras occultare.
- 13 Decapitulo Regni Neapolitani contra usurarios conpincendos etiam per testes singulares.
- 14 De specialibus circa probationem materia usuraria, & de ratione.
- 15 De differentia ubi agitur de probatione usurarum ad effectum puniendi, vel ad effectum civilem restituendi.
- 16 Declaratur conclusio, de qua n. 9.
- 17 Quando facilius imperfecta probatio admitti debeat.
- 18 De differentia inter repetitionem usurarum, & earum imputationem in fortem.
- 19 Confessiones debitoris in materia usuraria non attenduntur.
- 20 De adminiculis, & modis ex quibus probatur exactio usurarum.
- 21 Probatis aliquibus exactioibus, an ista consuetudo inducat præsumptionem in aliis.
- 22 Liguri præsumuntur negotiatores, ac soliti negotiari.
- 23 An creditor obtinere possit interesse lucri cessantis, si de eo non convenit, sed dixit facere mutuum gratuitum.
- 24 De interesse lucri cessantis, vel damni emergentis quod licite ab initio conveniri potest.
- 25 Quomodo dicta conclusio procedat & intelligenda sit.
- 26 De magna difficultate, qua habetur in materia, & de ejus ratione.
- 27 Qua requirantur ut debitor morosus condemnari possit ad interesse lucri cessantis, vel damni emergentis.
- 28 De rationibus requisitorum, & quod lucrum negotiationis est incertum, & periculosum.
- 29 conventio pariturum potest operari eadem ac operatur mora.
- 30 De inconvenientibus ob dverfas opiniones.
- 31 Quomodo regulanda sit hac materia interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, & an mos regionis excuset, datur distinctio inter usuras exactas & exigendas.

32 Igno-

- 32 Ignorantia juris, vel simplicitas non excusat in materia usuraria in foro externo.
- 33 Declaratur ubi est ignorantia juris dubia.
- 34 Impugnatur opinia admittentium interesse giudiciale, vel conventionale pro credito pecuniario absque probatione requisitorum, & de rationibus.
- 35 Taxari potest interesse ad certam summam, sed quomodo, & quando.
- 36 Bona qualitas creditoris considerabilis est ad excludendam suspicionem usura.
- 37 Bona fides, vel non mala excusat a fructibus perceptis & consumptis.
- 38 Quando creditor dicitur in bona, vel mala fide.
- 39 An & quando laicus per viam judicii, vel compromissi cognoscat de usuris.
- 40 An & quando transigi possit super usuris.
- 41 An in materia usuraria spectetur utilitas debitoris, & creditoris non interest, vel e contra.

D I S C. XII.

UT Nicolaus Carentis Oppidi Finarien, acquireret quoddam prædium, de anno 1647. mutuas accepit à Joanne Thoma Messa de eodem loco duplas 745. sub obligatione restituendi infra annum, quo decurso, & facta per creditorem confessione de recepto duplaturum 45. per apocam conventum est, quod Nicolaus remaneret debitor in reliquis 700. quas abique aliquo utili, vel interesse restituere non teneretur, nisi ad sex menses decurrentes, dictoque termino decurso, in hujusmodi conventionibus & uniformibus dilationibus quolibet semestre continuatum fuit, donec vixit dict. Nicolaus, quo defuncto idem successivè gestum est cum ejusdem uxore communium filiorum tutrice, usque ad annum 1654. duodecim & ultra chirographis ita intercedentibus, ex quibus patet, pro dicta pecunia quolibet semestre creditore solutas esse duplas viginti duas cum dimidio, quod adamantissimè correspondet primæ summæ duples 45. primâni, & sic ad rationem sex cum dimidio pro quolibet centenatio, & anno, atque in aliquibus ex d. chirographis exprimitur, quod si contingeret dictas pecunias restitui infra terminum conventum, deberet creditor defalcare, seu bonificare ratam dicti interesse jam habiti; Exortisque de dicto anno 1654. aliquibus indifferentiis inter dictas partes, illique compromissis in Gubernatorem dicti loci, hic per laudum, imponendo silentium super fructibus, seu utilibus decursis & solutis, in futurum eisdem fructus reduxit ad minorem rationem quinque pro centenatio & anno, ampliando etiam dilationem prius semestrale, ad annum.

3. Factis autem majoribus filiis d. Nicolai, exortisque controversiis super restitutione dictarum pecuniarum, ac respectivè usurarum imputatione, Et introducta causa coram Ordinario, hic sententiam favore creditoris protulit, assignata ratione, quod usuras, seu accessiones receptæ fuerint à sponte dante ratione lucri cessantis, ac etiam quia mutuatæ pecunia erogata fuerat in emptorem prædii utilis & fructiferi, à qua sententia interposita appellationes, & commissæ causa in Rota coram Taja, datoque dubio, an constaret de illicita usurarum exactioe, sub die 31. Martii 1664. affirmativa prodit resolutio, ut patet ex decisione desuper edita impressa post Zuffum de legitim. processus, dec. 104. ad cuius decisionis normam prolata sententia, & commissa causa appellatioe in eadem Rota coram Bourlemont, sub die 15. Februarii 1666. responsum fuit pro d. sententia confirmatione, ac pariter cum unica decisione prolata alia sententia, commissæ fuit causa appellationis in tertia instantia. in eadem Rota coram Albergato, coram quo sub die 3. Decemb. ejusdem anni 1666. prodit resolutio creditorei favorabilis pro dictarum sententiarum infirmatione, à qua tamen resolutione recessum fuit sub die 16. Januarii 1668. respondendo pro confirmatione, sed reposita causa sub die 19. Novemb. ejusdem anni, recedendo ab ultimo, perstitum fuit in primo loco decisus ad favorem creditoris pro sententiarum infirmatione, super qua prodit sententia, unde in gradu appellationis per debitores interposita commissæ fuit causa in eodem Tribuna li coram Vicecomite, atque proposita causa sub die ..... Maii 1669. resolutum fuit hanc ultimam sententiam esse infirmandam, confirmando præcedentes, ac demum concordia finem controversiæ dedit.

5. Ex qua serie edocemur, quàm cautè & circumspèctè per judices procedendum sit in deserendo decisionibus, quæ in libris impressæ, seu aliàs circumferuntur, ita sub cæca fide immerando in sola autoritate, non examinatis eorum fundamentis, atque illius causæ statu, sine & circumstantiis, dum

plures decisiones ab eodem Tribunali retractatæ habentur, pluresque adfunt, de quatuor expressa revocatione non constat, sed eorum implicita revocatio quoque adest, Vel quia reposita causa, & dilata resolutione, ille qui favorabilem decisionem habebat, agnoscendo imminentes revocationem, cum aliqui concordia, liti cesserit, ut est præsertim in casu, de quo in Romana domus, seu locorum montium sub tit. de emphyr. disc. 36. & conferunt etiam casus, de quibus in Romanalocal. vena ferri, & Piterbien transactionis, de quibus hoc eod. tit. disc. 4. & 15. Vel quia decisiones implicitè habitæ fuerint pro non subsistentibus, ut præsertim habemus de illis in Romana cambiiorum 4. Julii 1642. & 18. Aprilis 1645. coram Peusingerio, de quibus pluries in sua materia sub tit. de cambiis, præsertim in Romana cambiiorum de Sfortis disc. 6. super articulo, an subsistet cambium, quando creditor danti pecunias innocuit debitorum eas erogaturum esse in extinctionem æris alieni, seu in alios usus, ideòq; acceptam pecuniam per plateas, vel mundinas non esse cambiaturum, cum similibus satis frequentibus; Et si hoc procedit in decisionibus, multo magis & incomparabiliter idem dicendum est de consiliis; Ideòq; perpetuò damnandus est iste pragmaticus abusus iudicandi ex cæca fide cum doctrinis non expendendis eorum fundamenta, & præsertim ut dictum est, omnes circumstantias casuum, de quibus agunt, ad effectum congruæ applicationis, cum sæpè sæpius conclusiones uni casui congruant, alteri verò, quamvis simillimo & penè identitico secus.

In prædictis autem disputationibus in tot instantiis habitis præsupposito absoluto principio in primis duabus decisionibus coram Taja, & Bourlemont enunciato, atque per scribentes pro creditore admissio, quod in futuro nulla accessio, nullaque utilitas in mutuatè danda est, quamvis modico, ita ut in usura non detur parvitas materiæ, ut ex Diana, Fa gnano, & aliis deducitur in prima decisione coram Taja, atque ut advertit Leotar. quæst. 3. neque semijuncta lucru admittitur dum ubi etiam agit de non danda levitate materiæ; Quatuor fuerunt puncti, seu inspectiones istius controversiæ; Primò scilicet facti iuris quæ juris super probatione solutionis; & respectivè exactioe hujusmodi usurarum, & super hoc puncto major ac penè tota disputatio fuit, cum fundamentum ultimæ & antepenultimæ decisionum coram Albergato editarum favore creditoris, consistat in hac deficienter concludenti, & perfecta probatione, quæ in dictis decisionibus necessaria dicitur ad effectum repetitionis usurarum indebitè solutarum; Secundò an posita probatione, suffragaretur creditori ad evitandam restitutionem, vel imputationem, probatio ex ejus parte facta, quod ipse solutus esset negotiari, & non tenere ejus pecuniam quosdam, quodque in loco promptè essent negotiorum, ac lucrorum occasiones; Tertiò, an pro eadem excusatione à restitutione, vel imputatione suffragaretur illa circumstantia, quod mutuatæ pecunia deserviret pro utili acquisitione prædii fructiferi; Et quartò demum, an laudum ab Arbitro latum, & à partibus emologatum suffragaretur, necne.

Quatenus igitur pertinet ad primum, scribentes pro creditore, quibus adherent antepenultima, & ultima decisio, quo deducebant, Primò quod cum agatur de repetitione indebiti, solutio concludenter, & perfecte probanda est, ita ut non sufficiant quietantia, & confessiones de recepto, sive aliæ species probationis solutionis, suffragantes tantum ad liberandum debitorem, cum aliud sit probare solutionem ad effectum liberationis, aliud verò ad effectum repetitionis indebiti ad communiter notata per civilistas in l. cum de indebitis, §. fin. ff. de probat. & cap. fin. de solut. Federic. de Sen. conf. 54. num. 24. cum aliis collectis per Amat. resol. 97. num. 9. cum seq. Buratt. & Ad den. dec. 592. dec. 89. p. 10. & dec. 6. n. 19. & 20. par. 12. rec. Dunozet. dec. 688. num. 2. & seqq. & 729. in princip. & in utraque decisione, ac etiam in Barey. Cens. 3. Aprilis 1666. coram Bourlemont.

Unde cum apochæ continerent solum quietantias in genere, vocando se satisfactum, atque duæ tantum explicarent summam receptam, ita dictum quietantia, vel satisfactioe verbum remanet equivocum, non aptum ad inducendam perfectam probationem realis & effectivæ solutionis, quæ necessaria est ad hujus effectum repetitionis indebiti, dum etiam ex benevolentia & remissione, vel ex solis obsequiis potest creditor se vocare satisfactum, ac debitorem liberare, eodem modo quo habemus in probatione solutionis pensionis voluntariæ ac reservatæ beneficio pleno, quod hujusmodi confessiones, & quietantiæ non attenduntur, ut in dictis decisionibus coram Dunozetto, & in sua materia sub tit. de pensionibus pluries.

Et secundo, quod agenti ad repetitionem indebiti voluntati

tarie soluti, non solum incumbit onus perfectae probationis...

9 Et idem cum indubitarum sit, quod creditor, vel ex mora...

10 Verum etiam si essent in terminis, & ad effectum repetitionis...

11 Ideoque licet Archid. in cap. 2. de usuris in sexto, quem aliqui sequuntur...

12 Et ut ad verum Mascard. de probat. conclus. 447. num. 31. & ceteri...

13 Hinc in Regno Neapolitano per cap. Noviter nostra Majestati...

neralis favoris, qui Republica resultat ex delinquentium...

Et sic, cum sensu ac zelo veritatis, dicebam, ultimam praesertim...

Et in his terminis recte procedunt dictae auctoritates, Secus...

17 Ponderat ultima decisio 19. Novembris 1668, coram Albergato, respondendo...

15

19

16

17

Discurrebam tamen hac omnia ad super abundantiam, atque ad ostendam...

18 In qua etiam num. 23. & seqq. habetur ex eadem ratione defendendum...

20 nimis concludens & manifesta ex pluribus probationum speciebus...

21 Cum enim per duas, vel tres apocas plene & conclusenter justificaretur...

Secundo probatio, vel saltem magnum adminiculum resultabat ex eo...

Tertio, eadem species probationis, vel adminiculum resultabat ex laudo...

Quarto ex magnitudine summae, ac lapsu temporis notatis

bilis, unde duplex resultabat magna inverisimilitudo, quod extraneus...

Quinto, in ejusdem verisimilitudinis comprobationem, satis urgebat generalis...

Sexto, concurrebat probatio specialis circa personam creditoris...

Quo vero ad secundum punctum, seu secundam inspectionem, an scilicet...

Ad id autem probandum scribendo tanquam Advocatus deducebam...

Ideoque circumscripta etiam hujusmodi circumstantia, atque examinando...

Verum difficultas consistit in duobus punctis, ex quibus resultant...

22

23

24

25



tius ad justificandam conventionem; necessarium sit deinde illud probare in specie, ad effectum ut exigi valeat. Et secundo ab initio taxari possit certa & uniformis lucri, seu dicti interesse quantitas. Et in utroque satis variant scribentes, ut patet ex collectis per Rotam apud Ubald. d. dec. 118. alias 372. post 2. vol. conf. Farinac. & ex Leotar. d. qu. 72. qui totum mutuarus videtur ex dicta dec. vel saltem cum ea, & merito, in omnibus procedit. Aliquibus volentibus ad dictam conventionem in genere nullatenus deveniri posse, nisi post contractam moram, non autem ab initio mutui; seu alias creditæ pecuniæ. Aliis vero generaliter, & omnino negantibus licitam conventionem super certa taxa; Et aliis è converso, ut presertim sunt plures ex Regnicolis utriusque Siciliae, procedunt cum dicta propositione generali, super licita conventionem eius, quod mutuantis interest, ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, ultrò non progrediendo, sed absque alia extrinseca probatione, taxam, ac exactionem licitam reputando, quasi quod ex notorie re promittuntur in occasione negotiandi, vel pecunias investendi in regione, atque ex generali consuetudine, quod quilibet dicatur solitus negotiari, dictæ probationes pro factis habendæ sint, ideoque sola conventio sufficiat. Nimirum etiam innixi illi fundamentum, quod quidem eos nimirum excusabiles reddidit, quod scilicet, Tribunalia post moram à debitore contractam, absque alia probatione requisitorum, quæ in huiusmodi interesse lucri cessantis, vel damni emergentis iuxta Curiam opinionem desiderantur, passim illud decernunt, ut habetur disc. 108. sub tit. de feud.

26 Nulla verò fuit materia, quæ magis pro tempore vitæ forensis in Curia Romana, meum contorsit ingenium, quam ista, non quidem ratione difficultatis, cum comparativè ad fideicommissarias, feudales, ac altiores materias civiles ea videatur de facilioribus, sed ratione dictæ discrepantiæ opinionum, nedum inter Catholicos in univ. sed in ipsamet Italia, & quodammodo intra viscera Sedis Apostolicæ, cum ad eò certo & determinato usu tam diverso, seu de directo contractio. In Curia siquidem Romana, omnino certum, ac indubitatum est, in iudicio pro condemnatione debitoris morosè ad interesse, non sufficere solam moram, per interpellationem hominis, vel legis contractam, nisi pro illo lucri cessantis concurrant requisita posita per Caltr. in l. 3. ff. de eo quod certo loco, & quoad illud damni emergentis, in specie, vel in equipollenti concurrant requisita posita in dec. 2. Mohed. de usuris, quamvis constaret in genere creditoris esse industrem, ac negotiari solitum, & quamvis notorium sit occasiones esse promptas; Idque ex duplici probabili ratione, quarum una utriusque interesse communis est quod scilicet ita incertum remanet, an creditor pecuniam à debitore debitam in eam causam, vel potius in alios usus erogaturus esset, ex iis quæ in proposito interesse damni emergentis habentur acta in *de iura mensus hoc eod. tit. disc. 14.* Et altera soli interesse lucri cessantis congrua, quod scilicet negotiationem lucra sunt super incerta, quinimò & ipsa negotiatio periculosa est, ut ipsamet fors principalis preemptionem, vel diminutionem pari valeat, unde propterea receptum in jure habemus, ratione huius periculi, tutorem, vel alium legalem administratorem, prohibendum esse pecuniam pupillarem, seu alias administratam negotiationibus exponere, ex plenè deductis per Sperell. dec. 90. ubi etiam de ipsamet Civitate Januæ, que negotiantium, ac negotiationum metropolis dici potest. Affigendo in hoc scribentes exemplum piscatoris. Non enim ex eo, quod est solitus piscari, ac promptum habeat mare, in quo piscari valeat, sequitur, quod nisi ab alio piscationis instrumenta impedita essent, certum piscationis lucrum fecisset, quia potuisset nil accipere, quinimò sentire damnum de proprio in fractura retium, aliorumque instrumentorum, juxta casum de quo in *Masanen. sub tit. de locato*, cum similibus, ut de his omnibus cæteris collectis plenè habetur dec. 29. post Merlin. de pignor. quæ videtur magistralis & in aliis frequenter, ac advertitur in prima huius causæ decision. coram T. a. quoniam hoc jure sine dubio in Curia vivitur.

28 Et tamen in utriusque Siciliae Regnis, ac etiam in Catalonia, aliisque Catholicis orbis partibus, quinimò & in aliis ipsiusmet Italiae Principatibus, absque tot considerationibus & justificationibus, in iudicio passim data mora, hoc interesse decernitur. Et consequenter in utroque foro admittuntur huiusmodi conventiones, dum in sensu etiam dictam magis

29 rigorosam opinionem tenentium, id quod operatur mora, datis aliis extremis, ex veriori sententia, operari etiam potest conventio, ut patet ex eadem dec. 118. Ubaldi, alias 372. post 2. vol. conf. Farin. cum aliis per Leotar. d. q. 72.

Videatur igitur quomodo huiusmodi contrarietatis acquiescere valeat intellectus, ut scilicet in eadem Ecclesia Catholica, & in materia peccaminosa, ac generaliter & intrinsecè mala de jure naturali & divino, itaut neque Pontificia potestas dispensare valeat, neque detur parvitas materiae, in uno loco sit usura illicita & peccaminosa, & in altero sit licita & valida, cum tamen in utroque eadem rationes generales pariformiter vigeant. Quodque si contingat causam tractari in Curia Ecclesiastica, seu alias eam deferri ad Curiam Romanam, nullum interesse giudiciale sine dictis requisitis decernatur, passim infirmando sententias de partibus, dum etiam Curia Ecclesiastica, sequendo solum Tribunalium secularium illud solent decernere; Quodque tales conventiones usurariae censentur, decernendo idcirco imputationem talis interesse soluti in extenuationem foris principalis; Et tamen, quod in dictis aliis locis, utrumque, iudiciale, & conventionale interesse, passim decernatur, atque tanquam licitum reputetur; Et sic quod res generaliter & intrinsecè mala, vel respectivè, generaliter & intrinsecè bona nulla data loci, vel personatum diversitate, ex sola diversitate Tribunalium, in uno sit bona, & in altero sit mala; Quod etiam frequenter practicatur in materia censuum, ac etiam conventionum super fructibus recompenfativis pretii rei venditæ, ut frequenter hoc tit. & in altero de censibus; Ideoque meus intellectus in hoc hebetat, neque percipere potest quomodo hæc possint insimul stare, & quomodo non provideatur, ut ubique inter eosdem Catholicos, una & eadem animæ, & conscientia ratio, seu lex servetur.

30 Reflectendo autem ad veritatem, occasione istius ac similibus controversiarum, pro locis, in quibus, sive bene, sive male, id de facto servatur; ac publicè & palam, etiam in iudiciis practicatur, considerabam, quod aut agitur de interesse damni emergentis. Et si in loco viger, magisque recepta est opinio, quæ vulgò tribuitur Ruin. conf. 104. lib. 4. quam probabilioris dicit Leotar. qu. 75. nu. 14. ubi alios eisdem opinionis sequaces refert, tunc quatenus pertinet ad forum æternum, de quo tantum meæ sunt partes agendi, nunquam placuit opinio Rotæ & Curia Romanæ insistenti mordicis in altera magis rigorosa opinione, quæ vulgò tribuitur d. dec. 2. Mohed. de usuris, cum qua in Curia regulariter proceditur, quoniam si in loco creditoris & debitoris diverso jure vivitur, cum id non percutiat substantiam, seu intrinsecam naturam usuræ, sed solum diversam formam probandi voluntatem creditoris, cui mora fiat, erogandi scilicet necesse sibi debitam pecuniam in ejus debitis fructiferis extinguendis, utique cum dicta opinione procedi debet, quoniam duarum videtur illum cogere ad vivendum cum diverso jure, quodque scire debeat opiniones, quas tenet Curia, dum se regulavit juxta opiniones usi receptas in propria regione, unde propterea justam habuit causam negligentiæ requisita, ex dicta alia opinione necessaria; Ideoque, per modum loquendi, quædam Judicium species videtur, dictam decisionem Mohedani, generaliter & indefinitè attendere etiam in causis regionum & locorum, in quibus dicta alia opinio recepta sit, Et hæc quoad interesse giudiciale, quoniam in conventionali huiusmodi difficultates cessant, dum eo ipso quod creditor illud in conventionem deduxit, ita declaravit animum, seu destinationem, & consequenter adesse dicuntur requisita juxta disc. Mohed. dec.

31 Aut verò agitur de conventionali interesse lucri cessantis, Et tunc aut illud est solum, itaut debitor, qui voluntariè solvit, contendat de illius repetitione, seu imputatione in sortem ita extenuandam, & pariter, non datis particularibus facti circumstantiis malam fidem, ac depravatam animum, creditoris in specie redolentibus, mihi neque placuit opinio Curia, ut in his regionibus, in quibus hoc interesse absque aliqua dictorum requisitorum speciali justificatione, in conventionem deducitur, seu in iudicio decernitur, ita reputetur illicitum & usurarium, quod restituendum, vel imputandum sit, id quod ex dicto publico & communi usu creditor licitum, unde justam causam habuit creditor illud iudicandi licitum, ideoque accessiones in bona fide consumpsit in currentes usus eo modo quo bonorum fructus, ac pecuniarum redditus consumi solent, alias non consumpturus ipsam sortem principalem, quam nimirum durum est ita insensibiliter per creditorem ad id non cogitantem, atque in bona fide existentem amitti debere, ut ad aliud propositum ponderatur etiam insit in Baren. Censur. disc. 17.

32 Quamvis enim vera sit propositio, de qua in eadem Baren. Censur. & alibi, quod in materia usuraria, quicquid sit in foro interno, in externo tamen juris ignorantia, non excusat, & consequenter, mulieres, minores, rustici, & similes

33 Ies eodem jure, ac alii consentur, quia possunt, ac debent sapientes & peritos consulere; minusque excusat consuetudo ut insit; Nihilominus id rectè procedit in jure claro & certo, secus autem in jure, nedium dubio, sed omnino ignoto in regione, in quo potius certum est jus esse in contrarium. Tum ex vera & recepta propositione, quod ignorantia juris dubii assimilatur ignorantia facti, & excusat etiam, ubi agitur de lucro, Mant. dec. 78. n. 7. & seqq. Caval. dec. 31. n. 2. & 141. n. 2. dec. 360. n. 10. p. 6. rec. 559. n. 6. & 7. p. 5. Butart. dec. 899. n. 6. Altopr. conf. 99. lib. 1. Redenafch. conf. 18. n. 35. & seqq. Tum etiam ex vivaratione, quod si sapientes & peritos regionis consultuisset, absque dubio dixissent id esse licitum tanquam passim receptum, ideoque durum est cogere negotiantes & idiotas, quod scire debeant illas Romanæ Curiae opiniones, quas loci sapientes ignorant, atque Tribunalia non servant, itaut isto casu pro meo iudicio creditor contendere magis videatur de vitando damno insensibilis, ac in voluntaria consumptionis sortis cum diminutis & in dies consumptis fructibus in statu bonæ fidei perceptis, quam de lucro captando; Ideoque licet verum sit in materia usuraria consuetudinem non excusare, ex deductis per Leotar. q. 99. n. 2. & seqq. & n. 6. cum seqq. atamen durum videtur, quod ubi factis dubium est in loco an dicta consuetudo sit licita, neque intreret obligatio ad restituendum perceptum & bona fide consumptum.

34 Aut agitur de eisdem accessionibus, seu fructibus ratione dicti interesse assequendis. Et tunc quia creditor contendere dicitur de lucro, atque ita litigando in Curia, & certioratus de veriori, vel tutiori opinione, quam illa tener, constituitur in mala fide, non debet huiusmodi accessiones exigere, ideoque iustè debitori datur absolutoria, cum tunc cessent omnes rationes, de quibus supra; Ac etiam quia cessante dicto æquitativo motivo excusationis potius à damno vitando, dicta opinio erronea videtur, dictisque respectivè usus, potius abusus, & corruptelæ nomen meretur, quoniam ita usurarium prohibito remanere videtur merè verbalis, neque datur casus, in quo illa verificetur, cum ita ex vero mutuo quandomcumque repetibili, ipsaque sorte assecurata, certum & assecuratum lucrum ratione temporis resulset, in quo propriè usura consistit.

35 Undè propterea, ut in pluries disputationibus super similibus contractibus dicere consuevi, & advertitur etiam in *Firmana, disc. 1.* de manifesta fatuitate notari mereretur Canonistæ & Theologi, ac tot Rotæ aliorumque Tribunalium decisiones, tot quæstiones in hac usuraria materia disputantes, presertim circa realitatem cambiorum, ac reprobarionem eorum, quæ scæpe dicuntur, sive circa fructus & usuras doctales, ac fructus recompenfativos, ex æquitate rest. in leg. curabit, Codice de Actio. empti, ac circa invaliditatem censuum in casibus non servatæ formæ Bullæ Pit. sive ubicumque liberas repetendi sortem suppetit, aut creditor scit fundum esse incapacem, sive alienum cum similibus, de quibus hoc titulo, & in prædictis aliis, de cambiis, censibus, & dote, dum absque tot ambagibus & disparationibus, ita cum solo verbali colore interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, ex puro mutuo, absque periculo, nec sortis, nec fructuum accessiones percipi possunt.

36 Et quamvis vera etiam sit propositio, cum qua tenentes huiusmodi opinionem procedunt, quod scilicet, licitum sit etiam ab initio certam taxam, justam & verisimilem, habita ratione majoris, vel minoris ejus cursus, omniumque aliarum considerationum statueret tanquam per transactionem super fructibus, ut habetur d. dec. 118. Ubaldi n. 8. alias 372. post secundum volum. conf. Farinac. cum aliis per Leotar. d. qu. 72. n. 8. & seq. ac latius per Gibalini. de quo disc. 1. Nihilominus adhuc manifesta fallacia est in applicatione, quoniam ut eodem disc. 1. advertitur, id rectè procedit cum terminis propriis, vel saltem ad instar contractus trini, de quo ibi agitur, seu aliorum, de quibus in *Tusculana, & in Romana nautici fanaris, disc. 2. & 3.* Ubi scilicet interesse, seu lucrum est verisimiliter speratum in magna summa, cujus modica pars creditoris tribuatur, reliquum vero, quod debitor dimittitur, dici possit justum, ac proportionatum premium, seu merx utriusque assecurationis, tam sortis, quam lucrorum, & non aliis.

37 Hoc autem, attento dicto usu, per quem in teresse giudiciale, vel conventionale taxatur ad septem circiter pro centenario, plus, vel minus, est omnino inverisimile, & quodammodo impossibile, quoniam ita supponere oporteret magnam & excessivum lucrum mutuantis, si eju periculo pecuniam negotiationibus exposuisset, ut eod. disc. 1. quod lu-

crum utriusque praxis non docet, saltem juxta communes & frequentes occasiones, quæ tanquam notoria per tenentes hanc, verè reprobam opinionem, supponuntur. Porrius quia id indefinitè practicatur, etiam cum creditoribus, mercaturæ & industriis non incumbentibus, eisque minus aptis, 36 ideoque nullum dignosci videtur probabile fundamentum, cui hæc opinio, sive hic usus innitatur, quoniam principia generalia sunt vera, tam circa licitam conventionem interesse in genere ab initio, quam circa taxam verisimilem, juxta probabilioris opinionem, quamvis etiam in utroque satis contradicam ex relatis per Leotar. d. quæst. 72. & Ubald. d. dec. 18. ac alios, Sed error, ac fallacia consistunt in applicatione, quoniam intelliguntur sano modo, & cum dictis requisitis.

38 Ideoque in praxi hæc opinio verificabilis non est, nisi in eo interesse, quod succedit loco fructuum percipiendorum ex investmentis tutis, puta in stabilia, sive ratione frequentioris occasionis, in loca montium, aliaque jura cum Principe, vel Republica, ac etiam in census ex deductis per Leotar. d. qu. 72. nu. 7. Non attendendo tamen omnimodam proportionem, sed habita ratione ejus quod interest, ac iudicio peritorum æstimari potest, pecuniam investitam esse magis in mutuum repetibile, & absque aliquo periculo preemptionis, vel diminutionis sortis, quam in huiusmodi investmenta, in quibus ad sunt onera & pericula respectivè, preemptionis, vel diminutionis, ac etiam irreperibilitatis sortis, Quibus considerationibus habitis, juxta currentem usum vix hoc interesse ad tria, vel summum quatuor pro centenario & parum plus sustineri posset, ut notorium videtur.

39 Applicando autem ad casum præsentis controversiæ, attendita dicta distinctione, pro meo iudicio satis probabili, Quando iste mutuator in bona, sinceraque fide versando, publicè & palam ita contraxisset, tunc pro ipso excusando à restitutione, vel imputatione accessionum spontè soluturum, ac in statu bonæ fidei consumpturum, referendo ad veritatem, responderi debere crederem, Atque ad hunc effectum considerabilis esset circumstantia bonæ qualitatis & famæ ejusdem, quæ ponderatur in ultima decisione 15. Novembris 1668. coram Albergato; Et quam ad excludendum foenus esse considerabilem, advertitur etiam in *Romana locorum montium de Anis, sub tit. de Regalibus, disc. 32.* Ac etiam, considerabilem essent aliæ duæ circumstantiæ in eadem decisione ponderatæ, de quibus infra in tertio & quarto puncto, laudi scilicet, seu transactionis ex illius emologatione resultantis, & utilitatis, quam mutuaris absque suffocatione reportavit ex pecunia mutuata voluntariè erogata in acquisitionem fructiferi & utilis prædii, cum præmissa coadjuvare, seu conservare viderentur dictam bonam fidem excusantem à perceptis & consumptis, ex eadem ratione, ob quam passim in jure receptum habemus, non domum excusari à fructibus, quos bona fide percepit & consumpsit, quia credebat suos, ad quem effectum neque necessaria est bona fides positiva, sed sufficit abesse malam ex collectis apud Merlin. dec. 663. alias dec. 3. p. 7. rec. Butart. & Addent. dec. 184. Gregor. & Addent. dec. 64. & passim, Qui termini ad rem adaptabiles quoque videntur.

40 Sed considerabam ista incongruè applicari huic mutuatori, qui perceptis clam & occultè anticipatis usuris, expressè professus est facere mutuum gratuitum, & absque aliquo interesse ut supra, non quidem ut data substantia liciteam accessionum, ista contrahendi forma tollat veritatem juxta casum, de quo in *d. Fulginat. disc. 16.* sed ad desumendam ejus malam fidem, quodque ita credidit huiusmodi conventionem, ac respectivè exactionem tanquam illicitas & usurarias publicè & palam fieri non potuisse, unde propterea cessante dicto fundamento bonæ fidei & justæ credulitatis, inspecta etiam sola veritate, contra ipsum probabilis respondendum credebam.

41 Quo verò ad tertium punctum compromissi, ac successivæ acceptationis laudi, duæ separatæ inspectiones desuper cedebant. Una super ipsius compromissi & respectivè laudi nullitate ex defectu habilitatis personæ Arbitri. Et altera super relevancia pacti, seu transactionis resultantis à dicti laudi emologatione, in qua solum magnum fundamentum constituit dicta ultima decisio 19. Novembris 1668. Albergato.

42 Prima inspectio erat plana pro laudi & compromissi nullitate, ex dicto motivo inhabilitatis personæ secularis, quæ solum capax est in hac materia cognoscendi & iudicandi super his, quæ facti sunt, super probatione scilicet exactionis usuratum, sive super probatione & liquidatione interesse cum

cum suis requisitis ipsarum usurarum recompenfatiui, seu justificatiui, secus autem ubi questio est juris super ipsa usura, ac de cognoscendo & decidendo, an conventio sit licita & respectiue usuraria, cum tunc sine per viam iudicii, siue per viam arbitrii laico urgeat illa omnimoda incapacitas, quae generaliter in eo militat in materiis Ecclesiasticis & spiritalibus, quoties, ut dictum est, punctus controversiae consistat in iure, secus autem ubi in nudo facto temporalitatis ad text. in cap. coningit, de arbitris, & Clementina secunda de iudiciis, Imola in cap. innotuit, de arbitris, cum aliis per Borell. de compromissis, §. 2. gl. 1. n. 113. Blanch. eodem tractatu, qu. 4. n. 9. Rot. dec. 315. p. 2. diversis, & in prima huius causae decisione 31. Martii 1664. coram Taja, atque ita distinguendo inter jus & factum, ex Diana & aliis allegatis admittitur in ultima decisione coram Albergato in fine. Licet enim deduceatur altera nullitas dicti compromissi ob mixturam unius minoris inter fratres compromittentes, atramen hanc nullitatem ego parvi faciebam, quia non inluit in materiam usurariam & malam fidem.

Et circa alteram inspectionem transactionis ex dicti laudi emologatione resultantis, ultima decisio in s. ante penult. plenè comprobat conclusionem; quod super usuris compromitti & transigi potest, quodque illa per transactionem remitti possunt ex collectis per Mantica. de tacit. lib. 26. tit. 5. n. 5. Giballin. de usuris, l. 2. cap. 3. art. 4. Leonard. qu. 90. nu. 19. & seq. apud quos concordantes, & habetur etiam per Rotam dec. 39. par. 5. & in aliis. Verùm pariter in hoc fallacia verfabatur in applicatione ad factum ob dictae transactionis insubsistentiam. Tum ex eo, quod in animo partium non fuit explicitè procedere per viam transactionis, sed solum per viam simplicis acceptationis laudi, quae ex juris fictione, vel subtili gentia vim, seu speciem transactionis habet. Undè rectè cadere observabam receptam conclusionem super invalida transactione inita ex falso praesupposito, quod ita adesse dicitur, dum partes credebant dictum laudum validum & obligatorium. Tum clarius, quia ut in prima decisione coram Taja, & in aliis subsequenibus advertitur. Et est principium absolutum, de quo in aliis materiis satis frequenter, ad essentiam transactionis, nedum requiritur dubietas rei in transactionem deductae, quoniam illa non datur in claris, sed etiam ut aliquid hinc inde detur, vel respectiue admittatur, habita congrua proportione futuri dubii eventus litis, secus autem ubi unus transigentium obtinet totum id, quod plena, & omnimoda victoria parere possit, quoniam tunc dicitur transactio leonina. Quinimò juxta opinionem, quam tenet Curia Romana, etiam satis largè & contra DD. sensum fortè probabiliorè & magis communem, etiam in transactione proceditur cum terminis text. in l. 3. c. de rescind. vendit. ut in Romana transactionis 15. Decemb. 1659. & 19. Aprilis, & 28. Junii 1660. coram Verospiro, de qua in sua materia sub tit. de empt. & vendit. & frequenter. Undè cum hoc laudum omnes usuras jam integrè tunc exactas creditor decreverit; nulla illarum remissione facta debitoribus, quorum favore aliud arbitratum non fuit, nisi reductio in futurum earundem usurarum ad minorem rationem quinque pro centenario, ita remanebat clarè transactio leonina. Ut enim benè advertitur per Leonard. d. q. 99. n. 19. & seqq. neque laudum, neque transactio simpliciter & de per se, vel alia conventio reddere potest licitas usuras, sed vel accedente probabili dubietate, an sint licitae & debitae necne, ad justam proportionem futuri dubii eventus transigatur, ut est vera & propria transactionis natura, vel quod debitor sciens & volens, cessante ratione suffocationis, atque ex omnino spontanea voluntate eas remittat tanquam liberam & gratuitam donationem, quorum neutrum dici poterat tam ex defectu voluntatis, dum debitoribus adhuc erant tales in sorte, ideoque id in animo numquam habuerunt, quam ex defectu potestatis, quia erant pupilli & minores, quibus haec libera donandi potestas non datur.

Deducebam quoque tanquam Advocatus alteram speciem nullitatis, ex eo quod transactum esset super re non dubia, eo quia clarum est de utroque jure divino & humano usuras esse illicitas & indebitas, sed reflectendo ad veritatem, istud motivum non erat probabile, cum ex supra discussibus in secundo puncto, stante more regionis, aliihæc supra dictis considerationibus, dubietas negari non possit.

Demùm quoad quartum & ultimum punctum utilitatis, quae ex pecunia mutuata debitori resultaverat, mediante acquisitione praedii fructiferi, satis modica, & ferè nulla dispersatio desuper cadebat, ex recepto & absoluto principio,

quod in materia usuraria spectatur solum quid intersit mutuatoris, non autem mutuatarii, ex deductis per Leonard. qu. 32. n. 30. q. 78. n. 14. & qu. 80. n. 18. & omnes. Sicuti è converso, ubi mutuatarius non est in damno, neque inspicitur utilitas mutuatori ex contractu resultans ut in Romana locationis venae supra, disc. 4. quod agnoscunt etiam dictae contrariae decisiones, praesertim ultima coram Albergato, dum solum ponderat hanc circumstantiam, non quidem ad effectum justificationis accessiones, sed ad effectum excludendi in debitorè praeciam indigentiam, & successivè suffocationem, quod tamen meo iudicio neque videbatur considerabile, quoniam adhuc suffocatus dici potest ille, qui, vel ratione affectionis, vel ratione speratae utilitatis noller amittere illam promptam occasionem; quam ob pecuniam carentiam esset alias amissurus. Atque ex his probabilioribus videbantur primae resolutiones, dum ita constabat creditorem verfatum esse in mala fide.

S U M M A R I U M.

- 1 De illicitis accessionibus ex mutuo earumque imputatione, & de probatione exactiois usurarum.
- 2 An transactio salvet usuras.
- 3 De usuris spontè, & voluntariè remissis.

ADNOT. AD DISC. XII. & XIII.

Super iis quae sunt juris citèa illicitas accessiones in mutuo nulla cadit dubitatio, praesertim juxta opinionem cum qua vivitur in Curia, & super puncto, an imputatio fiat ipso jure in dies, & tempora, videantur deducta disc. 28. & 31. de camb. In iis verò quae sunt facti super probatione exactiois usurarum, nulla verè cadit, vel dari potest regula, adeo ut sit error procedere cum generalitatibus, cum totum pendear ex circumstantiis facti, cujus potius quam juris est questio, atque in hoc videantur deducta disc. 34. de camb.

Super iis autem, quae pertinent ad remissionem praesertim per viam transactionis, & an & quando ista salvet usuras easque reddat licitas, videri possunt deducta inferius disc. 15. 17. 28. & 35. & in hoc supplemento disc. 42. & 43. Idemque cadit super contentis in sequenti disc. 13. super usuris spontè, ac voluntariè solutis, vel condonatis, ideoque ibidem videndum.

ROMANA IMPUTATIONIS FRUCTUUM,  
INTER COLLEGIUM ROMANUM,  
ET FABRICAM ECCLESIAE EJUSDEM  
COLLEGII.

Responsum pro veritate.

An fructus, seu accessiones voluntariè & absque pacto solutae pro credito pecuniario sint licitae, itaut non extenuent sortem. Et de circumstantiis dictam perceptionem licitam reddentibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Pro mutuo vero, vel interpretativo nulla accessio recipi possunt non probatis requisitis interesse lucri cessantis, vel damni emergentis.
- 3 Intellige ubi ex conventionione, secus si debitor absque pacto sponte solvit.
- 4 Pendet ab arbitrio iudicis inspicere an dicta solutio pendeat à mera liberalitate necne.
- 5 Eadem distinctio habetur in materia simoniae.
- 6 Quando dicatur benè justificatum interesse, ob quod accessiones, etiam ex mutuo recipi possunt.

D I S C. XIII.

Acto insigni legato per Cardinalem Ludovicum Ludovicum scilicet 200. m. pro construenda Ecclesia in Collegio Romano Societatis Jesu sub invocatione Sancti Ignatii, cum dispositione, ut si quid perfectae Ecclesiae, superesset, erogaretur in ejusdem, vel facilius ornamentum, vel Collegii utilitatem, executorum, seu commissariorum arbitrio. Cum ejusdem Societatis Praepositus Generalis, prudenter dictae fabricae particularem administratorem deputasset, di-

verfatum

verfatum ab economico Procuratore, seu administratore ipsius Collegii, itaut essent duae itationes separatae, Temporum autem conditio, seu qualitas aedificii circa ejus constructionis initia exigeret aliquam pecuniam per testatoris haeredem solutam remanere otiosam, Collegium verò, ob ejus urgentias pecunia indigeret, quam alias ad censum, vel sub alio interesse accipere oportuisset. Hinc idem Praepositus Generalis assensurus est, ut administrator fabricae mutuatet administratori Collegii scuta sex mille, pro quibus dicto administratori Collegii injunxit, ut pendente restitutione responderet ad beneficium fabricae fructum ad rationem scutorum quatuor pro quolibet centenario & anno, quae summa tunc temporis erat nimjùm moderata, & forsitan in commercio non facilis, cum ipsa loca montium Camerae fructarent ad quinque, vel quatuor cum dimidio. Post plerumque verò annorum decursum, aliqui rigorosi iustitiae, regoria Collegii zelantes, motivum excitaverunt; quod istud debitum jam extinctum esset, ipsa sorte principali extenuata cum dictis fructibus singulis annis solutis, qui ex simpliciter mutuo repetibili absque requisitis justificatis cum extrinsecis probationibus specialibus interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, dicuntur usurarii & in sortem imputandi, juxta opinionem, in qua resedit Curia Romana ex plenè deductis in Avenion. coram Bichio, dec. 29. post Merlin. de pignor. & passim, ac habeatur praesertim disc. praeced. & in aliis hoc tit. sapius.

Desuper autem per Superiores pro veritate consultus, in contrarium ad favorem fabricae respondi, Non impugnando quidem dictum principium in Curia verum & receptum, sed negando ejus applicationem ad casum, ob ejus particulares circumstantias. Ad id motus ex duplici fundamento. Primum, quod usuraria & illicita dicitur illa accessio, quam creditor pecuniarius ex causa mutui veri, vel interpretativi exigit à debitore in vim pacti & conventionis, secus autem si nulla conventione accedente, debitor spontè sua, & in recognitionem hujusmodi gratuiti officii, ex mera liberalitate & motivo gratitudinis aliquas accessiones solvat, cum tunc licitè per creditorem percipiatur, Rod. de ann. reddit. lib. 3. qu. 4. n. 101. Rebell. de oblig. just. de lib. 8. qu. 3. & ceteri apud Leonard. de usur. qu. 1. num. 35. & est propositio communiter recepta apud Canonistas, & Morales, apud quos remanet solum difficultas usurae mentalis percipientium forum internum, de qua ad jurisconsultos forenses agere non pertinet, & quae usura mentalis non cadebat in isto corpore facti & inaniamato.

In foro autem externo remanet solum questio potius facti, quam juris super verificatione dictae circumstantiae, quod scilicet solutio, non ex conventionione, sed ex libera & spontanea voluntate sequuta sit, quod pendet ex facti circumstantiis pro iudicis prudenti arbitrio regulandis, ne alias sub hoc pallio, & occultata conventionione, foeneratoribus ita usuras fraudate licitum & facile reddatur, atque hanc esse materiam arbitriam benè advertitur per Abbatem in magistrali conf. 113. par. 2. cum quo ceteri pertransierunt; Eademque distinctio habetur etiam in materia simoniae, in qua pactum, seu conventio totum facit, quia si spontè & ex mera liberalitate, ac motivo gratitudinis resignatarius resignanti aliquid praebet, dummodo sincerè & sine fraude, illa non intrat ex deductis in Falesiana archiepiscopi coram Albergato, dec. 40. & 43. apud Zuff. de legit. process. & pluries in sua materia sub tit. de benef. Undè cum in hac facti specie verificabilis non esset in creditore circumstantia fraudis, ac depravati animi foenerandi, atque constaret dictam solutionem ex prudenti pio, & rationabili motivo, de quo infra, nemine petente, per superiores demandata esse, mihi videbatur, quòd verferetur in terminis claris quamvis alii desuper quoque consulti simpliciter innitentes dictae generali propositioni, magnam desuper haberent difficultatem.

Secundo, quia licet prudenter hujusmodi negotia, seu itationes, tanquam diversa & sub diversis administratoriibus existerent. Nihilominus cum Ecclesia sit pars Monasterii, seu Collegii, atque unum ex membris constituentibus unum & idem corpus. Hinc proinde in stricto jure dicebam non intrare hanc distinctionem creditoris & debitoris, siue mutuantis, seu mutuatarii; Vel quatenus haec distinctio admittenda esset, adhuc tamen ambo erant sub regimine & administratione eorumdem superiorum, qui utriusque inanimati corporis, tanquam duorum pupillorum tutores erant, ideoque ipsi tanquam tutoribus & legalibus administratoribus de jure incumberebat onus exercitorem pecuniam non retinere otiosam, sed investire in fructiferas occasiones Ecclesiae licitas & promptas, ut in Urbe sunt loca montium;

alias administrator tenetur ad quanti interest, ad communiter notata in leg. si tutor. constitutus, ff. de administrat. tutor. & firmatur in Romana pecuniaria 28. Januarii 1636. coram Panzirolo, & in alia Romana 15. Junii 1665. cor. Albergato, ac agitur quoque infra in Viterbien. disc. 15. Et propterea cum tunc promptè ista pecunia investiri potuisset & debuisset in loca montium, ex quibus etiam major fructus obtineri potuisset, ita de plano remanebat justificatum interesse, quod data illius veritate & existentia, etiam in pactum & conventionem ab initio deduci potest ex deductis disc. praeced. Potissimè stans utilitate etiam Collegii, cui alias incumbebat pecuniam sub gravioribus fructibus ab aliis accipere, atque hanc dixi mihi videri veritatem, cui credo quod pii & prudentes superiores acquieverint, quia verè proprus improprium erat istos terminos usurarios ad casum applicare.

Æ S I N A C E N S U S  
PRO HEREDIBUS ADRIANI DE  
HONORATIS

CUM HEREDIBUS MARCHIONISSE  
MARGARITAE GABRIELLE  
DE FLASCHIS.

Casus varie decus per Rotam.

De interesse damni emergentis, An & quando per creditorem à moroso debitore exigatur licitè & citra usuram, etiam sine requisitis desideratis per dec. 2. Mohed. de usuris.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Resolutiones causa.
- 3 Ubi vendita sunt plures res cum diversis pretiis licet in eodem contractu, tunc dicuntur venditiones, quot sunt res.
- 4 Emptor non potest dici morosus in solutione pretii, nisi res vendita tradatur.
- 5 Re non tradita, vel tradita & evicta resolvuntur ejus obligationes etiam favore tertii.
- 6 In incorporalibus consignatio instrumentorum & scripturarum est loco traditionis ipsius rei.
- 7 Quis debebat prius adimplere contractum an venditor in traditione rei, vel emptor in solutione pretii.
- 8 Ille qui primo agi debet prius docere de implemento ex parte sua.
- 9 Sine mora non datur interesse.
- 10 De requisitis interesse damni emergentis an sufficiat probatio generica, vel requiratur specifica, referretur utraque opinio.
- 11 Refertur casus, in quo rigorose processum fuit cum decisione Mohedani in hac materia interesse damni emergentis.
- 12 De limitatione decisionis Mohedani, & quando requisita dicatur concurrere per aequipollens.
- 13 De interesse praestando etiam in fructibus fructuum, & in ratione multiplici.
- 14 De distinctione obligationis debitoris in dando, vel in faciendo.

D I S C. XIV.

Marchionissa praedicta, creditrix pro dote aliihæc causis hereditatis Francisci Amici primi viri, omnia ejus credita & jura, mediante Marchione Flasco ejus secundo viro & procuratore, vendidit Adriano Honorato pro pretio scut. 10500. solvendorum in diversis terminis, seu pagis, sub ea lege, quod saltem ex ultima, vel prius, arbitrio ipsius venditricis, teneretur ipsa extinguere quemdam censum in sorte scut. 1000. Cumque solutis reliquis scutis 9500. emptor recusasset solvere residuum, pluries tamen post sequutum implementum, extrajudicialiter oblatum, ob sibi non traditas scripturas, ac necessarias justificationes cujusdam crediti ipsius venditricis eandem summam importantis, adversus dictam haereditatem, à qua proinde recuperari non potuit; Hinc ambobus contrahentibus desuictis, post plurimum annorum decursum, heredes venditricis iudicium instituerunt contra haeredes emptoris, nedum pro solutione dictae sum-

ma

ma residualis in sorte principali, sed etiam pro fructibus de-  
curtis dicti census cum dicto residuo extinguendi, ratione  
interesse damni emergentis. Et introducta causa in Rota co-  
ram Cerro sub die 16. Junii 1664. pro creditore proditit resolu-  
tione, dubitorem scilicet ad dictum interesse teneri. Sed re-  
proposita causa sub die 27. Februarii 1665. coram eodem, re-  
cedendo a decisio, pro debitoris responsum fuit, atque huic  
secunda resolutioni satis probabiliter fundata, actores  
hucusque acquieverunt.

2. Duas autem fuerunt hujusmodi disputationem inspec-  
tiones; Una potius facti quam juris, an scilicet adesse debito-  
ris mora neene, quoniam illa cessante, tanquam basi & funda-  
mento actionis & interesse, omnis dubitatio cessat. Et altera  
juris an scilicet postea mora, constaret de requisitis hujus-  
modi interesse justificatis; Secunda autem resolutio, quam  
scribens pro heredibus debitoris reis conventis, reflectendo  
etiam ad veritatem credendam probabilem beneque fundatam,  
innixa fuit primo motivo deficientis morae, cum cujus praesup-  
posito processerat prima decisio, quae principaliter agit de  
altera inspectioe juris super dicti interesse refectione, unde  
propterea dicebam, dictam primam decisionem quoque proba-  
bilem, beneque fundatam esse in puncto juris, quatenus ve-  
rificaretur facti praesuppositum, cum quo processum fuerat,  
& sic defectus erat in applicatione ad factum, non in veritate  
conclusionum juris.

Quatenus igitur pertinet ad primam inspectionem, seu  
primum motivum; Cum in contractum deducta essent plu-  
ra credita, seu jura distincta cum distincto pretio in singu-  
lis, hinc resultare dicebam, quod tot essent distincta vendi-  
tiones, quot essent species, vel credita in contractu deduc-  
ta juxta glof. in l. Adiles autem, §. si plura, & in l. si cum in  
ca. ff. de Aedil. editio. Tiraquel. de retrat. lignag. §. 22. §. 1. n.  
num. 18. Mantio. de actio. lib. 2. tit. 3. numer. 17. Caval. de  
dec. 728. num. 1. & 2. & in sua materia sub tit. de empt. &  
venta.

Quo posito resultabat, nullam dici posse contractam mo-  
ram ex parte emptoris in hoc residuo, nisi prius ex parte  
venditoris rei venditae traditio, vel obligatio sequatur ad rex.  
in l. Julianus §. offerri, ff. de action. empti, ubi omnes. Idque  
adeo verum, ut etiam si emptor in se accollaverit census alia-  
que debita venditoris, eaque solvere se obligaverit, vel dire-  
ctis & explicitis ipsis creditoribus, vel implicitis, mediante  
obligatione camerata continente sub se stipulationem pro  
omnibus, quorum interest &c. adhuc tamen implicitam ha-  
bere dicitur conditionem, si res vendita tradatur, vel tradi-  
ta peragatur, ac alias in casu non traditionis, vel evictionis,  
obligatio tanquam causativa, seu occasionalis resolvitur,  
quotiens non intercedat vera & formalis delegatio, quam in  
his terminis ratio vidi practicari, ut ex Dec. cons. 421. Ti-  
raq. de cess. caus. par. 1. n. 224. plenè habetur collectum apud  
Ard. resol. 22. in l. cum sequen. Roc. dec. 428. par. 1. rec. n.  
4. cum aliis & frequenter ex deductis in sua materia sub tit. de  
empt. & vendit. praesertim in Surina. ac etiam habetur  
in Romana extinctionis locorum, in quibus sub tit. de Regalibus,  
d. §. 8. & 9.

In presenti autem, licet practicari non possit vera traditio  
pro facti est, cum ageretur de juribus incorporalibus, ni-  
hilominus dicebam, loco traditionis succedere consignatio-  
nem instrumentorum & jurium, quorum vigore emptor, seu  
cessionarius jura cessa exercere valeat, Caputaquem dec. 104.  
in l. 1. Greg. dec. 579. n. 1. dec. 228. nu. 4. post Zacch. de oblig.  
a. 14. n. 14. p. 7. rec. cum aliis per Oleam de cess. tit. 7. q. 1. n.  
1. cum seq. & n. 7. & 13. Unde cum venditrix ad hunc actum  
non devenisset, emptor morosus in solutione pretii dici non  
poterat.

Scribentes pro actoribus, nimium se diffundebant in qua-  
estione disputata per DD. super intellectu d. text. in l. Julian.  
§. offerri, quis scilicet debeat primo ex parte sua adimplere,  
an venditor in traditione, vel oblatione rei, vel emptor in  
solutione, vel oblatione pretii, nimium insistentes in iis,  
quae firmantur in Romana gram coram eod. Cerro, dec. 471.  
Ber. 9. rec. cum qua simpliciter processum fuit in prima hujus  
causae decisione. Verum advertebam, extraneam à casu vi-  
trici hujusmodi questionem, in qua variae habentur opinio-  
nes. Aliis volentibus priorem esse obligationem venditoris,  
Aliis illam emptoris, Aliis demum, & probabitis, quod  
tanquam in actu cortesepectivo, & coequali non detur prius  
& posteriori, sed simultaneum, seu contemporaneum debeat  
esse implementum, quod tamen nihil faciebat ad rem, quo-  
niam rei conventi non agebatur de redarguendo venditorem  
de mora, ob quam ad aliquod interesse contra ipsum age-  
rent, sed solum, excipiendo de non traditione, curabant

propriam moram excusare, atque ita repellere actores, qui-  
bus agentibus ad interesse ratione morae, in qua erat eorum  
actionis fundamentum, abique dubio incumbere prius do-  
cere de implemento ex parte sua, ut alterum contrahentem  
de mora convincere possent, cum in hoc scribentes concor-  
dare videantur, quod scilicet non attendatur qui primo con-  
traxerit, sed qui primo agat, ut eadem dec. 471. n. 23. par.  
9. rec. & bene 601. nu. 25. & 26. par. 5. ubi concordantes, & est  
principium verum, ac receptum.

Hinc proinde de consequenti corruerat actio ad interesse,  
cujus primum, ac essenziale requisitum est mora ad vulgarem  
textum in l. ubi omnes, ff. si cert. petat. & leg. mora, ff. de usi-  
ris cum concord. congestis per Ciurb. observ. n. 3. Et suc-  
cessive inanis remanebat inspectio, an procedendum esset  
cum opinione, quae vulgo tribuitur Ruin. conf. 104. lib. 4.  
quam probabiliorum credit Leonard. relatis aliis ejusdem opi-  
nionis sequacibus qu. 75. nu. 14. ut scilicet sufficiat creditor  
docere se de facto post debitoris moram subiectum fuisse de-  
bitis fructiferis & usurariis, atque ita damnificatum reman-  
sisse.

Vel potius procedendum esset cum altera opinione, quae  
tribuitur Mohed. dec. 203. alias dec. 2. sub tit. de usuris,  
ut scilicet data mora, non sufficiat dicta probatio generalis  
quod creditor damnus passus sit in solutione usurarum suis  
creditoribus, seu aliis, nisi accedat probatio specialis, quod  
mora debitoris fuerit causa praecisa & immediata damni, ob  
incertitudinem, seu possibilitatem, an creditor pecuniam à  
debitore non moroso suo debito tempore solutam, in istam,  
vel aliam causam erogaturus esset necne, & quam opinionem,  
licet nimium rigorosam, sequi proferunt Rota & Curia Ro-  
mana, ut apud Concinn. dec. 498. dec. 325. post secundum  
volum. conf. Farin. dec. 304. n. 28. & final. p. 9. rec. & sapius,  
atque in hujus causa utraque decisione tanquam certa praesup-  
ponitur, eamque in puncto juris esse veriorum late probate con-  
stat Cypiac. contrap. 252. n. 62. cum seq.

Adeoque mordicus Rota hanc opinionem quandoque  
sequi professsa est, ut juxta casum contingentias id videret  
omni aequitati, & humanae rationi adversari, ut praesertim  
ma scribente practicatum fuit in una Lavellen. 26.  
Maii 1653. coram Peuting. de qua causa in proposito dotis  
restituenda habetur actum in sua materia sub tit. de dote.  
Cum enim secundus vir constante matrimonio aliam pecu-  
niam sumptam dedisset ad censum uxoris filii primi mat-  
rimonii sub gravi fructu in regione usitato novem, vel decem  
pro centenario, atque soluto secundo matrimonio sine filiis,  
idem vir effectus esset debito praedictorum filiorum prima  
pro restitutione dotis in longe majori summa, pluresque anni  
decurrerint, in quibus sub silentio hinc inde processum.  
Exorta demum lite coram Ordinario, & deinde in Rota prius  
coram Corrado super ipso principali puncto restitutionis do-  
tis, super quo prodit decisio, quae habetur impressa par. 11.  
rec. dec. 85. repetita dec. 56. post Contrarium, assumptaque  
deindeque disputatione coram Peutingio subrogato super  
puncto compensationis per me ex parte viri oppositae dicti  
debiti dotalis cum fructibus census hoc intermedio tempore  
decurtis, dictisque filiis opposentibus de dictorum fructuum-  
que impedito cursu, dum ipse creditor censarius effectus  
erat ipsorum debitor, Rota sequuta est rigorosum sensum à  
me tanquam Advocato viri deductum, ut scilicet non detur  
compensatio debiti cum sorte principali census uspotè irre-  
peribili ab invito debitore, nisi iste animum restituendi, ac  
censum extinguendi declaret, & consequenter, quod conti-  
nuante censu, adhuc vivo, continuaverit cursus fructuum,  
ad favorem viri. E converso autem iste quamvis morosus pro  
debito dotali, non teneretur ad interesse damni emergentis,  
ita creditoribus resultans cum seipso, ob dictum cursum fru-  
ctuum census, stante quod ipsi non declaravertant, quod hu-  
jusmodi debitum sibi solvendum in istam causam erogaturus  
fuisset. Quod mihi quamvis scribenti pro victore, nimis  
durum & rigorosum visum est, unde propterea Egomet me-  
diator sui concordiae dicti rigoris nimium moderativae, cum  
stante qualitate personarum, aliisque facti circumstantiis,  
omnino probabile videretur, quod dicti filii, ita creditores  
& debitores respectivè Vitricum non urserint ad restitutio-  
nem dotis, ut ita proptrium debitum compensarent, in hac  
bona fide & justa ereditate consummati, ex ejusdem Vitrici  
silentio in non petendo fructus, potissime quia in illis partibus  
notus non est, neque practicatur haec subtilis & rigorosa opi-  
nio, quae proinde discretè, & pro prudenti arbitrio, juxta  
facti circumstantias, non autem ita generalitares, & quodam-  
modo judicè practica videretur.

Quando autem in ista causa, data mora in emptore, ad  
hunc

hunc punctum quaestio restringeretur. Ego reflectendo ad  
veritatem, justam credebam primam resolutionem, inni-  
xam limitationi, quae d. dec. Mohedani, tribuitur, ubi  
scilicet requisitum interpellationis, ac declarationis animi  
concurreret per equipollens, quia nempe alias constaret de  
hac certa destinatione erogandi pecuniam à debitore solven-  
dam in extinctionem aris alieni usurarii, ut aliàs firmavit  
Rota in Bononien damnorum 4. Maii 1612. coram Coccino, &  
habetur deductum in Romana Restitutionis pecuniarum pro  
creditoribus patrimonii Adonalensium sub tit. de feudis ad  
materiam Bulla Baronum, disc. 79. & 80. & videtur vera fa-  
ctique rationabilis declaratio.

In proposito autem hujusmodi interesse lucris cessantis, vel  
damni emergentis reficiendi per debitorem morosum ob non  
solutionem pecuniae ad certum effectum ab initio destinatae,  
juxta dictam limitationem; In una Romana pecuniaria inter  
Tiberium Ceulum, & creditores illorum de Balleonibus,  
cum isti emisissent quamdam tenutam ab auctoribus Ceuli, vel  
à Congregatione Baronum, sub conventionis, quod quoddam  
residuale pretium ab eis solvendum investiri deberet in multi-  
plicum pro reintegratione fideicommissi; Praetendebat Ceulus,  
quod dicti venditores ob solutionem in tempore non factam  
teneri deberent loco damnorum & interesse, nedum ad  
fructus recompensativos, de quibus nulla erat quaestio, sed  
etiam ad fructus fructuum, & quanti intererat multiplicum  
factum esse juxta firmata per Rotam in Rom. multiplici, dec.  
85. p. 4. rec. to. 2. & dec. 660. eadem p. 4. to. 3. & plenius 18. Mar-  
tii 1654. coram Melio. Verum scribens pro patrimonio em-  
ptorum defenso per creditores, parum probabilem dicebam  
hujusmodi petitionem, cum dictae decisiones procedant,  
ubi ipse debitor assumptisset in se onus faciendi dictum inve-  
stimentum, & respectivè multiplicum, cum tunc intret di-  
cta obligatio, potius ob non factum, quam ob non datum,  
& sic ratione non adimpleti suscepti mandati in faciendo;  
non autem ratione morae debitoris in non solvendo, juxta  
distinctionem plenè deductam & firmatam in Romana fru-  
ctuum dotis 21. April. 1651. Cerro, & 15. Januarii 1652. Bi-  
chio, quarum secunda est impressa post Contrarium, dec. 155. &  
dec. 4. post Zuffum, & cum quibus proceditur, ut in propo-  
sito usurarum dotialium habetur sapius in sua materia sub tit.  
de dote, atque ita Congregatio Baronum censuit; Verum ad-  
huc mihi supererat gravis difficultas ex dicta ratione praecise  
destinationis hujus pecuniae in hanc causam, unde propterea  
mora debitoris, ita fuit causa praecisa, & immediata damni,  
quia pecunia non poterat ad alium usum converti, & con-  
sequenter non videtur intrare rationes, quibus inni-  
tuntur dictae decisiones in Romana fructuum dotis, sed  
cum disputatione ulteriorem progressum non habuerit, non  
potui desuper maritum judicium pro veritate effortare.

ADNOT. AD DISC. XIV.

IN plerisque aliis casibus post casum contentum hoc disc. su-  
per interesse damni emergentis, practicavi quod per Ro-  
tam aliaque tribunalia magis benignè favore creditoris pro-  
cessum fuit & merito, adeo ut praesumpta, & verisimilis pro-  
batio generalis sufficiat, moderato antiquo judaismo; Et  
conferunt deducta disc. 37. & 38.

VITERBIEN. TRANSACTIONIS  
PRO HEREDE PAULI CIOFI  
CUM ALIIS PARITER DE CIOFIS.

Casus variè decisus per Rotam, & postea concordatus.

An sint licitae, vel respectivè usurariae accessiones,  
quas donator quantitatis donatarum pendente so-  
lutione promisit, ac solvit. Et quid de accessio-  
nibus pro pretio alicujus mercimonii, seu nego-  
tiationis, An & quando intrent fructus recom-  
pensativi juxta terminos text. in l. curabit, C. de act.  
empt. Et an subintendantur accessiones solutae pu-  
pillo, vel minori per ejus majorem conjunctum,  
qui de jure esset, seu esse deberet ejus legitimus  
tutor, seu curator.

S U M M A R I U M.

- 1 Falti series.
- 2 De solutionibus in causa editis.
- 3 An quando pro pretio mercium, vel taberna debeantur fructus recompensativi juxta text. in l. curabit, C. de action. empti, distinguitur.
- 4 An Testator, vel donator disponere possit, ut pro quantitate legata, vel donata, pendente solutione, praesententur fructus, seu accessiones, distinguitur.
- 5 An alibi procedat distinctio, de qua n. procedenti.
- 6 De contractu remissivo.
- 7 Tutor, vel aliter administrator non investiens pecuniam administratam tenetur ad interesse.
- 8 Quomodo usuraria materia regulanda sit.

D I S C. XV.

Defuncto Paulo, quia cum Dominico, & Tullio fratribus  
de Ciofis in communione vixerat, superstitibus pluri-  
bus filiis adhuc pupillis, cum istorum matre & matrice firmato  
statu communis assis in scut. 7500. deventum est ad divisio-  
nem, in qua patru nepotibus promiserunt solvere in pecunia  
infra certum tempus eorum portionem, & interim solvere  
fructus ad rationem quinque pro centenario, Ad plures au-  
tem annos defuncto uno ex tribus filiis masculis dicti Pauli,  
ac filia foemina nuptui tradita, alii duo, nempe Thomas &  
Gregorius redierunt ad patronorum domum, vacantes mer-  
cimonio, quod isti exercebant, postmodum vero de anno  
1634. inter eosdem patruos, ac nepotes respectivè, eorum  
facultatibus hoc medio tempore ex negotiatione interim nota-  
biliter auctis, deventum est ad transactionem, per quam  
patru assignarunt dictis nepotibus, tam pro antiqua portio-  
ne paterna, ut supra, quam per omni & toto eoque ratione  
eorum opera seu alias praetendere possent, ac etiam ex titula  
donationis, & benevolentiae scut. 10. m. ut mercaturae in-  
cumbere possent, solvendo Thomae majoris aetati proximo  
suam portionem scut. 5000. infra terminum duorum anno-  
rum, Gregorio autem adhuc minori, postquam compleverit  
annum 25. cum promissione interim fructuum ad rationem  
quinque pro centenario, inito etiam fideicommissio con-  
ventionali, ac reciprocò inter dictos patruos & nepotes re-  
spectivè.

Obsevata fuit pacificè concordia praedicta donec vixe-  
runt patru, qui non solventes dictam conventionem summam,  
spontè & abique aliqua contradictione solverunt fructus ut  
supra conventos; Ipsis autem defunctis, eorum filii & ha-  
redes, praefatam concordiam impugnare voluerunt. Unde  
introducta causa in Rota coram Celso, assumptaque dispu-  
tatione super ipsius concordiae validitate, ac super debito  
in sorte principali sub diebus 18. Junii 1657. & 14. Junii 1658.  
prodierunt resolutiones Thomae & Gregorio favorabiles su-  
per dictae transactionis validitate & observantia quod debi-  
tum in sorte principali, ut pater ex decisionibus 238. & 263.  
illas impressas ejusdem Celso; Deinde verò assumpta fuit dis-  
putatio super fructibus interim ad formam ejusdem concor-  
diae decursis, an scilicet deberentur necne, ita ut non solu-  
ti peti non possent, ac soluti imputandi venirent in sortem,  
quam ita in parte extenuassent, ut preterebant debitorum, quo-  
rum favore & juxta dictam eorum praetensionem binæ prodie-  
runt resolutiones sub diebus 11. Decem. 1658. & 9. Maji 1659.  
excepta rata valoris bonorum stabilium, & fructiferorum, ex eo  
fundamento, quod cum reliquum creditum esse pecunia-  
rium, & non constaret de requisitis legitime justificatis lucris  
cessantis, vel damni emergentis, nullae affectiones citra usura-  
ram deberentur, ac propterea solutae imputandae venirent in  
sortem ut pater ex decisionibus 277. & 291. inter dictas im-  
pressas ejusdem Celso; Ad quarum normam expedita senten-  
tia, & commissa causa in eadem Rota coram Albergario, at-  
que in hoc statu me ex parte creditorum ad causae defensionem  
assumpto, sub die 14. Junii 1660. responsum fuit favore  
creditorum, vel eorum interim defunctorum heredum, pro-  
dictae sententiae infirmatione, dictorumque fructuum debi-  
to, atque expedita sententia, & commissa deinde appellatio-  
ne in eadem Rota coram Peroglio, hac posterior sententia  
Albergarii confirmata fuit, praevius duabus decisionibus sub  
diebus 3. Junii 1661. & 17. Martii 1662. Commisitque iterum  
causa appellationis cor. Taja sub die 4. Junii 1663. ad favo-  
rem etiam creditorum proditit resolutio, sed concessa nova  
audientia, & reposita causa, ob difficultates desuper ha-  
bitas nulla capta fuit resolutio, quod ansam dedit concor-  
diae, per quam controversia finem habuit.



In istis igitur disputationibus, ac respectivè resolutionibus, tres fuerunt inspectiones super huiusmodi accessionum licito, vel illicito cursu; Primum an deberentur de natura bonorum, quorum loco ista quantitas in conventionem deducta est, tanquam per speciem fructuum recompenfatorum iuxta terminos text. in l. curabit, Cod. de action. empt. Secundo quatenus dicta ratio in toto, vel in parte non intraret, an deberentur tanquam promissi ex causa donationis; Et tertio demum, quatenus ex ista causa non substinerentur, an alter adesset titulus illarum iustificativus.

Quoad primum, pro rata bonorum stabilium communium inter d. fratres cadentium sub prima divisione, planum erar licitam esse conventionem prædicta ex dicta dispositione text. in l. curabit, dum accessiones erant moderatæ & uniformes taxæ legali bonorum stabilium iuxta receptam gl. in aurb. perpetuo, Cod. de Sacros. Eccles. Sed id importabat modicam summam scilicet 300. circiter, in reliquis autem decisio pendebat ex facto, in quo levis erat discordia ob varietatem testium hinc inde inductorum circa duplicem circumstantiam, Unam scilicet an augmentum assis dictorum patruorum intermedio tempore inter primam divisionem & transactionem cederet etiam ad commodum dictorum nepotum, qui denuò ad communionem admissi fuissent, ut ex hac parte prætendebatur, vel potius totum ad ipsos patruos pertineret, domi præfatos nepotes retinentes in assistentia & exercitio in taberna mercium tanquam famulos & operarios; Et secundo an dicta summa in conventionem deducta, postea dicta communione & coequali dominio, proveniret ex pretio tabernæ, seu mercimonii considerari tanquam universitas, vel potius ex mercibus aliisque bonis mobilibus singulariter, & de per se consideratis; Totum autem hoc consistebat in nudo facto, de quo partes Advocatorum Romanæ Curie sunt non agere, ab hac verò secunda circumstantia, an scilicet merces, aliaque bona ultra stabilia constituerent tabernam, seu mercimonium tanquam universitatem, vel potius essent bona singularia, pendebat determinatio, an pro isto quoque pretio intraret ratio, vel dispositio præfati text. in l. curabit, Cod. de action. empti.

Ubi enim agitur de mercibus aliisque bonis mobilibus singulariter, & de per se consideratis, absolutum est pro eorum pretio dictæ legis dispositionem, vel rationem non intrare, cum sint bona de sui natura infructifera, & æquipollentia pecuniæ; Si vero ageretur de eisdem constituentibus tabernam, seu mercimonium, quod constitueret universitatem, & tunc secus, quoniam ratione aviamenti, huiusmodi tabernam reputantur fructifera, itaque etiam in contractum locationis & conductionis pro annua pensione salva substantia ad instar prædii fructiferi deduci possunt. Et ob quam circumstantiam cessat mutuum verum, vel interpretativum, sine quo ponatur usura; Ut in specie fructuum recompenfatorum cadentium super pretio huiusmodi tabernarum, vel ex conventionem, vel ex dispositione juris, ne emptor retineat rem & pretium iuxta terminos d. text. in l. curabit, habetur apud Riminal. jun. conf. 17. nu. 16. cum seqq. Borguin. dec. 13. nu. 61. & 66. part. 2. Rot. dec. 189. num. 3. post secundum volum. conf. Farinacc. dec. 430. num. 4. & 540. num. 11. part. 2. recent. & conferunt deducta per Leotard. de usur. quest. 41. num. 32. cum aliis in huius causæ decisionibus coram Verospio & Albergato, atque est principium hodie receptum, adeò ut in Fulginaten. de qua disc. sequenti, Ego scribens pro emptoribus, ac respectivè debitoribus pretii cuiusdam fundachi aliarumque mercium volentibus accessionum debitum evitare, id admitterem pro rata cadente in pretio fundachi, negarem tamen pro alia rata pecuniarum & mercium, iuxta dictam distinctionem, quæ est hodie vera & recepta; Et consequenter in ista causa, quæstio remanebat potius facti & applicationis, quam juris, An scilicet versarem in una, vel altera distinctionis parte, seu bonorum specie, dum circa ratam respondentem pretio mercium singularium aliorumque mobilium infructiferorum, Ego & ceteri pro hac parte scribentes non impugnabamus conclusiones deductas in præfatis decisionibus coram Cello, utpotè in Curia receptas ex deductis supra in Senonen. disc. 12. & in aliis hoc eodem titulo.

Quo verò ad alterum punctum, in quo principaliter dictæ posteriores decisiones coram Albergato, Verospio, & Taja fundamentum constituere videntur, quod scilicet ista quantitas in conventionem deducta esse per viam donationis pariter difficultas consistebat, magis in facto & applicatione, quam in iure; Siquidem ut in proposito frequenter actum habetur occasione legatorum, quæ donationem quoque continere videntur; in ea quæstione, an exigi possint usuræ pro

legato quantitatibus ex iudicio testatoris gravantis heredem, ut pendente legati solutio annuum fructum, seu interesse ad rationem tot pro centenario solvere deberet legatario; Communis, ac recepta distinctio est, quod aut in facultate legatarii positum est sortem quandocumque petere & assequi, & tunc obmutuum interpretativum cum dilatione, quod ita inesse dicitur, præfata accessiones illicitæ, & usurariæ reputantur, quia testator non potest reddere licitas usuras illicitas, & intrinsecè malas; Aut legatarius jus non habet ex iudicio ejusdem testatoris petendi sortem, & tunc secus, quia legatum interim consistere videtur in ipsis annuis usuris, seu accessionibus, principaliter & de per se consideratis, tanquam per speciem annui legati arbitrio heredem extinguibilis, seu redimibilis, cum quantitate per ipsum legatorem taxata, ut ita distinguendo habetur apud Cavaler. dec. 591. ad den. ad Burrat. dec. 114. Leotard. de usur. quest. 18. apud quos ceteri, & in huius causæ decisionibus prædictis, atque est distinctio recepta per scribentes hinc inde admissa in Romana pecuniaria de Martialis & Sancta Cruce, in qua agebatur de hoc puncto, ut in Romana pecun. 15. Junii 1665. coram Albergato.

Quæ theoretica sic stante ac in præfatis decisionibus bene firmata ad favorem huius partis, nequa difficultas erat circa applicationem ad factum, de cuius defectu bene opponebant scribentes in contrarium, quoniam prohibitio, ne creditores sortem principalem petere possent, restricta erat ad certum tempus uni scilicet infra biennium, & alteri usquequo completeret ætatem 25. annorum, usque ad quæ tempora respectivè motivum rectè procedebat, non autem postquam in creditorum libero arbitrio repositum erat sortem petere, ideoque motivum remanebat periculosum ab hoc tempore citra.

Est bene verum quod isti rigores procedunt solum in Curia Romana, & successivè in Curia inferioribus ab ista normam recipientibus, ob opinionem quæ hic retinetur, ut interesse lacti cessantis, data etiam mora per non valeat illo non probato in specie cum requisitis, Castren. in l. 3. ff. de eo quod certo loco, ita ut non sufficiant probationes generales super qualitate creditoris, quod esset solito negotiari, & qualitate loci circa promptas occasiones, ut advertitur in huius causæ decisionibus coram Cello, cum aliis in d. Savon. & in specie legatorum infra in Marthana legati, disc. 29. Inanes autem huiusmodi inspectiones remanent in illis regionibus, in quibus ista requisita tanquam notoria habentur pro probatis, unde propterea data mora regulari, vel irregulari, illico intrat cursus interesse, quia tunc istud indefinitè currit, & decernitur, ut in locis proxime allegatis habetur, ac etiam sub tit. de feud. disc. 108.

Demum quoad tertium punctum, seu inspectionem, an scilicet non subsistente uno, vel altero ex prædictis fundamentis, adesset alter titulus d. accessionum iustificativus, Ultima dec. 4. Junii 1663. coram Taja, discursit, ita sub huiusmodi conventionem contineri illum contractum trinum, de quo habetur particulariter actum in Firmana, disc. 1. hoc eod. tit. societatis scilicet, & duplicis assicurationis fortis, & lucrorum; Sed pariter istud motivum mihi videbatur periculosum; Tum quia non data explicata conventionem sub hac specie contrahendi, satis difficile est in foro externo id subintelligere, cum aliis nunquam daretur casus usuræ, atque omnes contractus usurarii cum hoc subterfugio salvari possent; Tum etiam quia non videtur ad proximum deducibile, ut pecunia tantum lucrum verisimiliter dare possit, quod summa excedens quinque pro centenarii creditoris favore convenita, dici valeat congrua recompenfativaque assicurationis, ac periculi, quod debitor in se suscipit, dum in foro usque non invenitur tertius negotiator qui faceret hanc assicurationem, ut advertitur in d. Firmana, disc. 1.

Tertius verò ac solidius motivum pro huiusmodi accessionibus substinendis mihi videbatur illud resultans ab interesse ad quod tutor, vel alter legalis administrator tenetur erga pupillum, seu cum cuius bona administrantur, ob non investitam pecuniam in turas occasiones fructiferas, puta in bona stabilia, census, vel loca montium ex latè deductis per Spereil. dec. 90. Leotard. de usur. qu. 18. nu. 36. ubi ceteri, Rot. in Rom. pecun. 28. Januarii 1636. Panzirulo, & de patre legitimo ad ministratore filia habetur in dicta Rom. pecun. 15. Junii 1665. Albergato; Cum enim isti essent patrum, ac successivè legales tutores, & curatores istorum nepotum ex fratre prædefuncto, prudentor ac laudabiliter has partes, impleverunt, retinendo istas penes se ob minorem ætatem, imprudentis ac dissipationibus subjectam, malè autem ac dolosè gessissent illas retinere otiosas, atque sub promissione fructuum

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Ex pretio tabernæ, seu fundachi debentur fructus recompenfativi ex l. curabit, tanquam de prædio fructifero, remissivè.
- 3 Secus dilatione conventionali pendente non data eorum conventionem.
- 4 Si non adest conventio expressa, sufficit quod alimundæ consistet de voluntate, quod isti fructus debeantur.
- 5 Pretium rei fructifera si convertatur in aliam speciem debiti, vel contractus, non est amplius fructiferum ex l. curabit, sed ex alio contractu cuius requisita concurrere debent.
- 6 Declaratur conclusio, de qua n. 2. quando procedat.
- 7 Quid ubi minimum pecuniarum, seu venditio mercium haberet correspondentiam cum venditione rei fructifera.
- 8 De contractu trino remissivè.
- 9 Mutuator citra usuram convenire potest de accessionibus ratione interesse lucris amissi ex investimento pecunia aliter faciendæ.
- 10 De circumstantiis salvantibus accessiones ab usura.
- 11 An, & quando emptor teneatur ad fructus recompenfativos pretii non soluti si res vendita non produxit fructus.

D I S C. XVI.

Quam quos adolescentes à sponte dantibus receperunt in alimentis, & substationem erogatos, ut ita paulatim ipsa fors principalis præter voluntatem domini consumpta remaneret, dum eadem pecunias investiendo in bona stabilia, census, vel loca montium, idem fructus obtineri potuissent, Potissimè quia non erat quæstio de assequendo hoc interesse à dictis patris invitit, sed de ab eisdem sponte solutis, & nunquam contrarium animo declarantibus, unde propterea fuit potius recognitio veritatis, & bonæ fidei, quod ita scilicet dicti patris se agnoverint de jure obligatos ad hoc interesse ratione illorum fructuum, qui aliàs percipi poterant à dictarum pecuniarum investimento, quod eis incumbere videbatur, atque ista videbatur, via magis tuta, & plana abique necessitate assumendi tunc fortis, ac dubias inspectiones.

Et quidem, ut aliàs hoc eodem titulo advertitur, ista usurarum materia videtur potius facti quam juris, non uniformem generalem determinationem recipiens, sed iuxta singulorum casuum particulares circumstantias, inspecta qualitate personarum, ac aliis circumstantiis, ex quibus desumatur an concurrant præcipua usuræ requisita, consistantia in depravata intentione foenerandi ex parte creditoris, & in suffocatione ex parte debitoris, non quod simplicitas, vel bona fides mutuantis salvet usuram ubi illa revera adest, quoniam receptum est id non suffragari, sed ad regulandam naturam actus, sive interpretandum quid partes facere voluerint.

Non datur enim usura sine mutuo vero, vel interpretativo, ut plene habetur in Romana locationis coram Verospio, dec. 63. num. 13. post colligationem Bondeni, ac in aliis hoc eodem titulo frequenter, & est principium absolutum. Ac ulterius cum mutuo, vel expressè, vel implicite ac præsuppositivè concurrere debent dicta alia usuræ requisita consistantia, copulativè, vel saltem alternativè in depravata intentione mutuantis, & in suffocatione mutuatarii, quæ omnia in præfatis deficere videbantur, cum in origine nullum aderat mutuum, nullaque suffocatio ex parte debitorum qui sponte creditoribus adhuc pupillis, vel minoribus non requisitis istum contractum fecerant, absque eo quod in ipsis creditoribus excogitabilis esset aliqua depravata intentio foenerandi. Unde propterea omnibus facti circumstantiis insimul ponderatis, præfens casus habere videbatur de indubitabili, potissimè quia ipsi principales debitores concilii veritatis nunquam in vita conquesti fuerunt, neque declarantur animum in materia usuraria præsumptum, quod potius coacti quam volentes usuras solverint, suffocationem timentes iuxta firmata, disc. 69. n. 14. & legq. par. 9. recent. cum aliis in d. Savonien. disc. 12.

Illam etiam considerabili circumstantia accedente, quod, ut in facto iustificabatur, ipsi patrum & debitores, hoc medio tempore quo huiusmodi pecunias in manibus habuerunt, ex illo rum trafficis, & negotiationibus notabile lucrum fecerant, eorumque patrimonium magnum incrementum receperant; Licet enim in materia usuraria non spectetur utilitas debitoris, sed attendatur interesse creditoris, ut supra, disc. 12. Aramen id satis conferre videtur ad effectum probandi quod gestum per debitores solvendo dictas accessiones fuerint citra suffocationem pro recognitione veritatis & bonæ fidei, ut supra, atque hæc mihi videbatur veritas.

ADNOT. AD DISC. XV. & XVI.

**A**D materiam contentorum in hoc disc. super fructibus recompenfativis ex negotiis, & mercibus, quæ continentur corpus, vel universitatem, videantur deducta sub tit. de empt. & vendit.

FULGINATEN. PECUNIARIA  
PRO CAROLO CAMILLO, ET SOCIIS  
CUM DECIO RONCALLO, EJUSQUE FILIIS.

Casus decisus per Rotam pro Roncallo, & pendet.

De eadem materia discursus præcedentis, An scilicet, & quando debeantur, seu in conventionem deduci possint fructus, vel accessiones pro pretio mercium, vel tabernæ ad terminos text. in l. curabit, C. de action. empti.

**D**ecius Roncallus possidens in Civitate Fulginatensi tabernam, seu fundacum mercium, quem Carolus Camillius, & socii exercebant tanquam ejus ministri, prævia narrativa donationis pro ipsum factæ Petro ejus filio infanti, aliisque masculis nascituris scilicet 30. mill. ad effectum investendi in tot mercibus, vendidit per publicum instrumentum præfatis sociis dictum fundacum, seu tabernam pro pretio scutorum 1800. circiter, solvendum sub expressa dilatione biennii absque aliqua fructuum, vel accessionum solutione; Eademque die, coram eisdem notario, & testibus, per apocham privatam, promissit eisdem emptoribus dare ad cambiam in termino 18. mensium scuta 12. mille ad effectum ut constitueretur negotium scutorum 30. mill. Cumque infra annum præfatum summam dedisset, partim in pecunia, & partim in mercibus, ad aliam diversam conventionem deventum est, per quam dicti socii se constituentes debitores dictæ summæ scut. 30. mill. promiserunt illam solvere infra annos 29. ac interim fructus ad rationem scutor. quinque pro centenario, cum distinctione eorum cursus, ex tunc scilicet pro rata 12. mill. pro reliquis autem 18. mill. in fine biennii, iuxta formam primi instrumenti; Præterea autem præfato Decio ad breve tempus præfatorum debitorum deteriorationem, eisque juratis suspectis, illatissime molestiis in persona, & fundaco concorditer recessum est à contractu, omnesque merces, alique fundaci effectus restituti fuerunt, remanente solum inter partes discordiam super quibusdam summis residualibus, pro quibus introducta causa coram A. C. atque ab isto relaxato mandato pro quibusdam partitis, commissa per Signaturam iustitiarum causa appellatio nis in Rota coram Cerro, cum clausula translativa, si quid exequendum, assumptaque disputatione super consueto dubio ab ipso rescripto resultante, An mandatum A. C. esset exequendum, sub die 28. Novembris 1667. relicta in suspenso tribus partitis, responsum fuit pro nunc exequendum esse pro sc. 667. Adversus quam decisionem, reassumpta per utramque partem respectivè disputatione, in bina propositione dilata fiat resolutio, quæ pendet.

In huiusmodi autem disputationibus super partitis hinc inde controversis, cum plures ex istis consisterent in nudo facto, in quo iuxta Romanæ Curie stylum, nullæ sunt Advocatorum partes, sed totum incumbit causa Patronis, idcirco de illis ego non egi; Quatenus verò pertinet ad ea, quæ sunt juris, tres erant inspectiones; Primum super usuris, seu accessionibus partitæ scut. 18. mill. pro pretio fundachi iuxta primam venditionem, an scilicet deberentur durante bienniali conventa dilacione; Secundo, super fructibus alterius partitæ scut. 12. mill. quæ iuxta dictam conventionem tradita fuerunt in pecunia, & mercibus usquequo contractus duravit; Et tertio super usuris, seu accessionibus pro utraque partita, seu earum residuo in sorte post dictum contractum dissolutum, ac negotium restitutum, unde fundacum stetit clausum.

Quoad primum scribens pro debitoribus dicebam, clarè fundacum

fundatam esse eorum intentionem super huiusmodi fructuum indebito, stante expressa dilatione per biennium, cuius casu, ubi etiam aliud dictum non esset, nulli fructus deberentur, quamvis ageretur de pretio rei fructifera, pro quo sine dubio debiti essent fructus recompenfarij ex æquitate *text. in leg. curabit, Cod. de action. empti*, de quorum bonorum iure egomet scribens pro debitoribus admittendam, huiusmodi tabernam regulandam esse juxta deducta in *Viterbien. discurs. præceden.* quoniam dilatio dicitur pars pretij, & consequenter, ubi ea concessa non est, expressè conventum de fructibus interim decurrendis, receptum est eos non deberi, quoniam censetur ab initio istud emptoris commodum, & respectivè incommodum venditoris cum ipso majori pretio compensatum esse, ut per Gabr. *conf. 157, num. 5, lib. 1. adden.* ad Gregor. *decis. 204, num. 32.* Leotar. *de usur. quest. 27, num. 31. & seqq.* apud quos concordantes; Multò magis ac extra omnem ambiguitatem dum in ipso venditionis instrumento id specificatum fuit, quod scilicet interim nulli deberentur fructus.

His tamen non obstantibus Rota fuit in contraria sententia, ex eo quod ex partibus librorum iporummet emptorum, aliisque probationibus, vel adminiculis, sufficienter constare videretur, quod ad quemdam exuberantem cautelam ita in instrumento specificatum esset, revera tamen de eisdem fructibus interim solvendis ad dictam rationem quinque pro centenarij conventum esset, unde cum rejectis aliorum præsertim Moralium dubitationibus, in foro omnino receptum ac absolutum sit, etiam in casu expressæ dilationis conventionalis de huiusmodi fructibus posse conveniri ex his, quæ in tot aliis causis hoc eodem titulo habentur, idcirco dictum fuit non curandum esse de cortice & figura verborum, dum constet de substantia veritatis ut in decisione desuper edita.

In repositione autem causæ adversus decisionem, non impugnabam veritatem huius assumpti in abstracto, dicebam tamen in concreto resolutionem non subsistere ex duplici motivo, uno ordinis, & altero justitiæ; Ordinis etenim, quoniam in Rota strictè disputabatur de exequutione mandati, quod in processu executivo in vim obligationis Cameralis creditor obtinuerat ad normam instrumenti dictam obligationem continentis, unde cum in dicto instrumento dicti fructus essent expressè remissi, idcirco in subsistentia mandati erat omnino plana, quamvis attenta justitia idem fructus in vim præfatam aliarum probationum deberentur, cum istarum vigore in iudicio ordinario peri debuerint, atque inspecta etiam sola veritate, motivum erat solidum, sed quia concernebat solum ordinem, seu exceptionem dilatoriam, hinc propterea pro meo stylo & genio, parum, seu lenè in eo insisterem.

Et quoad justitiam cum in eisdem libris, ex quibus actor, asserens amississe apocam, dictam probationem deducebat, insinuaretur dictos fructus solvendos esse pro cambiis, ita limitatis; Dicebam quod nisi creditor doceret de spacciis, seu justificatione cambiorum realium ad formam constitutionis 18. Pii V. nihil prætendi poterat, quamvis ageretur de pretio rei fructifera, pro quo alias debiti essent fructus recompenfarij ad normam *d. text. in l. curabit*, quia si pretium transfunditur in diversum contractum, puta cambium, vel census, ratione implicitæ solutionis sub tali novatione subintellectæ, extincta dicitur prima causa debendi, solumque attenditur altera, qua non justificata cum suis requisitis, nullæ accessiones debentur, ut per Surd. *conf. 269, num. 18.* Soccin. *conf. 139, circa fin. lib. 2.* Cyriac. *controverf. 252, n. 52.* Testai *alleg. 16, nu. 36.* Leotar. *de usur. dict. qu. 27, num. fin.*

Verum quamvis dicta conclusio pariter abstractè esset vera, adhuc difficultas erat in applicatione, ob defectum verificationis dictæ formalis novationis, seu transfusionis in diversam causam contractus, cum id solum deduceretur ex illo verbo pro cambiis, quod est æquivocum, quoniam inter negociantes huiusmodi fructus, seu accessiones sub hoc vocabulo quandoque explicari solent, etiam extra verum contractum cambii, unde propterea nisi per debitores bene doceretur de novatione, seu formali transfusione, inspecta veritate, credebam istam partitam deberi, quandoque solum gravamen consisteret in ordine iudicii, & incompetentia processus executivi.

Quo vero ad alteram partitam fructuum pro reliquis scutis 12. mill. datis in pecunia & mercibus ad complementum capitalis scutorum 30. mill. Dicebam huiusmodi conventionem nullo pacto subineri posse, cum istud creditum imporet clarum, ac expressum mutuum pecuniarium, pro quo ab-

solutum est, non dato titulo justificativo interesse lucri casantis, vel damni emergentis, nullas accessiones circa usuram posse in conventionem deduci, cum in hac paritè non caderet ratio, quæ ob aviammentum, sive quod in contractum locationis, & conditionis deduci possit militat in taberna, seu mercimonio quod consideretur tanquam universitas juxta distinctionem, de qua in *Viterbien. dec. præced. ac in decisionibus in ea causa editis coram Celso*, inter suas *dec. 277. & 291.* non impugnatis in alijs subsequentijs, coram *Albercato & Verolpio*.

Et quamvis in *hujus causa dec. s. fin.* pro fundamento dictorum fructuum ponderetur motivum corresponsivitatis, quod scilicet conventio mutui d. scut. 12. mill. licet per scripturam separatam, nihilominus sequuta sit contexturaliter eadem die, coram eisdem notario & testibus, & cum intentione constituendi unum capitale, seu negotium scutor. 30. mill. cuius pars integralis esset etiam ista summa; Atque quoad corresponsivitatem ego crederem quod decisio bene diceret; Attamen fallacia consistere videbatur in applicatione, seu in consequentia exinde deducta; Stant enim bene simul partes habuisse hoc in animo agendi utrumque contractum, emptoris scilicet & venditionis fundachi pro pretio scut. 18. mill. & mutui scut. 12. mill. pro constituendo negotio scut. 30. mill. ita ut unus sine altero gestus non esset; Non inde tamen resultatè videtur, ut pecunia data sub nomine & contractu mutui, transfundatur in pretium rei fructifera venditæ, dum iste contractus ex defectu subjecti, seu requisitorum substantialium non est verificabilis; Dando in hoc practicum exemplum.

Si enim quis emere velit fundum, seu prædium intentione tamen illud meliorandi, seu animalibus aliisque industriis instruendi, unde propterea cupit obtinere à venditore aliquam summam pecuniariam ad effectum id adimplendi, atque ita constituendi dictum prædium majoris valoris, majorisque fructus, utique istud mutuum erit corresponsivum ad emptorem & venditionem, non inde tamen resultat, quod dicatur pretium fundi fructiferi, neque circa hoc in decisione, vel per scribentes in contrarium adducebatur autoritas, vel ratio quæ captivaret intellectum; nam etiam in casu *d. Viterbien. disc. præc.* ac in decisionibus in ea editis, præsertim *coram Celso* agebatur de majori corresponsivitate, quominò de unitate contractus continentis bona fructifera & infructifera, & tamen dicitur fructus, seu accessiones percipi solum posse pro rata fructiferorum, non autem aliorum sterilium, quamvis esset unicus actus, multò magis in præsentij; Credebant aliqui ex DD. idem quod motivatum fuit in *Viterbien. transactionis 4. Julij 1663. coram Taja, de qua d. disc. præc.* quod scilicet respectu istius ratæ non intraret termini *text. in l. curabit*, sed illi contractus trini, seu termini *textum in cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor.* sed in contrarium ego ponderabam eadem, quæ habentur, *dict. discurs. præced. & in Firmana discurs. 1.* Non obstantè quod ex huiusmodi pecuniis & mercibus negotium impinguantibus ipsi mutuatarij lucrum, ac utilitatem reportarent, ex recepto principio, de quo locis citatis, quod scilicet in materia usuraria non spectatur quid intersit mutuatarij, sed solum interesse mutuantis, vel contra, & sic non videbatur adesse probabile motivum, cui d. resolutio quoad istas accessiones inniteretur.

Adhuc tamen reflectendo ad veritatem, difficultatem mihi inferebat illa circumstantia in decisione, ac per scribentes in contrarium non ponderata, quod hæc summa ex donatione facta per patrem filiis infantibus destinata esset ad perficiendum, seu constituendum dictum capitale scut. 30. mill. fructiferum, unde dici posset pecunia destinata in emptionem, seu investimentum, verisimiliter producturum hunc fructum, ut potè moderatum, & responderent fructibus, qui ex stabilibus, vel censibus, aut locis montium verisimiliter obtineri potuissent; Et consequenter quod licet inter mutuantem & mutuatarium conveniri potuerit de illo interesse, quod mutuator ita patitur in amissione illius utilitatis, quam alias ex investimento pecuniæ reportaturus fuisset, negligendo aliud investimentum in gratiam mutuatarij, quia debet quidem mutuum esse gratuitum, atque officij causa præstari, sed conveniri esse damnosum, ut alijs relatis habetur apud Leotar. *de usur. q. 72, n. 4. & cum seqq.* & sæpe alibi hoc fit.

Potissimè quia contractus gerebatur ex parte creditoris, non per ipsum, sed per ipsius infantis legitimum administratorem, atque in debitoribus sui mutuatariis non cadebat ratio indigentia, & suffocationis, dum id voluntariè fiebat ad industriam, ac longè majorem utilitatem ab eis verisimiliter spera-

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Ubi creatur census ex pretio rei fructifera non servatur forma Bullæ Pii, debentur tamen fructus ad ratam fructum ipsius rei venditæ.*
- 3 *Quando denegatur sanatio census etiam si confectus de vero credito.*
- 4 *Quod in Regno Neapolitano servari debeat forma Bullæ Pii V.*
- 5 *Distinguantur puncti, seu capita questionis.*
- 6 *Damna & interesse in censu nulliter creato sunt ad eandem rationem fructuum qui conveniti erant.*
- 7 *De differentia inter fructus census & damna & interesse, quamvis ad eandem rationem, & de effectibus exinde resultantibus.*
- 8 *Quando imponitur census super re aliena, vel incapaci debentur fructus ad eandem rationem tanquam damna & interesse.*
- 9 *Idem uni census est invalidus ob inhabilitatem persona impostoris.*
- 10 *Quid ubi nullitas provenit ex defectu forma.*
- 11 *Declarantur conclusiones, de quibus n. 8. & 9.*
- 12 *licitum est ab initio pro quocumque credito pecuniario pacisci de interesse, etiam illud taxando ad certam summam.*
- 13 *Pro pretio rei venditæ possunt conveniri fructus, vel redditi etiam ad majorem rationem quam ipsa res fructet.*
- 14 *Declaratur conclusio, de qua, n. 12.*
- 15 *Declaratur conclusio, de qua, n. 13.*
- 16 *Ubi pretium rei fructifera convertitur in alium contractum si istius requisita non concurrunt, pro cursu fructuum nulli debentur.*
- 17 *Declaratur quando id pro cedat.*
- 18 *De differentia inter censum & cambium, vel conventionem de interesse.*
- 19 *De probatione exactionis usurarum ad effectum repetitionis, vel imputationis respectivæ.*
- 20 *Rusticitas, vel sexus, aut minor aetas an excuset in materia usuraria, distinguuntur.*
- 21 *Ignorantia juris dubij assimilatur ignorantia facti, & excusat.*
- 22 *Quando creditor excusetur exigendo fructus recompenfarios in excessu.*

D I S C. XVII.

speratam, unde propterea, licet singulæ juris conclusiones singulariter consideratæ, juxta opinionem, quas tenet Curia, rigorosè assiderent debitoribus. Attamen inspecta tota facti serie, ac massa, omnibusque infimul consideratis stante præsertim moderatione dd. accessionum, ut supra, quædam non scripta æquitas ad favorem creditoris contrarium suadere videbatur, quæ tamen de stricto jure non procedit, dum pupilli & minores in hoc non sunt privilegiati, & aliud est agere in damnum ipsius ad administratoris, de quo in *d. Viterbien.* aliud verò cum tertio.

De tertio puncto cursus scilicet dd. fructuum, seu accessionum pro dictis paribus, vel eorum altera, post sequentem restitutionem fundachi & mercium, istaque lite pendente, non agitur in decisione, sed deductum fuit in posterioribus disputationibus occasione illius revisionis, seu reservatorum; In hoc autem scribentes pro creditore dicebant, quod licet fundachus fuerit clausus & dissolutus, unde propterea nullos fructus produxerit, nihilominus cum id proveniret facta & culpa ipsius debitoris, ob cuius defectum non percipiuntur illi fructus, quos alias res vendita de sui natura produxisset, tunc haberi debeant pro perceptis in odium non percipientis, Cagnol. *in eadem l. curabit, num. 35.* Socc. Marta, Lupus, Surd. & ceteri apud Leotar. *quest. 27, num. 44.* & supponitur *dec. 564, num. 1. p. 1. rec.* ubi de cessatione, vel diminutione fructuum alias quam ex facto & culpa emptoris, & cum eodem sensu processum fuit in *Baren. Censu coram Verolpio & Bourlemont ut infra, disc. seq.* cum alijs plene collectis in hac materia per Sperell. *dec. 118.* super denegando, vel diminuendo cursu huiusmodi fructuum recompenfatorum ob rei sterilitatem. Omnes enim procedunt cum præsupposito quod res vendita ex aliquo accidentali & casu sterili, vel minus fructifera facta sit. Et cum eodem sensu procedunt omnes in proposito contractus census, quoties fundus censitus reddat sterili, vel minus fructifer & capax; atque revera est principium certum, scripto ac naturali juri innixum; Si enim fundus ex sui natura sit aptus fructus producere, possessor autem negligit illum colere, aliæque necessaria gerere pro eorumdem fructuum productione, & perceptione; sive domum locari solitam negligat locare, seu percipere ac habitabilem reddere, tunc absque dubio id cedere non debet in damnum venditoris, & creditoris pretij respectivè. Ideoque non negabam conclusionem, sed bene impugnabam applicationem ad factum, dum fundachi clausura non pervenerat ex electione ac facto merè voluntario, & de directo culposo debitorum, ita ut dici posset quod esset culpa ordinata ad casum, de quo etiam culposus de jure tenetur, sed potius id proveniret ex facto ipsius creditoris, qui concepta suspitione debitoribus, eorumque deterioratione, eos jurando suspectos, populi in fuga & causavit fundachi clausuram; Undè quando etiam suspicio habuisset probabile fundamentum, ponderabam id suffragari posse ad effectum excludendi ipsius creditoris dolum, seu culpam, ita ut dici non posset culposus, & consequenter aliàs erga debitores obligatus ad damna & interesse, sed non per hoc è converso sequitur quod ipsi debitores dici possent positivè culposi, ita ut intraret dicta conclusio, quam reflectendo ad solam veritatem, credebam ex facti circumstantiis incongruè applicari ad casum. Ideoque pro hoc tempore, videbatur improbabile esse huiusmodi fructuum, seu accessionum prætensionem.

B A R E N. C E N S U S. PRO MARINO DE CORDE CUM JACOBO SALUTIO.

Causa variè decisus per Rotam, ut infra.

De eadem materia fructuum recompenfatorum pro pretio rei venditæ ad terminos *text. in l. curabit, C. de action. empti.* Et quatenus illi sint regulariter debiti, quia de pretio rei fructifera exigantur, attamen ad majorem taxam, seu rationem, quam ipsius rei fructus importent, An & quando intret imputatio in sortem, eaque extincta etiam repetitio indebitè soluti. Et de differentia imputationis & repetitionis indebiti, & an in hoc bona fides creditoris, seu iusta credulitas excuset, & quid si pro pretio constituatur census, sed nulliter, an debeantur fructus tanquam damna & interesse, & ad quam rationem.

Cum Joseph Salutus Biruntinus in pupillari ætate constitutus possideret in Civitate Barii quandam domum ex successione forsan patris, qui prius Episcopus Morulensis fuit, deinde Prior illius fatis insignis Collegiate, ac Regalis Ecclesiæ S. Nicolai, ejus tutor de anno 1629. illam vendidit Cesari de Corde pro scut. 3000. ex quibus prompè solutis mille, & pro reliquis bis mille imposuit censum super eadem domo ad rationem sex pro centenarij, atque solutis, tam à primo emptore, quam à Martino ejus hærede fructibus usque ad annum circiter 1564. ex tunc denegata solutione iudicium instituit coram Ordinario super nullitate dicti census, super qua sententiam reportavit, declarantem fructus solutos extenuasse sortem principalem, quæ sententia in gradu appellationis confirmata fuit per A. C. Undè introducta causa in Rota *coram Verolpio, sub die 15. Junij 1661.* pro eodem Martino responsum fuit, super dicti census nullitate, ob non servatam formam pecuniæ numeratæ à Bulla Pii V. in censibus præscriptam; Verum dictum fuit deberi fructus recompenfarios ad terminos *textus in l. curabit, Cod. de action. empti*, juxta taxam legalem desumptam ex *vulgari gloss. in aub. perpetua, C. de Sacros. Eccles.* ad rationem quinque pro centenarij. Sed obtemperata per Martinum remissoria, factisque probationibus, quod dicta domus locari solita esset pro pensione, quæ habita proportione ad dictum pretium constitueret fructum ad rationem trium pro centenarij, idcirco reposita causa, *sub die 4. Julij 1664.* responsum fuit ad istam solam rationem dicto fructus calculandos esse, juxta quem calculum, *sub die 23. Junij 1664. coram eodem Verolpio* dictum fuit ex fructibus excessivè solutis, sortem extinctam remanere, atque debitori jus competere repetendi scutos 500. excessivè solutos, denegata etiam per alteram decisionem eadem *die 23. Junij 1664. coram eodem Verolpio.* præfati census sanatione concessa per Signaturam Gratiæ cum clausula, *arbitrio*, quod dictum fuit non intrare stantibus dictis sententiis ab-





derantur, sub tit. de cambiis in Rom. pecuniaria, seu cambio- rum pro Beneficiis, disc. 7. ac etiam alibi hoc ut.

illa etiam consideratione accedente, quod ratio ob quam per Rotam & Curiam magis recepta est opinio; ut usura indebita, quamvis voluntarie soluta imputentur ipso iure; non autem reperantur per viam repetitionis indebiti, consistit in eo quod censetur debitorem, ita magis coactè quam voluntarie solvisse ob formidatam suffocationem ad restituendam sortem. Ac etiam quia ita censetur voluisse magis commode debito sortis cum diminutis solutionibus se exonerare, ut plene decif. 69. par. 9. rec. qua reputatur in Curia magistralis, cum aliis in d. Savonen. dist. 12. Et aliis hoc tit. Sed hæc non videbantur ad rem congruè applicabilia, quoniam stante communi opinione, ac uti saltem de facto, quod isti contractus in Regno substatineantur, ita non videbatur dici posse debitorem habuisse lunc animum, dum contractus opinionis Curia ignatus erat, atque ob irreperibilitatem sortis in sensu habere non poterat dictum timorem suffocationis; Verùm quamvis hæc aliquam probabilitatem habere viderentur, adhuc tamen probabilijus videtur immorari in dicto rigore ad expirandam radicem dicti abusus.

ADNOT. AD DISC. XVII.

Post scripta in hoc disc. prodiit in causâ decisio moderatioris rigoris à me quoque improbatâ super usuris solutis minori, quæ habentur impressa dec. 528. p. 14. rec. Et de usuris papillaribus coherentis per tutorem cum debitore pupilli infra, disc. 41.

LUCANA.

Responsum pro veritate suppressis nominibus.

AN & quando fructus, vel usurae conventæ pendente solutione pretii rei fructiferae, possunt excedere ipsius rei fructus. Et quid ubi de tempore conventionis adæquarent, sed postea accidentaliter ipsius rei fructus diminuti sunt.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Ex quibus pendeat resolutio controversia.
- 3 De conventionis excedente rei fructus absque usura.
- 4 Reprobatur opinio Baldi, ut usurae pretii excedere possint fructus ipsius rei vendita.
- 5 De opinione quod neque ad ratam fructuum rei vendita in casu expressæ dilationis accessiones debeantur.
- 6 De substituta taxa conventionali, & an illa possit excedere taxam legalem quinquæ pro centenario.
- 7 Quid ubi pretium convertitur in contractum census, seu annuæ redditus.
- 8 Potest pacisci de interesse lucri cessantis, vel damni emergentis etiam ultra meram fructuum ipsius rei.
- 9 Fructus dotis possunt esse majores, vel minores taxa statutaria, si plus, vel minus interest remissive.
- 10 Quomodo intelligenda & practicanda sit conclusio, de qua n. 8.
- 11 Industria & negotiationes sunt periculosa, & habent lucrum incertum.
- 12 Tutores, vel administratores non possunt pecunias pupillares negotiationibus exponere.
- 13 Si conventio fructuum pretii de tempore contractus sit justa & proportionata fructibus rei, quid dicendum si fructus rei minuantur.

DISC. XVIII.

Acta venditione domus de anno 1641. pro scutis 1600. sub conventionis solutionis annuæ præstationis ad rationem sex pro centenario pendente solutione pretii, cum de anno 1648. ob quandam in solitam mortalitatem, quæ pupuli notabilem diminutionem causavit, pensiones domorum essent satis diminutæ, adhuc tamen emptor plurium annorum spatio continuasset in spontanea dictæ præstationis solutione; Hinc prætere deinde cepit, imputari debere in sortem totum id quod in excessu singuli annis solutum fuerat, atque de super suppressis nominibus, & sic incertus, an ex parte creditoris, vel debitoris, pro veritate consultus.

Respondi questionis decisionem nimium pendere ab eo, an Bulla Pii V. super forma creandi census, in loco usu recepta sit necne circa formam pecunie numerata; Sive an circa interesse lucri cessantis, vel damni emergentis præcederetur

cum rigorosis Curia Romane opinionibus circa necessitatem probandi specialiter requisita lucri cessantis posita per Castrensem in l. 3. ff. de eo quod certo loco, vel potius illarumque notoria habeantur pro probatis, juxta Regnicolarum, ac aliorum Hispanorum opinionem; Cumque de his esset incertus, Idcirco tradendam censui theoreticam generalem inspecto tempore contractus, & subsequenti non accidentalî, ad effectum ut juxta opiniones, cum quibus in loco viveretur, congrua applicatio fieri posset, agendo deinde de tempore accidentali ut infra.

Dicebam igitur pro clara, & distincta hujus materiæ notitia, tollendisque illis æquivocis, cum quibus procedere solent aliqui insimul committentes doctrinas, quæ diversos casus percutiunt, ac propterea se involventes, ut præsertim facere videtur Cæleval. infra allegandus; Observandum esse quod hujusmodi conventiones super certa annua præstatione per emptorem venditori solvenda loco pretii, juxta quatuor species in conventionem deduci solent, vel possunt; Quatuor prima est, à casu tamen questionis extranea, ubi nullo convento certo pretio, nullaque accedente conventionis redemptionis ad certam rationem, undè pretii in sorte certitudo resultet, quis concedat alteri rem fructiferam sub annua præstatione excedere ipsius rei fructus; Et tunc non intrant termini emptionis, & venditionis, in qua unum ex tribus substantialibus requisitis est pretium certum. Sed potius dicitur contractus censualis in sensu reservativo, sive licyllarius, aut perpetuæ locationis, quo casu non intrat materia usuraria, dum nullum intercedit mutuum verum, vel interpretativum, sine quo usura non datur, sed solum intrant termini lesionis, seu injustitiæ relucendæ ad justitiam, juxta ea quæ bene in hac materia discurrit doctus Leotar. de usuris qu. 41. quod ita obiter ad casus distinguendos insinuatam, non examinando veritatem, ut potest extra casum questionis cadentis solum in contractu emptionis, & venditionis sub certo pretio, cujus solutionis dilatio data sit, cum ita inesse dicatur mutuum interpretativum, sine quo ut supra non datur.

Secunda contrahendi species est, ubi agitur de emptione, & venditione pro certo pretio, cujus solutione pendente, simpliciter conveniatur de usuris, vel accessionibus alio non expresso; Et tunc quamvis Bald. in leg. 2. nu. 3. Cod. de usuris credat, etiam pro re sterili, seu minore fructum reddente majores accessiones pendente solutione pretii in stipulationem deduci posse, quia non dicitur debitori propterea fructus, sed propter emptoris perfidiam in non solvendo promissa, & sequuntur alii relati per Sperell. dec. 118. nu. 67. At tamen hæc opinio in isto simplicî casu, ut potest omni fundamento destituta, videtur magis communiter rejecta etiam in sensu Decii, Ruini, Parisi, Covar. & aliorum, de quibus infra in tertia & quarta contrahendi specie, per ceteris relatis Leotar. de usuris, quest. 27. num. 35. & seq. Cæleval. de iudicis, tom. 2. disp. 8. sect. 5. fol. 199. & seqq. (ubi tamen non distinguendo species conventionum nimium se involvit) Sperell. dicta dec. 118. num. 68. cum seqq. atque hanc opinionem constantem & perpetuam tenuit Rota, præsertim dec. 453. par. 4. rec. tom. 2. ubi in specie examinatur, & rejicitur dicta doctrina Baldi, & fatis frequentes in aliis; præsertim in Baren. census 16. Junii 1661. coram Verospio, de qua disc. præcedenti, ut scilicet ex pretio rei sterili nulla accessiones conveniri, vel exigi possint, pro illo verò rei fructifera non nisi ad rationem fructuum, quos ipsa res producit, potius ex æquitate textus in l. curabit, C. de action. empti, quam ex partium conventionis, quoniam alias esset recipere accessiones ex pecunia de sui natura sterili rationis dilationis & temporis, tanquam ex mutuo interpretativo, & haberetur in Romana, seu Massan. pretii minorum, sub tit. de Reg. disc. 81.

Adeoque strictè isto casu proceditur, quod aliqui Morales in hac materia nimium rigorosi censes, ex dicta ratione mutui interpretativi admixti cum dilacione conventionali, crediderunt, quod in casu expressæ dilationis, quoribus rei dominium perfectè in emptorem translatum est, nihil debeatur, etiam ad mensuram fructuum, stante quod venditor, & respectivè creditor non subjacet ipsius rei periculo, quod est dominii sequela connexa cum altera sequela fructuum, undè propterea una sine altera danda non sit. Et consequenter quod in istis contractibus mutui interpretativi producentis accessiones ratione dilationis, undè credunt procedendum esse per viam locationis & conductionis durante solutione pretii, cum tunc rei periculum sit venditoris, seu creditoris; Sed quidquid sit de ista opinione in foro interno, de quo juxta sapius protestata, forensium partes non

non sunt agendi: in foro tamen externo receptum, ac hodie omnino absolutum, est hujusmodi conventiones licitas & validas esse, quoniam tales accessiones non dicitur luvrativæ tanquam fructus pecunie, sed potius recompensativæ illius damni, quod venditor patitur in amissione fructuum, quos alias ex re propria percepisset, ut bene discurrit Leotar, dicta q. 27. Sperell. dicta dec. 118. num. 2. cum seqq. ubi latè se diffusit in hac materia l. curabit, & dec. 119. ubi disputat formiter, ac patet ex tot decisionibus & autoritatibus deductis in aliis discursibus hoc titulo ad istam materiam l. curabit.

Undè propterea questiones isto casu solent esse magis facti quam juris, super probatione scilicet quantitatis fructuum, quos ipsa res producere potuisset, atque de sui natura esse apta & nata producere, ad effectum inspicendi, ac taxa conventionalis esse eis proportionata necne. Licet enim Rota & Curia passim sequantur in materia taxarionis fructuum vulgarem gloss. in aqua. perpetua, C. de sac. Eccl. super quantitate adæquante sortem spatio 20. annorum. Et sic ad rationem quinquæ pro centenario, ut in his specialibus terminis advertitur in dicta Baren. census 16. Junii 1661. coram Verospio cum aliis per Sperell. dicta dec. 118. num. 59. & seqq. Nihilominus omnino verius est, istam dici taxam legalem & præsumptivam; attendendam solum in dubio, & ubi nulla partium conventio accedit, contraria tamen probatio elidibilem. Secus autem taxa conventionali accedente, quoniam licet ista quoque ex contraria probatione de injustitia, vel excessu convinci possit, nihilominus non probato contrario, præsumptio est pro justitia conventionis, ut de taxa conventionali pro pretio domus venditæ ad rationem 6. pro centenario etiam in Urbe habetur in Romana multiplici 18. Martii 1654. coram Agellio. Et de majori taxa ad rationem septem habetur in Baren. Salviani 10. Jun. 1652. & 24. Martii 1653. coram Michio, & advertitur infra in Neapolitana discurs. 21. ex duplici ratione ibi ponderata; Una quod non implicat rem majorem fructuumque quam ad dictam taxam legalem producere possit, ideoque stante possibilitate, præsumptio assitit conventioi in exclusionem lesionis, & injustitiæ; Et altera, quia cum dati possit conventio intra dimidium justî pretii, possunt stare simul, quod arctato verò, & interinetæ valore, fructus non excedant dictam taxam, & tamen quod sint longè majores habita proportionem ad diminutum pretium in contractum deductum, quoniam si res juxta proprium & intrinsecum valorem (exempli gratia) valet mille, & consequenter ejus fructus juxta dictam legalem præsumptionem importat 50. si vendatur pro 600., vel 700. ita dictus fructus importat 50. reparitur pro 600., vel 700. ita dictus fructus importat 70. vel 80. pro centenario; Ac etiam, quia ipsa major, ac excessiva fructuum taxa fieri poterit respectivè ad diminutionem pretii in sorte, & tanquam illius pars, undè propterea sine extrinsecis probationibus hujusmodi conventiones non videntur de excessu redarguendæ, ut d. disc. 21.

Tertia contrahendi species est, ubi pretium non remanet in simplicibus terminis pretii, cujus solutione pendente accessiones debeantur ei eodem contractu emptionis, sed expressè convertitur in alium contractum censum consignatum, quem Hispani appellant annuum reddituum, atque Hispani (ut in omnibus) immitando, ita quoque nunc appellant Neapolitani, & hic est propriè casus, de quo agunt Covarr. lib. 3. variar. cap. 4. nu. 6. Mantec. de reat. lib. 4. tit. 24. q. 27. & ceteri, cum quibus pertranseunt Galeot. lib. 1. contr. 61. nu. 48. cum seqq. & Merlin. lib. 2. contr. 61. nu. 23. & seqq. cum seqq. firmantes hunc redditum non subjacere proportioni fructuum juxta terminos rextus in dicta l. curabit, quia in effectu non sunt fructus, vel accessiones pretii rei venditæ, sed sunt fructus novi & diversî contractus censuales, quos juxta Bullam Nicolai V. prohibitum non est convenire usque ad decem pro centenatio. Et isto casu, retenta opinione, cum qua procedunt Regniculæ sæculares, ac etiam Hispani, quod Bulla Pii V. super forma creandi census in pecunia numerata non sit usu recepta, atque procedendo cum solis terminis juris communiis, vel antiquarum Constitutionum Apostolicarum, dictoque præsupposito tenore, bene loquuntur, secus autem arctata d. Bulla, ut in Baren. disc. præced. Ideoque insinuaui, quod quatenus per hanc contrahendi speciem processum esset, controversiæ decisio penderet à d. puncto, an d. Bulla Pii in loco esset usu recepta necne, ut ubi non est recepta, conventio substatineatur, secus è contra.

Quarta demum contrahendi species est, ubi dominus & possessor rei sterili, vel parum fructiferae, ad majorem utili-

tatem reportandam ex pretio investiendo in occasiones fructiferas, seu in id, quod magis expedire credat, ipsam rem vendit, sed pretium incontinenti obtinere non potest in destinatione investimentum erogandum. Et tunc licet absque dubio conveniri potest de eo quod interest, quamvis ipius rei fructus longè excedat, quoniam tunc non dicitur stipulatio super fructibus recompensativis ad normam rextus in l. curabit, sed super damnis & interesse, de quibus, verè concurrentibus, etiam mutuator pecunie & in puro, ac expresso mutuo stipulati potest, ut bene istos casus, seu terminos distinguendo advertunt Dec. in cap. Venerabilis numer. 14. de excepti. Ruin. conf. 73. numer. 4. & 6. lib. 2. Paris. conf. 60. num. 28. & seqq. lib. 1. de Marin. resol. 20. num. 5. lib. 2. Galeot. dicta contr. 61. numer. 22. & seqq. Merlin. dicta contr. 60. lib. 2. numer. 21. & seqq. Stabian. de interesse, lib. 2. tit. 9. numer. 122. cum seqq. Leotar. dicta quest. 27. numer. 22. & 61. cum seqq. Et in specie justram controversiæ ejusdem Civitatis Lucensis firmat Dec. conf. 111. numer. 14. & per tot. ut scilicet etiam pro pretio mercium, ac rerum de sui natura sterili liceat per mercatorem & negotiati pacisci de certo interesse etiam ad rationem 12. pro centenario, si constet tanti interesse, quod deducit occasione disputandi questionem, an liceat vendere mercies carioci pretio propter dilacionem ad solvendum pretium, atque ut vulgo dicimus, ad credentiam, & habemus in omni materia, præsertim dotali, ut in sua sede, sub tit. de dote, quo licet ad sit statutum, vel consuetudo taxans fructus dotis constante matrimonio debitos ad terminos rexti. in cap. salubriter de usuris, at tamen si extrinsecus constat viti ob retardatam solutionem plus interesse, illud debetur, atque in conventionem deduci potest. Et è contra, si constat interesse minus tunc, taxa statutaria minuitur; Ut è g. in Urbe usurae dotales taxatæ sunt per statutum ad septem cum dimidio pro centenario, sed si constituitur dos in specie, puta stabilibus, vel locis montium, vel etiam in quantitate, quæ ex conventionem illicò in stabilia, vel loca montium investienda sit, tunc retardata consignatione, vel solutione, aliud præterendi non potest, nisi id quod interest id sequutum esse, & sic ad ratam fructuum dd. specierum, vel investimentum, cum interesse dicatur fictio suppletur veritate, quam excedere non potest, nec debet.

Æquivocum autem plurimum in ista conclusionem, seu principio ita generaliter & abstractè verissimo, consistit in applicatione, an scilicet postralicita conventionem, requiratur necne specialis extrinsecæ justificatio, quod revera tanti interest, vel potius sufficiat sola partium conventio. Atque in hoc distrepant Regniculæ & ceteri ab opinione Rote, & Curia Romane, quæ omnino verior videatur, discretè tamen, non autem ad literam praticanda. Quoniam, ut alias insinuatum est hoc eodem titulo, si sola partium conventio, ac respectivè assertio, sufficeret, actum esset de usura neque daretur casus; in quo illa verificabilis esset, cum suffocari debitores, magis invitari quam volentes, pacisci, ac lateri solent rotum id, quod depravatis foneratoibus ad coonestandas usuras videatur, & placeat.

Ideoque deducendo rem ad proximam; Aut agitur de interesse damni emergentis, quia nempe habens quis rem sterilem, vel parum fructiferam, intendat ex ejus pretio extinguere census, vel alia debita usuraria, quibus subjacet, & tunc omnino planum est hoc interesse per emptorem absque alia justificatione deberi juxta casum, de quo in Semen. disc. seq. & in Astina discurs. 20. quoniam ut habetur supra in alia Astina discurs. 14. etiam juxta magis rigorosam opinionem Rote & Curia, sufficiunt existentia ipsius damni, & declaratio animi creditoris convertendi pecuniam debitam in hujus damni reparandum, ac debiti usurarii extinctionem, cum sola dubitatio cadit, ubi non concutitur animi declaratio.

Aut agitur de altero interesse lucri cessantis. Et tunc si pretium destinatum est in occasiones fructiferas certas, quæ omnino certum & determinatum fructum habeant, ut sunt loca montium, quorum occasio semper prompta & notoria est, cum solo spatio ad summam aliquorum dierum pro parandis diligentiis, & pariter planum videtur conventioni absque alia justificatione defendendum esse; Aut in alias occasiones, quarum fructus in substantia sit certus, sed incerta sit quantitas, ut est in bonis stabilibus, vel censibus, quorum occasio non ita prompta & certa reputatur. Et tunc licet pragmatici in Curia desiderare videantur probationem specialem certa & prompta occasiois, ita ad literam & judicè intelligendo traditionem Castren. in l. 3. ff. de eo quod certo loco. Nihilominus verius semper credidi, ac etiam

apud doctos & sentatos iudices admitti practicare, inspicandum esse, an partium taxa esset verisimilis neque, juxta illas occasiones fructus moderati, quæ deficere non solent.

Tunc enim legale simplicitatem credidi illam opinantem, ad hunc effectum necessarium esse illam cautelam, quæ frequentius adhiberi solet, habendi attestacionem proxenetarum, quod prompta adesset occasio, quoniam ita esset reduce- re usuram ad formalitates, dum simplex attestatio proxeneta, quæ ad complacentiam requirentis, vel pro mercede unius scilicet fieret, redderet licitas illas usuras, quæ aliàs essent il- licitæ, ideoque substantia verisimilis voluntatis magis at- tendenda est, potissimè ubi non agitur ad effectum interesse, quod de jure creditor à moroso debitore absque alia con- veptione asequi velit, sed ad justificandum taxam conven- tionalem.

Aur demum venditor se non restringit ad hujusmodi investmenta, quæ forte in animo non habeat, sed sub generalia assertione fieri solita, quod non est solitus tenere pecunias otiosa, quodque intendat istas traficis & negotia- tionibus exponere, conveniat de interesse lucri cessantis, & tunc omnino verior videtur opinio, quam tenet Curia, ut requi- ratur extrinseca specialis justificatio juxta decif. 118. Ubaldi, & sapius in aliis hoc eadem est. Et è converso dampnanda est opinio aliquorum Regnicolarum & aliorum, quoniam ut bene etiam advertit unus ex ipsismet Regnicolis, vel Hinc Regival. de iud. tom. 2. disp. 8. sect. 6. num. 103. industria & negotiaciones non semper sunt lucrosæ, neque lucrum est certum, cum frequenter damnum, atque ipsius sortis prin- cipalis actum, vel diminutionem causare soleant; Et ex quæ ratione in jure dispositum habemus, tutoribus, vel aliis legalibus administratores interdictionem esse pecunias pupi- lares hujusmodi negotiacionibus exponere ex plene deductis per Magon. decifion. Florentin. i. Sperelli. decifion. 90. Ho- diern. controver. 22. & passim; Ideoque non videtur quo- modo unquam ista conventio certi & determinati lucri in summa certa, & uniformi, citra usuram absque alia justi- ficatione subliteri possit, nisi quando congrue daretur con- currensurium contractuum, & illius duplicis assecurationis sortis, & fructuum, de qua in Firmana, dif. 1. quod tamen, ut ibi advertitur, nimium difficile est, ut ad praxim deduci valeat.

Hæc discutebam in genere, attento tempore conven- tionis, ac rebus in eo statu permanentibus; Pro succedente autem tempore accidentali, in quo ipsius rei fructus, ita no- tabiliter dimini nuti erant, non ad breve tempus, sed cum lon- go tractu successivo, ponderabam quod quidquid esset in casu primæ formæ contrahendi ut supra per viam livelli, vel censurationis, quod non respicit materiam usurariam, sed potius illam injustitiæ & læsionis, & de quo in sua sede sua tit. de emphyteusi; Quoties adest certum prærium, cujus di- lati ratione inesse potest ut supra mutuum verum, vel inter- pretativum, adhuc procedendum est cum eadem distinctio- ne dictarum quatuor specierum, seu formularum contra- hendi; Si enim esset juxta secundam speciem supra exempli- ficatam, per vendendi scilicet in simplicibus terminis em- ptionis, & venditionis, & successivè in terminis rextus in d. 1. curabit, tunc quia isti fructus recompenlativi dicuntur imago, vel facta suppletio veritatis, excedere non possunt id quod ipsius rei fructus veri importat ut supra; Aur juxta tertiam speciem, per viam scilicet transusionis pretii in di- versum contractum censualem, & tunc posito quod contra- ctus esset validus, quia nempè Bulla Pii V. non sit in usu, vel quia cum speciali Apostolica dispensatione per Breve con- cedi solita, creatus esset census absque tali forma, tunc ipsa res vendita solum constituta est pro fundo censito, dimi- nutio fructuum proportionabiliter cedit damno creditoris, cum census sustineri non valeat, nisi ad limites capacitatis fundi, ut in sua materia sub tit. de censibus, ubi præsertim id advertitur in eadem Baren. de qua disc. preced. secus autem si cautus venditor curaverit censum constitui super aliis fundis magis capacibus, quorum capacitas adhuc duret; Aur demum processum est juxta quartam speciem stipulationis damnorum, & interesse ratione lucri cessantis, vel damni emergentis ob impedimentum ex facto & mora emptoris illud investmentum, in quod pretium destinatum erat, & tunc casus diminutionis rei venditæ cedere debet damno em- ptoris, tanquam domini, neque ulla videatur subesse ratio, cur venditor de illo participare debeat, dum è converso ex- crescentibus ipsius rei venditæ fructibus, de istis venditor par- ticipationem præterendere non potest, sive neque cogere empto- rem ad supplendam illam diminutionem, quæ casualiter resul- taret ex diminutione fructuum investmenti, ad quod dictum

presumerat destinatum, & hanc dicebam mihi videri veri- tatem.

- 1 De eadem materia fructuum recompenlativo, um pro pre- tio rei vendita.
2 In specie de taxa fructuum recompenlativorum pseudo- rum, & bonorum juri dictionalium.
3 An debeantur isti fructus pro pecunia data ad constru- endum opus fructiferum.

S U M M A R I U M.

ADNOT. AD DISC. XVIII. cum seqq. usque AD DISC. XXIX.

IN his discursibus agitur de fructibus recompenlativis pro pretio rei fructifera, de quibus etiam disc. cum duobus seq. atque de eisdem agitur etiam quandoque in sua sede sub tit. de empt. & vend. In hoc tamè puncto præsertim contingit id, quod supra initio insinuatum est de imperceptibili discrepantia opinionum inter Curias, & Tribunalia utrius- que fori externi Ecclesiastici, & laicalis, ac etiam inter illa ejusdem fori Ecclesiastici, & laicalis respectivè pro diversi- tate regionum, & principatum, quinimo etiam inter Scri- ptiores, & professores fori spiritualis, an hoc interesse pre- tii possit excedere fructus ipsius rei, de quo etiam disc. 21. de feud. ubi de casu notabili, ut ita sit melior conditio deficien- tis à fide.

Atque præsertim in casu de quo disc. 27. in ulterioribus 2. disputationibus habitis in Rota coram Rondinino sub die- bus 12. Junii 1671. 11. Januarii. & 22. Junii 1672. prodie- runt circa fructus resolutiones juxta meas rationes dubi- tandi ex autoritate Royit. & aliorum, de quibus disc. 24. de feud. n. 6. jam edito, qui per Scribentes in contrarium al- legabatur, ac etiam allegatur in decisionibus præsertim in prima.

Et ad eandem materiam conferunt deducta infra, disc. 37. an debeantur isti fructus pro pecunia, qua datur ad constru- endum prædium, vel ædificium fructiferum.

SENEN. SEU FLORENTINA PRO MONTE PIO FLORENTINÆ, CUM HÆREDIBUS PANDULPHI PETRUCCII.

Responsum in casu resolutio pro Monte.

An interesse per emptorem debitum ratione pre- tii non soluti excedere possit ipsius rei venditæ fructus; Et quid ubi emptor non est in mora.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 In alternativa ad electionem creditoris, non facta electio- ne debitor dici non potest in mora.
3 Si debitor suscipit in se onus cambiandi intra certum tem- pus, an eo lapsò teneatur, n. 6.
4 Quare debeantur fructus recompenlativi ex pretio rei fructifera, etiam sine mora.
5 Debenur etiam si emptor culpa venditoris sit impeditus solvere.
6 De eadem conclusione, de qua n. 3.
7 Observantia dicitur interpret etiam contractuum & vo- luntatis contrahentium.
8 Fructus pretii ratione damnorum & interesse excedere possunt fructus ipsius rei.
9 Etiam in mutuo pacisci potest de interesse, quod debe- tur.
10 Potest debitor etiam teneri ad interesse alterius interesse in ratione multiplici.

DISC.

Sequitur inter Federicum, & Pandulphum de Petrucciis de anno 1616. permutatione aliquorum bonorum stabili- um, cum Pandulphus pro adæquatione refundere debere Federico in pecunia scutos 450. quos iste destinaverat in ex- tinctionem æris alieni fructiferi, quod habebat cum Monte Pio Florentiæ ad rationem scutor. quinque, & quatuor ex quinque partibus alterius scutis pro quolibet centenariò & anno, cum conversione etiam fructuum decursorum in sorte singulis 18. mensibus, convenum est, ut Pandulphus pen- dente dicti pretii solutione, pro qua data erat dilatio biennii, solveret debere dicto Monti præfatum interesse, & post bien- nium sortem, veleidem Monti quatenus talem summam ei deberi comperiat, vel ipsi Federico præstanti idoneam cau- tionem evictionis, vel huius loco ad effectum investiendi in bona stabilia; Deinde verò de anno 1620. inter eisdem partes initus fuit alter contractus emptionis & venditionis aliorum bonorum pro scuris 1300. solvendis dicto monti cum dictis solitis accessioibus pendente solutione præstantis per Pan- dulphum emptorem, qui donec vixit, in eoque defuncto hæ- redes à dicto tempore usque ad annum 1664. non soluta utra- que sorte, accessiones prædictas dicto monti solverunt; Ab indè verò præterendere ceperunt non teneri pro dicta prima partia scut. 450. quinimò ab ea in sorte, ac etiam à parte al- terius sortis liberatos esse ob indebitam solutionem dictarum accessionum, cum quibus fors extincta fuisset.

Eorundè fundamentum consistebat in deficiente mora post- completum dictum biennium, ad quod dicta conventio res- tricta erat, quasi quod ex tunc cessata conventione intraret solum dispositio juris, qua arreta debitor dicti non poterat morosus, dum obligatio solvendi sortem alternativè conce- pta erat, vel scilicet in extinctionem dicti debiti in toto, vel in parte, quatenus subsisteret, cuius contrarium ipse vendi- tor putare asseruerat, vel ad effectum solvendi ipsimet ven- ditori cum cautione, vel ad effectum investiendi in stabilia, unde propterea cum creditor elapso dicto biennio non decla- rasset modum, juxta quem dicta solutio faciendâ erat, em- ptor dici non poterat in mora, ex regula, quod in alterna- tivis quorum electio in loco, tempore, vel modo, est cre- ditoris, electio non facta, debitor dici non potest moro- sus. Alex. conf. 45. n. 4. lib. 4. Fab. de Ann. conf. 95. nu. 2. & seqq. Mantica dec. 171. n. 5. Rot. dec. 577. p. 2. rec. n. 1.

Atque ad probandum, quod conventio non progres- set ultra biennium, scribentes pro eisdem hæredibus fun- damentum constituiebant in Rotæ decisionibus editis in Ro- mana cambi 8. Aprilis, & 4. Decembris 1658. coram Cetro, in quibus sumatur, quod inito contractu cambi ad trien- nium, in quo debitor suscepit in se onus cambiandi, ob cu- jus oneris non impleverunt debentur cambia etiam sine spa- ciiis, seu literis, si non tanquam cambia, tanquam damna & interesse, ob non factum, sive ob non adimpletum cambiandi mandatum ab ipso debitore susceptum, juxta firmata de- cif. 7. post Salgad. in labyrintho, & frequenter, ut in sua mate- ria sub tit. de cambiis, id procedat dicto triennio durante, quo elapso, tanquam ex cessante obligatione per debitorem suscepta, nulli fructus, seu cambia debeantur, ob non se- quitam transmissionem literarum, seu spaciotorum.

His tamè non obstantibus, requisitus ex parte, Admini- stratorum Montis ad scribendum causâ pendente coram Ma- gistratu in Civitate Senarum in causis ejusdem montis parti- culariter delegato, contrarium dicebam probabilius, etiam cum sensu veritatis, qualem habuit quoque judex, qui pro hac parte pronunciavit. Atque distinguendo quætionem in in duas inspectiones, Unam quoad dictas accessiones, seu usuras ad ratam, seu proportionem fructuum ex ipsius bonis per emptorem, seu permuatantem perceptorum, Et alteram circa eorum excessum.

Quatenus pertinet ad primam, dicebam prorsus impro- babilem, malèque fundatam esse debitorum prætenfionem, quoniam fructus recompenlativi, qui juxta æquitatem, seu terminos textus in l. curabit, Cod. de action. empt. debentur per emptorem venditori durante solutione pretii ad limites, fructus ejusdem rei, non proveniunt à mora, neque illam exigunt, sed producantur ex æquitate, ne quis eodem tem- pore habeat rem & pretium, unde propterea venditor non dicitur eos percipere tanquam lucrosas accessiones, sed tan- quam restauracionem illorum fructuum, quos aliàs ex re sua fuisset percepturus; Et ex qua ratione resultat, quod ubi etiam ex parte debitoris nulla intercedit mora, vel culpa in non solvendo, sed potius id provenit ex culpa, & facto ip-...

sus venditoris non adimplentis ex parte sua id quod prius ad- implere tenebatur, pura non præstando fidejussorem, vel alia promissa non adimplendo, adhuc ramen hujusmodi fru- ctus debentur, ut cæteris allegatis habetur apud Gregor. dec. 297. num. 2. ubi adden. num. 12. Leotar. de usuris, quest. 27. n. 20. cum seqq. & nu. 29. & 39. cum aliis quæ in fortioribus terminis habentur infra in Ravennaten. disc. 22. & in alia Se- nen. disc. 23. & est conclusio hodie in foro receptissima & plana.

Quate aliqua dubitandâ ratio restringebatur ad excessum, 6 circa quem, in primis advertendam ad fallaciam dicti funda- menti cessantis conventionis post elapsum biennium juxta di- cta decisiones in Romana cambi coram Cetro, dum ab eis me scribente recessum fuerat sub die 24. Aprilis 1662. & 23. Februarii 1663. coram eodem; Et merito, quoniam terminus adjectus non erat gratia extinguendæ, seu terminandæ obligationis, sed prorogandæ restitutionis sortis, & tan- quam dilatio in gratiam ipsius debitoris, ne interim moro- sus dici posset, arque de debiti solutionem urgeti, unde pro- pterea potius ex lapso termini resultat dicitur mora incur- sus, atque ex tunc & non antea efficitur debitor morosus, Prorsus autem improbabile est, quod pro tempore dilatorius, in quo debitor in nulla est culpa, vel mora subiacere debeat usuris, vel interusuris, ab eis verò esse debeat immuni pro tempore, quo est in culpa & mora, dum ita esset reportare 7 lucrum, & commodum ex delicto, vel ut in eadem cau- sa in sua materia sub tit. de camb. disc. 9. Omnem difficulta- tem in proposito removere subsequita observantia, in propo- sito etiam ponderata in d. Romana cambi, quod scilicet emptor elapso etiam biennio agnovit se dictarum accessio- num debitorem, cum observantia dicitur de jure optima in- terpres, nedum legum & statutorum, vel testamentariorum, sed etiam contractuum & voluntariorum partium, ut decif. 323. numer. 13. part. 11. rec. decif. 199. num. 12. & 13. part. 10. & passim.

Posito igitur, quod dicta conventio tractum successivum haberet, dicebam, quod licet regula sit, juxta probabilio- rem opinionem, quod hujusmodi usuræ, seu accessiones pretii excedere non possunt ipsius rei venditæ fructus ex de- ductis in Lucana, disc. preced. & frequenter in aliis, Attamen ut in eadem Lucana habetur, ac etiam post hæc disputata magis distinctè examinarum in Alina, disc. seqq. secus dicen- dum est quando debitum non manet in terminis simplicis pretii productivi accessionum ex sola æquitate dictæ legis curabit, sed vel legitime transfunditur in alium contractum majorum fructuum, seu accessionum productivum, vel intrat ratio interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, non ex sola partium conventionis & assertionis, sed extrin- secus justificari; Si enim de tali interesse convenit potest etiam pro credito mere pecuniatio inter mutuantem, & mu- tuatarium ex deductis per Cyriac. controverf. 378. numer. 16. cum seqq. & contr. 326. n. 24. cum seqq. Leotar. g. 72. num. 5. & 6. & frequenter in aliis hoc ead. tit. Multo magis in isto casu, à quo magis abest utura, qua non intervenit mutuum verum, sed potius fictum & interpretativum. Et in fortio- ribus terminis obligationis emptoris, nedum ad ipsos fru- ctus percipiendos ex effectibus, in quos pretium investien- dum erat, sed etiam ad longè gravius interesse fructuum ad formam multiplici, cujus onus ipse suscepit, firmatum fuit in Romana multiplici coram Remboldo & Obaldo, dec. 85. & 668. par. 4. rec. tom. 2. & 3. & latius in eadem 18. Mar- tii 1654. coram Melcio, quia non dicitur interesse alterius interesse ob non datum, & tanquam debitoris, sed ob non factum, tanquam à procuratore, seu mandatario ob non impletum susceptum mandatum, unde justa visa fuit determinatio.

E S I N A F R U C T U U M.

P R O.

FRANCISCO MASSUTIO.

C O M.

N. GUGLIELMO.

Casus disputatus coram A. C. seu Prælo deputato, & resolutus pro Guglielmo.

De eodem puncto, An fructus debiti per empto- rem pendente solutione pretii excedere possunt, tanquam damna & interesse fructus ipsius rei, quia nempè conventum fuerit, ut ex pretio...

ex-



extinguerentur census, vel alia debita usuraria venditoris ad maiorem rationem; Et quid ubi emptor iustam non solvendam causam habuit, ob litem; vel molestias sibi illatas,

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Transactio extinguit priora iura, prioresque actiones.
3 Agi non potest ex prioribus iuribus, nisi prius tollatur de medio transactio per rem iudicatam, num. 5. ubi declaratur.
4 Emptor cui lis mora est non tenetur ad aliquam interesse lucri cessantis, vel dampni emergentis pro pretio, nisi ad limites fructuum rei, & num. 10. ubi declaratur.
5 Declaratur conclusio, de qua nu. 3.
6 Lato dicitur enormissima, ubi est ultra bessem, & causat nullitatem.
7 Non potest tamen dici nullitas incontinenti probata, & de ratione.
8 De ratione ob quam in transactionibus difficile verificatur latio preteritum enormissima.
9 Quando transactio officiat successores venientes independentes ex persona propria remissive.
10 Expeditur conclusio, de qua nu. 4. & contrarium verius probatur, cum auctoritatibus.
11 Actio cum rationibus.
12 Quando lis & molestia excusant emptorem a cursu fructuum, seu dampnorum, & interesse ultra ipsius rei fructus.
13 Accollans in se census reputatur eorum debitor, ac si ipse imposuisset.
14 Quid importet an accollatio sequatur per viam delegationis necne.
15 Quid dicendum sit in conclusione, de qua nu. 4. & 10. quando lis & molestia moventur ab ipso venditore, vel eius heredem.
16 Molestia qua dantur ab ipso contrahente non variant sub pacto, ut non teneatur liberare a molestiis.

D I S C. XX.

Vendit Antonius Fabrus pradium Guglielmo, qui in partem pretii in se accollavit quosdam census per venditorem debitos ad rationem 8. pro centenario, Cumque Caecilia de Sanctis Antonii uxor, ejusque haeres mediata ex persona Joannis Baldi filii, ex iuribus, vel propriis, vel dicti filii, litem excitasset contra emptorem super dicto pradio, post aliquod intervallum deventum est ad concordiam, qua non obstante, eaque impugnata, eadem Caecilia, vel Franciscus Massurus ejus haeres, in vim dictae accollationis pulsavit Guglielmum in iudicio executivo in vim obligationis cameraleis coram A. C. seu Praelato deputato ad solutionem fructuum decursum dictorum census, sed prodiit sententia rei conventi absolutoria ab observatione iudicii, in cuius ferenda limine, & quando iudex tam erat determinatus, requisitus sui per actorem ad scribendum, supplendo partes ejus soliti Advocati, qui ad aliud manus satis digne evocatus fuerat.

Duo autem erant rei conventi fundamenta per iudicem amplexa, Primum & principaliter transactio, quae tanquam species sententiae, quominus rei iudicata extingueret, seu vulneraret dicitur priores actiones & jura, ita ut non nisi ejus vigore, ac pro ejus executione agi valeat cap. 1. de transact. l. non minorem, & l. causam, C. eodem, Mantica de tacit. lib. 26. tit. 7. n. 4. Buratt. decis. 464. n. 7. unde de consequenti resultat, quod etiam in casu impugnationis, ad effectum ut ex prioribus iuribus agi valeat, illa prius tollenda est de medio per rem iudicatam, vel tres conformes, ut antiquioribus collectis haberetur apud Cavaler. dec. 150. n. 4. decis. 86. n. 9. p. 6. rec. Faventina primogenitura 21. Junii 1666. Bevilacqua Urbinate. pecuniaria coram Verospio decis. 41. post Paitell. n. 4. & frequenter.

Et secundo quod fructus pro tempore quo pretium fuit penes emptorem, cui lis in re empti mora est, excedere non possunt ipsius rei fructus, quibus non liquidatis, attendenda venit taxa legalis, non obstante, quod pretium convertendum esset in extinctionem aëris alieni majoris fructus, vel in acquisitionem censuum, seu aliorum effectuum majoris red-

ditus, ex specialibus auctoritatibus Sperelli dec. 118. nu. 72. & Concioli alleg. 54. n. 30. & seqq.

Quamvis autem ego pro actore succumbente scribens, quatenus pertinet ad primum fundamentum transactionis, more Advocati deducere conclusionem in abstracto veram; quod scilicet transactio dictum effectum vulneratum operatur, quando habet implicitum statum validitatis, unde oporteret eam rescindere, secus autem, ubi est nulla ipso jure, quoniam non eris nulla sunt partes, atque nullum & nihil aequiparantur, ut admittitur in eadem Faventina primogenitura, & cum eodem sensu processum fuit in posterioribus decisionibus editis in d. Urbinate. coram Verospio, revocatoriis praecedentis superius allegatae apud eundem Paitell. decis. 42. & 46. Et quam distinctionem receptam in simili habemus in materia vulneracionis obligationis Cameralis, seu litterarum Apostolicarum, aut alterius processus executivi resultantis a sententia absolutoria; Nihilominus reflectendo ad veritatem, motivum mihi videbatur solidum, & consequenter probabilis visa est sententia absolutoria, quoniam plures nullitates ex defectu solemnitatum deductae non videbantur subsistentiam habere.

Illam verò solidior, quae deducebatur ex laesione enormissima ultra bessem, quam in Curia, sequendo firmata apud Fontanel. dec. 64. cum seq. receptum est inducere nullitatem ratione doli praesumpti, qui in esse dicitur iuxta firmata in Romana transactionis 15. Decemb. 1650. & 19. Aprilis 1660. & in sua materia, sub tit. de empr. & vend. dici non poterat clara & incontinenti probata, sed erat actoris indaginis, atque exigebat eandem terminationem in iudicio ordinario per rem iudicatam, vel tres conformes super extrinsecis probationibus, ex quibus pender in spectio, an adit laesio enormissima necne; Et sic dubietas non est super puncto juris, an illa posita resuler nullitas cum pluribus ejus consequentibus effectibus, sed est super ipso facto, ac firmanda qualitate talis laesionis, super qua ejusque justificatione requiritur declaratio iudicis, qui potest decipi, potissime verò ubi non agitur de simplici contractu emptionis, & venditionis, vel permutationis, aut simili, sed de transactione, in qua licet juxta opinionem in Rota & Curia hodie absolutam, intrret terminum textum, in leg. 2. Cod. de rescind. vendit. & in cap. 2. & 3. de emptione, & venditione, Attamen nimium difficile, atque quodammodo moraliter impossibile videtur talem laesionem concludere, dum attendendus non est ipsius rei intrinsecus, & naturalis valor cum arithmetica proportione inter ipsum valorem, ac pretium, seu aliam aequivalentiam in contractum deductam, sed valor meriti debet ab estimatione dubii & incerti litis eventus, quae aestimatio videtur impossibilis, dum quotidie experitur, quod etiam post tres conformes Rotaes latus praevius multis decisionibus per tres instantias editis, ac etiam post earum executionem ex iudicio Signaturae rescribendis cum clausula, sine praedictorum conformium, adhuc diversus est cause eventus, ut praesertim patet ex causa de quo in Bonon. fideicommissi de Pupillis sub tit. de fideicommissis, Atque frequenter retractari videmus res iudicatas, etiam quae diuturnam observantiam habuerunt, revocando etiam antiquas decisiones coram Seraphino, Cavaler. & aliis, Ideoque non videtur quomodo dubius litis eventus ita aestimari valeat, quod desuper cadere possit laesio enormissima, nisi ageretur de lite omnino calumniosa, vel collusiva, ita gerendo voluntariam prohibitam alienationem sub palliato nomine transactionis & cum lite affectata, ut pluries in hac materia, ita distinguendo haberetur sub tit. de fideicommissis, super articulo, an & quando transactio officiat successores ex propria persona venientes, de quo etiam habentur aliqua in terminis feudilibus in Camerinen. Castrorum sub tit. de feudis, disc. 49. & in materia emphyteutica in Bononien. de Populis sub tit. de emphyteusi disc. 52. Et in specialibus terminis laesionis, cuius ratione transactio ab eodem transigente, vel ejus haerede impugnari valeat, habetur in d. Romana transact. pro Honorato. sub tit. de empr. & venditione.

Quo verò ad alterum fundamentum, quod fructus debiti per emptorem habentem pretium in manibus, non obstante ejusdem pretii destinatione in extinctionem, vel respectivè acquisitionem censuum, aliorumque effectuum majoris redditus, excedere non possint ipsius rei fructus si ob litem, vel alia causa excusatur a mora, duas constituebam inspectiones. Unam generalem super veritate dictae propositionis in abstracto, ac super subsistentia dictarum doctrinarum, in quibus eo ipso quod sunt speciales, absque alia discussione hodiernis stylus est immorandi, Et alteram specialem, seu in concreto, quid

quid scilicet in isto praescripto casu dicendum esset, ob ejus particulares circumstantias.

Circa primam, cum sensu etiam veritatis, dicebam doctrinas praedictas nulla consideratione dignas esse, siquidem apud Sperell. non iste, sed alter articulus principaliter disputatus fuit, solumque nu. 72. incidenter cum regulis generalibus id enunciatur, unde liquet in hac parte obiter, ac indigeste, non gustato articulo Auctorem loquutum esse; Idemque observabam dici posse de auctoritate docti quidem & elaborati meo amici Concioli, in cuius casu agitur de emptore excusando ab huiusmodi fructibus in genere ob rem non traditam, atque ob illius casus particulares circumstantias, de quibus in alijs duabus subsequentibus allegacionibus, bene ipse fundat & tuerit iura sui clientis, solumque num. 30. incidenter, & cum illis verbis, omisso quod opinio non est iura, refert Sylvan. conf. 10. Molinam & alios mutuatos, ut ipse in hunc testatur, ex Leotar. qu. 71. numer. 13. sed hanc opinionem Sylvani & sequacium esse minus tutam, magisque probabilem esse illam Hondedei conf. 30. num. 23. & seqq. & conf. 44. num. 9. & seqq. lib. 1. bene probat cum auctoritatibus, ac rationibus doctissimi Leotar. cuius auctoritas in hac materia usuraria magnificanda videtur, utpote per eum satis mature & accurate tractata dicta qual. 71. numer. 15. cum sequent. ad 23. Potissime ubi, ut in praesenti, non agitur de interesse lucri cessantis, ita ut venditor condand de lueto, sed de altero dampni emergentis, in quo distinguendo inter lucrum, & dampnum, iidem Sperell. & Conciol. id admittunt.

Atque Hondedei & sequacium opinionem esse probabiliorem, ut scilicet emptor non obstantibus molestiis & lite super re empti passis, interim teneatur ad hoc interesse, quamvis excedat ipsius rei fructus, fuit specialiter decisum per Rotam apud Martin. Andr. decis. 31. repetit. post Cenc. de conf. decis. 191. & cum qua proceditur apud Merlin. tom. 2. controrov. 50. nu. 37. & sic attentis auctoritatibus, ista videtur opinio melius fundata.

Idemque dicendum esse ad vertebam attentis rationibus potius attendendis, quoniam si in simplici & verò mutuo pecuniario, in quo accessionum substantia generaliter est prohibita, adhuc tamen licite pacisci potest de interesse lucri cessantis, vel dampni emergentis, quoties istius justificatio aliàs quam ex partium conventionione & asserione concurrat, Multò magis dicendum est in hac specie credi, in qua accessionum substantia in genere est licita, foaque dubitatio cadit circa plus & minus, ut advertitur in alijs hoc eodem titulo, praesertim in Lucana, disc. 18.

Et quidem nimis asperum, ac irrationabile videtur, ut habens rem partum fructiferam, & ad solum oblectamentum, puta villam Tusulanam, vel conspicium palatum, volens quo domui suae melius consulere, privando se oblectamento, ac existimatione ex huiusmodi bonis resultantem, talem rem vendat, destinata pretio in extinctionem censuum, vel alterius aëris alieni, quo prematur, sive in acquisitionem bonorum, vel iurium fructiferorum, debeat ita elusus remanere per litem, quam emptor ita affectare possit, ut interim absque cursu fructuum burfalium, habeat in manibus pretium, ac obtineat illum oblectamenti, ac existimationis fructuum, qui ex huiusmodi bonis reportari dicitur, contra legem conventionionis, ac propria obligationis, à qua liberari poterat, deponendo pretium, non liberandum, nisi cum debitis cautelis, seu aliàs ejus indemnitati consulendo, bona tamen fide, ac citra conventionionis violationem.

Tunc autem superveniente lite & molestia in proposito operativè videtur, quando ageretur de illo interesse lucri cessantis, vel dampni emergentis, quod ex dispositione juris resuleret ex sola ratione, mora, pro qua tollenda sufficienti huiusmodi cause, seu excusationes, & quo casu, cessante mora, nullum deberet interesse, solumque intrant isti fructus recompenfativi ad limites fructuum ipsius rei, tanquam illorum loco subrogati ex aequitate texus in l. curabit, Cod. de action. empr. Sed ubi accedit conventio, potissime verò per viam accollationis, quia nempè emptor in se accollaverit census, quibus venditor super ipsamet re vendita, vel aliis bonis premebatur, tunc contrarium omnino dicendum est, quoniam accollatio importare dicitur formalem novationem, sive transuisionem debiti de una specie in alteram, petendè ac si emptor directè ipsos census imposuisset, occultatis actibus solutionis, & novae impositionis respectivè, ex deductis per Cenc. de cens. qu. 73. num. 16. Merlin. decis. 543. numer. 1. Rot. decis. 135. numer. 23. part. 6. rec. Anconitana, census 3. Junii 1658. Verospio, & Sanus. Ideoque interim quod non sequatur evictio, neque resolutio contractu, cau-

sa reducatur ad non causam, emptor perseverat in reidominio, & possessione, atque dicitur esse in statu debitoris censuarii, etiam in spe lucri, quod reportare possit, si fundus census interim casum petiter, & consequenter debet subjacere etiam damno fructuum; ex regula secundum naturam &c.

Et quamvis per scribentes in contrarium motivaretur, dictam rationem occultatae solutionis & conversionis debiti in causam omnino diversam intrare, & quando interveniret formalis delegatio, secus autem ista cessante, Nihilominus replicabam istam considerationem rectè procedere in ordine ad punctum liberationis ipsius emptoris à debitis accollatis in casu sequuta evictionis, ut ex obligario ranquam causativa, cessante causa, resolvatur juxta conf. 321. Decii cum aliis per Rotam in Parmen. datii coram Cocchio, decis. 428. num. 4. p. 1. rec. Bonon. census 4. Februarii 1654. Meltio Amat. resol. 21. nu. 1. quod in casu formalis delegacionis in plurium sententia non intrat, ut ex Cujaccio, & aliis ex professio subjinet Merlin. lib. 1. controrov. 91. & de quo articulo habetur particulatiter actum in Surina sub tit. de emptione & venditione; Sed circumscripto isto effectu, donec emptor possidet, atque contractus perseverat in suo implicito statu, dicta distinctio nullius operationis videtur.

Difficultatem tamen in hac facti specie mihi faciebat contra actorem illa circumstantia, quod non ageretur de lite mora per tertium, quam venditor dicere posset injustam, & quo casu urget dicta probabilis ratio, quod ipsemet emptor ista studiosè lites & molestias affectare possit, sed ageretur de molestiis illatis ab ipsomet venditore, seu eo qui venditorem repraesentabat, unde propterea duplex ratio contra ipsum urgerè videbatur. Una quod non poterat ipsemet propriam turpitudinem allegando dicere, quod lis esset injusta & calumniosa; à qua in se suscepta ipse venditor eum liberasset, Et sic emptor rectè dicere potest credidisse ex facto ipsius actoris causam censori redactam ad non causam.

Et secundo ob regulam quod in quocumque actu semper excepta remanent illae molestiae, quae proveniunt ab eo, qui contractum servare tenetur, atque potius aliorum molestiis occurrere. Unde propterea habemus, quod si quis vendat, vel cedat bona, vel jura; talia qualia, absque aliqua obligatione evictionis, vel liberationis à molestiis, adhuc tamen sub ista proestacione non veniant molestiae, quae directè, vel indirectè ab ipso cedente, seu aliàs contrahente proveniant ex deductis apud Merlin. decis. 874. repetit. post Zacc. de obl. camer. dec. 237. & conferunt deducta apud Celsum dec. 78. nu. 5. & seqq. atque istud motivum me tenebat dubium.

NEAPOLITANA PECUNIARIA PRO PASCHALE CARACCILO MARCHIONE MACCHIEGODENÆ

CUM HORATIO MANCINO.

Causa disputata in Signatura Justitiae, & resoluta pro Caracciolo.

De fructibus recompenfativis pro pretio rei fructiferae, An possint à principio conveniri & taxari ad certam summam, Et quando haec dicatur iusta, vel excessiva.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Executio debiti iurati non retardatur per exceptionem usurae.
3 Licita est conventio super fructibus recompenfativis pro pretio rei fructiferae etiam ad certam summam.
4 Quoties accessiones, vel usurae debentur in genere, seu substantia, non prohibetur earum conventio ad certam taxam, & quando secus.
5 De differentia inter fructus recompenfativos, vel dotales, & interesse lucri cessantis ex mutuo.
6 Ad quam rationem fructus recompenfativi conveniri possint, & an ad majorem, quam imò rent ipsius rei fructus.
7 In dubio praesumptio est pro taxa, & quando isti fructus debeantur juxta taxam legalem.

- 8 *De ratione, ob quam in conventionalibus non attenditur taxa legalis.*
- 9 *Casus in quo tales fructus excedere possunt illos res vendita.*
- 10 *Quare pendentes his disputationibus retardandus non est processus executionis pro solutione fructuum.*

D I S C. XXI.

Vendidit Caracciolus quadam bona Mancino, atque pendente solutione pretii, quæ in arbitrium & facultatem emptoris collata fuit, conventum est de fructibus ad rationem octo pro centenario; Cùmque in plurimum annualitatem solutione morosus fuisset debeat, contra eum, vel per Curiam Archiepiscopalem, vel per Nuntiaturam Neapolis, in vim pacti executioni relaxatum fuit mandatum, adversus quod & pro ejus executione impedienda obtemperavit ab A. C. inhibitionis vigore appellationis, pro cuius moderacione adita Signatura, acerrima assumpta fuit disputatione, prærendente debitore ex plurimum Doctorum sententia, hujusmodi fructuum conventiones ab initio ad certam uniformem taxam esse usurariam & prohibitam; Et quod ubi etiam licita esset, adhuc ramen dicenda esset nimium excoactiva ad rationem octo pro centenario, cum bona stabilia præsumantur solum fructu ad rationem quinque, itaque fructus spatii vigintr annorum sortem adæquent juxta receptam gloss. in *auth. perpetua, C. de Sacros. Eccles.* unde propterea ejus defensores inferebant, illum excessum præsumptum pro spatio solum, impetrandum esse in fæstem principalem, ita notabiliter extenuatam, & ex cuius extenuatione ita paulatim facta, refundat etiam cessatio fructuum surreptitum, qui salva sorte debere non possunt.

Pro creditore scribens circa initia assumptæ professionis, ultra regulam deductam ex *cap. debitores, de Jur. Jur.* quod scilicet debitori jurati executioni retardati non possit per exceptionem usurae ex deductis per *Graff. de excep. cap. 28. nu. 6.* Saraphin, de *privil. jur. amv. cap. 116. n. 4.* & sequenti. *Surd. cap. 327. nu. 15. & seqq.* quam tamen regulam nunquam videtur in Curia admittam & practicatam, nisi dato fumo boni juris creditoris, vel saltem redigendo oppositam usurae exceptionem ad casum dubium, ita ut dici possit exceptio auctorioris indaginis. Vel ad summum ubi agitur de debito foris, non autem de ipsi fructibus, qui usurarii prærentur.

Dicebam dictam exceptionem seduci ex abundantia, cum inspecto etiam bono jure, iustitia creditori assisteret; Quicquid enim aliqui dubitaverint, omnino verior est opinio, recepta etiam in Curia Romana, quæ cæteris omnibus Mandi Tribunalibus in hac usuraria materia est rigorosior, licet esse de hujusmodi fructibus pretii rei fructifera ab initio convenire, quamvis in facultate venditoris positum esset ipsum pretium repetere; Facilius verò quando secus, quoniam in effectu tales fructus non dicuntur accessiones ob retardata pecunie solutionem, ita ut dici valeat commodum restans ex mutuo vero, vel interpretativo, sed dicuntur restaurativi illius damni, quod venditor interim passus est, carendo re & pretio, sive sunt subrogati loco illorum fructuum, quos venditor perceperat, si rem venditam pendente solutione pretii retinisset, ad *tex. cum ibi notatis in l. curabit, C. de act. empt.*

Quoties autem fructus, vel accessiones debentur in genere, vel in substantia, prohibitum non est eos ad justam, & verisimilem summam ab initio taxare, ad communiter notata per *Canonistas in cap. conquestus, de usuris, Dec. in cap. Venerabilis, n. 65. de excep. Covarr. lib. 3. variar. c. 4. n. 5. Mantice, de iacit. lib. 4. tit. 24. n. 22. cum seq. Leotar. de usuris, q. 27. Rota dec. 13. p. 5. rec. & passim, cum sit hodiè conclusio, quæ tanquam absoluta præsupponi potest; Licet enim circa interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, mutui veri, vel interpretativi, Rota & Curia admittat quidem hujusmodi conventiones ab initio ad certam uniformem taxam, non tamen admittat exactionem, nisi illa extrinsecus, & in specie justificata, ut *Regnicolæ & alii admittunt, Attamen id non procedit ex negatione dicti principii, ut scilicet dato debito in substantia, seu genere, liceat ab initio pacifici, sed provenit ex eo quod Curia exigit talis interesse requisita extrinsecus justificari debere cum probationibus specialibus, ita ut non sufficiant generales occasiones, seu partium assertiones & conventiones ex deductis apud *Ubalde, decif. 118. & hoc tit. sapius; Hæc autem difficultas cessat in hujusmodi fructibus compensativis debitis pro pretiosiori fructifera, eo modo quo in fructibus restaurativis***

operum matrimonialium, & similibus dicta extrinsecus probatio necessaria non est, atque in hoc differt iste casus ab illo crediti merè pecuniarii pro mutuo vero, vel interpretativo, & hoc jure passim vivitur, Quo verò ad alterum punctum taxæ, in quo aliqua major fuit difficultas, licet *Dec. & Covarr. ac alii, de quibus supra,* senserint hujusmodi fructus conveniri posse, etiam ad octo, & decem pro centenario, præsertim ubi pretium convertitur in contractum annui redditus, in quo illud ex parte venditoris sit irrepetibile, & cum qua opinione petrant seunt *Regnicolæ ac alii, de quibus in Lucana disc. 18.* Nihilominus quoties pro eodem pretio valdè nec creatur census cum interveitu pecunie numeratæ juxta formam præscriptam à *Bulla S. Pii V. Curia nunquam recepit hanc opinionem, sed decernit hos fructus ad taxam, & proportionem fructuum, quos ipsa res vendita produxit, quæcumque contraria conventionem non obstant, ut longè post hæc tractata habeatur ut dicta Lucana, ac etiam in *Baten. Censur. disc. 17.* & in decisionibus in ista editis.*

Est bene verum, quod interim præsumptio est pro taxa conventionali, quam nullibi jure cæturum est præcisè restringendam esse ad illam inductam ex dicta gloss. in *auth. perpetua*, quoniam ex tanquam præsumptiva admittitur solum in ea taxa, quæ cessante partium conventionem faciendi est per iudicem adversus emptorem morosum hujusmodi fructuum debitorem ex juris dispositione; Sicut enim ista præsumptio non tollit, quin fructus esse possint minores, ita ut emptore id probante, veritas tali præsumptioni prævaleat, *in d. disc. 17.* ita è conversò non concludit, quin esse possint majores ex more regionis, seu alia facti circumstantia, ideoque non consisto de contrario, præsumptio assilicet conventioni, præsertim jurata.

Aliam quoque ponderando rationem, meo iudicio convincentem, ob quam non data contraria probatione taxa conventionalis, executio retardanda non est, quod scilicet res vendi potuerit pro minori pretio, quàm in effectu valeat, ob licitam circumventionem infra dimidium iusti pretii juxta terminos *textus in l. 2. C. de rescind. vendit. & in c. 3. de empt. & vendit. & si res quæ valeat mille, & conferenter juxta dictam legalem præsumptionem fructus 50. vendi potuerit pro 600. quorum fructus licite conveniri possunt ad septem, vel octo pro centenario, quia hæc major summa repartita in vero valore non excedit taxam legalem.*

Sive etiam quod major fructuum taxa dici possit pars pretii, quia nempe isto intuitu res vendita esset minus quàm in effectu valeat, cum tunc non dicatur accessio prohibita, & usuraria, sed potius dicatur pars pretii, seu dicatur fructus restaurativi damni, quod passitur venditor, vel è conversò compensativi lucri, quod ita emptor percipit in pretio correlative diminuto, dummodo augmentum sit dictæ diminutioni proportionatum, atque abst. usurarium fraud, ita ut dici non possit color quæsitus. Unde propterea regula generalis & indeterminata desuper dari non potest, sed totum pendet ex singulorum casuum individuis circumstantiis pro iudicis prudenti arbitrio regulandis.

Et ex his pro creditore prodit resolutio super inhibitionis moderatione, facilius in his casibus concedenda, cum debitori ex processu executivo nullum causetur præjudicium, quia si ratione fructuum solvit in excessu ac ultra debitum, sibi consultum est cum sorte principali, quam habet in manibus ita diminuendam. Et è contra si fructus debentur, irreparabile est creditoris præjudicium ex retardatione.

Ex eisdem fundamentis idem longè post hæc obtinui in Rota in una coram *Bichio Baren. Salviani pro Laura Barone & Isabella Regina contra Leonardum de Rubis, ubi agebatur de pretio domus cum taxa conventionali fructuum recompenfatorum ad rationem septem pro centenario, in qua causa prodierunt decisiones 10. Junii 1652. & 24. Martii 1653. coram præfato Bichio.*

RAVENNATEN. FRUCTUUM PRO PP. JESUITIS RAVENNÆ,

Responsum pro veritate.

An fructus recompenfativi debiti ex æquitate, curabit pendente solutione pretii rei fructifera, debeantur, si emptor per iudicis sequestrum, vel inhibitionem impeditus fuit ne solveret.

S U M M A R I U M.

- 1 *Casus controversie.*
- 2 *Dictum punctuale alicujus Doctoris absque contradicente, an & quando attendi debeat pro casu legis.*
- 3 *Consuetudinum auctoritas suspecta.*
- 4 *Fructus recompenfativi ob quam rationem debeantur.*
- 5 *Debeat etiam cessare mora, vel culpa debitoris in solvendo.*
- 6 *Ampliat etiam emptor protelator.*
- 7 *Non debentur ex dilatione conventionali.*
- 8 *An impedimentum ex facto iudicis excuset.*
- 9 *Quando emptor a dictis fructibus excusetur.*
- 10 *An sequestrum excuset.*
- 11 *De alio casu controversia.*
- 12 *Et de alio casu consimili, & quod excuset depositum.*
- 13 *Sequestrum sive iustum sive injustum excuset, & de ratione.*
- 14 *Non excuset si est collusionum, & effectuarum.*
- 15 *An excuset si supervenit post moram.*
- 16 *Non excuset a fructibus recompenfativis, nisi fiat depositum ut supra, n. 8. & 9.*
- 17 *An depositum non bene factum excuset.*
- 18 *Quomodo in hac materia iudicandum sit.*

D I S C. XXII.

Facta per PP. Collegii Societatis Jesu Ravennæ venditione cuiusdam prædij fructifera pro scutis 2000. Petro de Perris, ex quibus delegatum scit. 1200. solven. quibusdam de Moretis, cum ad instantiam eorumdem venditorum factum esset sequestrum, seu iudicis inhibitio emptori, ne dictas pecunias delegatas solveret, sed pænes se retineret, donec alias per ipsum iudicem demandatum esset, unde sequutum est, quod emptor spatio annorum sex, rem & pretium tenuerit, dubitatum fuit, an hoc medio tempore ad fructus recompenfativos teneretur, & cum pro parte emptoris allegaretur punctualis auctoritas *Pacian. conf. 111.* de iure interogatus pro veritate.

Respondi quod licet apud nostros receptum sit, ut dictum punctuale alicujus Doctoris absque contradicente pro casu legis haberi debeat *Mart. voto 6. n. 7. Rot. dec. 122. in fine p. 5. recent. cum aliis copiose cumulatis per Adden. ad decif. 20. n. 42. par. 3. rec.* iuxta secundam impressionem. Attamen id intelligendum est, ubi tale dictum aliquod habet iuris fundamentum, vel legale rationem, ita ut à juris principis non deviet, secus si abque fundamento, seu cum pro parte præsuppositis loquatur, ut per *Castill. tom. 2. controv. c. 23. nu. 16. Cyriac. contr. 50. nu. 3. & Rot. decif. 438. num. 10. & 13. par. 2. recent.* ubi concordantes; Et hoc maxime, ubi tractatur de dicto Consulentiis, quorum fides semper suspecta est, cum ad pecuniam, vel clientis affectionem scribere soliti, multa minus vera assumant, proindeque integri testes habendi non sunt, ut per *Caball. resal. crim. 287. num. 85. & Rot. d. dec. 438. n. 12. p. 9. rec.* Unde bene *Franch. dec. 260. nu. 5. in fine, & sequenti.* advertit, quod ubi allegantur consilia, opus esset videre decisiones in eo casu emanatas, quod etiam habetur per *Rotam in Lauden. censur. 21. Junii 1666. coram Taja in fine.* Quotidie siquidem experimur, quod Advocatorum munus exercentes, atque ad causæ servitium scribentes, multa ingeniosè in puncto juris assument, quæ in iudicando rejiciuntur; Nec aliàs dicta propositio intelligenda est, nisi ubi agitur de puncto satis dubio, in quo juris principii, vel rationibus hinc inde colluctantibus, vel deficientibus, omninò incertum remaneat, quid iure statutum sit; Tunc enim punctualis decisio Doctoris spectanda est, alias enim esset dare auctoritatem Imperialem cuilibet Doctori ejus scripra imprimere volenti, faciendi leges, quod utique omninò absurdum est, unde propterea bene fundati, & veri Doctores per juris principia magis quàm per Doctorum præsertim modernorum & consilientium multò minus collectorum dictam veritatem perquirere solent.

Quicquid ergo Clienti inserviando dicat *Pacian. consil. 111.* cuius tantùm, non gustato nec examinato articulo, relator est *Pairell. jun. in addit. ad expeditionem seniois annor. 30. nu. 10.* loquendo cum solo sensu veritatis, Respondi omninò de jure verius videri, emptorem, qui non soluto pretio rem emtram retinuit, & fructus percipit, cessante conventionali dilacione, teneri ad fructus recompenfativos, quamvis ex iudicis sequestro, vel quocumque alio le-

gitimo & justo impedimento fuerit excusabilis, ita ut de mora redargui non valeat, quoniam quicquid voluerint aliqui de quibus *Pacian. d. conf. 111.* omninò receptum ac verius est, hujusmodi fructus non deberi ratione moræ, sed propter usum rei, qui ex impedimento diminutus non est, & ne contingat emptorem ita esse in lucro de re aliena, & cum alterius iactura locupletari.

Unde propterea venditor hujusmodi fructus consequi dicitur, non tanquam usuras, vel interesse ratione retardatæ solutionis, sed tanquam rem propriam, quasi quod interim quod pretium non solvitur, ex quadam legis æquitate & fictione, ad istum effectum fructuum, res vendita per severare dicitur in priori dominio venditoris; Atque hinc sequitur, quod etiam si ex istius facti, vel culpa positiva pretium non solvatur, adhuc receptum est fructus deberi ex deductis per *Gabr. conf. 56. numer. 3. lib. 1. late Surd. conf. 101. num. 23. cum seqq. Leotar. de usur. qu. 27. numer. 27. cum duobus seqq. Gratian. d. c. 588. num. 22. & seqq.* bene *Rota decif. 370. 397. & 424. par. 3. recent.* quod etiam dixit apud *Duran. decif. 34. numer. 26. cum sequenti.* In Romana Cambiorum 28. Aprilis 1651. §. Si quidem coram *Verospicq. &* omnium meo iudicio melius *Beltramin. ad Greg. dec. 297. n. 12.*

Idque adeò verum, ut procedat etiam si prævisio casu impedimenti, expressè emptor sibi ex pacto consulerit, ut non teneatur pretium solvere, donec ex parte venditoris implementum sequatur, ut ex *Rota, Gratian. & aliis locis citat. Leotar. d. q. 27. n. 30.*

Atque uno tantùm casu emptor ab hujusmodi fructibus non soluto pretio excusabilis videtur, ubi scilicet concurrat dilatio conventionalis, non alia ratione, nisi quia hæc dicitur pars pretii, quod intuitu fructuum interim solutione pendente percipiendorum præsumitur esse majus, ut bene *Leotar. loc. cit. & Rot. in alleg. dec. præsert. d. dec. 424. p. 3. rec.*

Nec refert, quod omnes dictæ auctoritates & decisiones, loquantur de impedimento proveniente ex non implemento seu alio facto venditoris, non autem ubi agitur de impedimento proveniente ex præcepto iudicis, quoniam inter unum casum, & alterum nulla de jure dignoscitur differentia, quinimò majus est factum partis, nempe venditoris, qui volens poterat majorem dilacionem emptori gratiose concedere, ac fructus condonare, quod dici non potest de iudice, cui non conceditur de alienis disponere. Et nihilominus, quamvis in venditore non adimplere, seu aliàs emptorem impediante, tacita dilatio resultare dicitur, attamen quia non est de illa dilacionis specie, quæ ab initio in contractum deducta, dici possit pars pretii, non excuset, ex iam dicta irrefragabili ratione, quod hujusmodi fructus non debentur propter culpam, vel moram debitoris, sed propter usum rei, quem non soluto pretio habere non debuit, sive solutionis defectus proveniret ex unius, vel alterius culpa, quia semper idem resultat effectus perceptionis hujusmodi fructus sine causa cum illicita locupletacione de alieno, habendo eodem tempore, rei & pretii usum duplicatum.

Eoque magis in hanc sententiam omninò deveniendum dicebam, quia tractabatur de fructibus temporis nobilissimis, ita ut emptor verè de alieno locuples fieri piceretur, poterat enim venditor inhibitus de facili impedimentum removere, atque se ab hujusmodi onere eximere, deponendo pretium panè eundem iudicem inhibitentem; Atque proclivius reflectenda opinio *Paciani, quem non habuimus inter milites adeò gravioris amaruræ, observabam, quod ipse innititur falso & rejecto fundamento, quod scilicet isti fructus ratione moræ potius deberentur; Unde tanquam innitens minus verò fundamento non est attendendus.*

Uno autem tantùm casu (cessante conventionali dilacione) emptor non soluto pretio ab hujusmodi fructibus excusandus videtur, sive impedimentum proveniat à præcepto iudicis, sive à non implemento, vel alio facto venditoris, ubi scilicet constaret eum interim tenuisse otiosam pecuniam ad hoc paratam, aliis usibus non applicabilem, ita ut si hujusmodi fructus solvere cogeretur, esset in damno, & iactura; quibus subjacere non debet ex culpa venditoris; Quod frequentè in praxi contingere solet, quia nempe quis vendat ejus bona, seu aliàs pecuniam obtineat vinculatam ad effectum investendi, & quæ destinata in emptorem rei fructifera deponatur in banco ad effectum illum solvendo venditori, postquam adimpleta fuerint ea, quæ in contractum deducta sunt, tunc enim emptor non dicitur esse in lucro, atque pretium ex ejus parte dicitur jam solutum, ita ut cesset duplicatus usus, tam rei, quam pretii, & in qua duplicati usus ratione consistit istorum fructuum debitum, & hæc mihi videbatur certa & genuina veritas.

Et ne de auctoritate punctualis, dum juxta modernum abufum, potius dicta indigesta, vel male fundata DD. apprehenduntur, quam juris vera principia & propositiones, ita in individuo fructuum recompenfatorum pretii non soluti, ut debeantur non obstante fequeftro advertit doctiffimus Leotar. de ufur. q. 38. n. 26. *verf. vel nifi pecunia debeatur*; Et mirifice idem comprobatur ex decifione 103. Caput. par. 1. ubi quod fructus census debentur, quamvis debitor effer promptus reflituere fortem, impeditus à fequeftro, quam decifionem refert & fequitur Carocc. de fequeftro, p. 3. q. 23. Leotar. d. q. 38. n. 26. in primis.

10 Eundem punctum post hæc scripta disputandum habui in Signatura Justitiarum in una Forofempronien. pecuniaria pro Valesio Zanca emptore pretendente non teneri ad hos fructus ob fequestrum sibi factum, contra quem A. C. relaxavit mandatum; Isto autem casu videbatur adesse aliqua major probabilitas, quoniam fequestrum factum erat ad instantiam unius ex creditoribus, & respectivè venditoribus, sed nisi probaretur verè emptorem habuisse solutioni program pecuniam, quam ex hoc impedimento retinuerit otiosam, adhuc idem dicendum credebam, quia non potest factum unius alius præjudicare, atque de facili emptor potest cum uno ex pluribus colludere, idèque totus punctus esse videtur, an emptor sit in lucro habendi rem & pretium.

11 Longè autem post hæc scripta consimilem controversiam disputavi coram Præfato iudice commiffario in una Eugubina pro Cenciaris, cum Comite Francisco de Banis; Cum enim iste vendidisset illis de anno 1654, prædium pro scutis 2700. ex quibus soluti fuerunt 2000. data dilatione pro residuo, quæ pendente, ad instantiam aliquorum creditorum venditoris factum fuit mandatum fequestrativum emptoribus, ne servarent sub poena duplicata solutionem, dictique emptores illinc ad trisimum, de anno scilicet 1657. mense Septembris dictum residuum deposuissent penes idoneum publicum campforem, à quo de mense Novembris sequentis venditor habuit seut. 200. sub obligatione, vel illos restituendi, vel excompurandi in dicto deposito, quod jam sibi fuerat intromissum. Hinc ad plures annos venditor præterdente cepit fructus recompenfativos sub dicta rata cadentes pro toto tempore decurso, atque mandatum executivum in prima instantia obtinuit; per A. C. in secunda instantia cum sententia absolutoria revocatum. Unde commissa causa alterius appellacionis Præfato, hic difficultatem habebat ex motivo nullitatis dicti fequestri ex eo, quod per iudicem incompetentem, ac non servatis de jure servandis illud appositum esset.

12 Hanc autem difficultatem ego in hac tertia instantia pro emptore scribens, etiam cum sententiæ veritatis, minus probabilem dicebam, quoniam fequestrum sive justum, sive injustum excusat, ut in specie Scraphin. decif. 912. num. 1. & 2. confirmata coram eodem decif. 919. Leotar. de ufur. q. 38. n. 25. in fine, ex ea clara ratione quod iudicis inhibitiio sive justa, sive injusta timenda est, neque in facultate inhibiri repositum esse debet iudicis partes assumere, atque iudicare de nullitate, vel injustitia eius, quod iudex & superior præcepit, minusque tenetur se exponere periculo reiteratæ, seu duplicatæ solutionis resultantis à spreto mandato fequestrativum; sed cogitur creditor ad revocationem; Ea enim quæ in iure habentur de fequeftro sine justa causa, & partis citacione non apponendo, procedunt, vel ubi est in fieri ad effectum impediendi ne apponatur. Vel ad effectum revocationis concedende, non autem ut sequi non debeat excusatio moræ in inhibito, nisi constaret de collusione, & mala fide, quia nempe ab ipso debitore affectatè id procuratum esset, ex deductis per Cancr. var. resol. par. 2. cap. 4. num. 28. Potissimè verò ubi, ut in præfenti, fequestrum supervenit re integra, & ante moram incurfam, quo casu cessat illa difficultas, quæ in proposito eadere solet, ubi supervenit post moram incurfam ex collectis hinc inde per Cancr. ubi supra, num. 29. Atque ita distinguendo habetur etiam in alia quæstione, an & quando solvens alteri quam verò creditori de mandato iudicis excusetur necne, juxta decif. 150. Afflicti. cum alius per Pratum observo. 5. & 6. & pluries in sua materia sub tit. de credito.

14 Difficultas verò contra eundem emptorem rectè cadebat pro dicto tempore triennii, in quo rem & pretium retinuerat, quoniam sicuti fequestrum cessare non facit cursum census, seu alterius annui redditus, ita pariter impedire non debet hos fructus, qui ex veriori, ac probabiliori sententia non sunt usurae debitæ ratione moræ, & quæ penales dicuntur, sed succedunt loco fructuum ipsius rei, quos nec justum, nec æquum est, ut percipiat emptor, qui pretium non solvit,

ut bene advertitur per Leotar. superius citatum, qu. 38. n. 26. & qu. 27. num. 24. In utroque tamen loco advertitur cessare tales fructus post depositam pecuniam, cum tunc cessare videatur unica ratio retentionis rei & pretii, unde superest solum ratio moræ, quæ ex solo fequeftro tollitur, multò magis ubi accedit etiam reale depositum, quod omnem affectationis, vel collusionis suspicionem tollit.

Motivabatur de præfati depositi invaliditate ob omnia ejus requisita non bene servata, præsertim circa non præviam ipsius creditoris interpellacionem, per quam constitueretur in mora, sine qua debitori licitum non est ad depositum procedere, quia deponere non est solvere, ex iis quæ in hac materia collecta habentur per Cenc. de cens. qu. 111. Gregor. & add. dec. 146. & 214. Rovit. prag. 4. de instr. liquid. n. 7. & segg. Prat. observo. 25. & 26. Merlin. dec. 744. dec. 2. p. 10. rec. & frequenter d. tit. de credito; Ponderando etiam nullitatem resultantem à non integritate, quod est unum de ejus essentialibus requisitis, dum depositata sorte principali neglectum fuit deponere fructus dicti triennii probabiliter debitos; Verum id neq; obtinere videbatur, quoniam ex supra deductis in alio casu juxta punctuales auctoritates Pacianij & Paitelli, saltem negati non potest esse probabiliter dubium, an huiusmodi fructus debeantur necne, quod sufficit ut non intret dicta obligatio deponendi, cum intelligatur de liquidis, & quos omnino certum est esse debitos, non autem de incertis & illiquidis, quorum indebitum justè & probabiliter prætendi potest ex plenè deductis per Rotam decif. 228. n. 14. par. 9. rec. repet. dec. 70. n. 10. post Merl. de pignor. summam habet rationem, quia non tenetur quis facere se iudicem contra se ipsum, atque non expectata iudicis determinatione solvere id quod probabiliter prætendit non debere.

Ac etiam quoad alios defectus, quod hic rigor procedit in eo deposito, quod cessare facit cursum fructuum, quos aliàs juractionis certum est deberi, ut est exempli gratia in contractu censuali, vel simili, secus autem in præfenti, in quo sufficit de facto cessare dictum inconvenciens, quod aperit locum æquitati rex. in l. curabit, C. de alion. empti, ut scilicet emptor eodem tempore non sit in lucro habendi rem & pretium. Et multò magis dum dictum depositum approbatum videbatur ab eodem creditore, qui recipiendo partem pecuniæ obligavit illam in ejus causam excompurare, ut in proposito depositi defectivi sanandi ex consensu creditoris firmatur in Romana. fructuum dotis 28. Januarii 1661. coram Verofpio, licet in eo casu, de quo agitur sub tit. de dote in Romana. fructuum dotis de Ad. g. datensis, dñc. 51. hæc propositio fore non bene caderet; Ideoque ista videtur quæstio, potius facti quam juris, ex singulorum casuum particularibus circumstantiis decidenda, principaliter habendo respectum ad bonam, vel malam fidem, sive ad sinceritatem actus à collusionis suspicione alieni, quia namq; emptor verè & realiter depoñerit pecuniam; & non habuerit simultaneum commodum ejus, ac rei emptæ, in quo consistit præcipuum, ac essentialiale requisitum hujusmodi fructuum, seu ratio text. in d. l. curabit. Verum ex dicto motivo depositi in stricta juris censura male facti etiam hic iudex pronunciauit contra emptorem.

S E N E N. F R U C T U U M  
A D P E T I T I O N E M E Q U I T U S A M E R I G H I  
D E A M E R I G H I S  
C U M M A R T I N I S.

*Responsum pro veritate extra Curiam.*

An emptor, in cuius facultate positum fuit, post lapsum certum terminum conventionalem deponere pretium penes publicum officialem, vel etiam penes se ipsum tanquam depositarium ad sui electionem, cum pacto, ut etiam in casu electionis de se ipso, ad aliquos fructus non teneretur, remaneat à dictorum fructuum cursu liberatus, eo ipso quod dictus terminus expiravit, absque alia interpellacione, vel declaracione quod retineret in titulum depositi.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Ubi pretium convertitur in alium contractum, non inter-

- 1 rrat dispositio l. curabit, & non debentur fructus recompenfativi.
- 3 Regulariter dicti fructus debentur etiam sine mora, & quamvis emptor justam haberet excusacionem non solvendi.
- 4 Emptor potest esse depositarius pretii, & ita non teneri ad fructus recompenfativos.
- 5 Quoad iudiciale fequestrum excuset emptorem à fructibus recompenfativis.
- 6 Ue emptor efficiatur depositarius, seu alias pretium in diversum contractum transeat, est declarandum, & venditori denuncianum.
- 7 Ponderantur circumstantia exclusivæ dictæ novationis.
- 8 Fructus recompenfativi non possunt excedere veros ipsius rei fructus.

D I S C. XXIII.

1 **E**Mit de anno 1655. Eques Amerigus de Amerighis ab hæreditibus de Martinis quædam bona, pretii parte soluta, reliquias verò solutione dilata ad terminum 20. mensium, sub conventionem interim fructuum recompenfatorum ad quinque pro centenatio, quodque dicto termino elapso, licet erit emptori, ad effectum se liberandi à dicto interesse, deponere dictum residuale pretium penes quæstorem Montis pascuorum Civitatis Senatorum, vel quod ad ejus electionem ipsem emptor habeat loco, & vice depositarii, depositario nomine conveniendi, quo casu ad præfatam interesse amplius non teneretur, non obstante quod haberet in manu rem, & pretium.

2 Elapso termino prædicto, nullaque declaratione per emptorem facta, quod dictum residuale pretium penes dictum quæstorem non depositatum, penes se ipsum pro depositato haberi vellent; Oritur quæstio, an ex dicto tempore fructus prædicti ad conventam rationem deberentur, vel potius obstarèt præarratum pactum, unde desuper ab ipso Amerigo emptore pro veritate consilium expertum fuit.

3 Pro ipso emptore excusando, considerari posse videbantur firmata in his terminis per Leotar. q. 27. n. fin. & Testay. alleg. 16. n. 36. quod licet isti fructus recompenfativi non debeantur ratione moræ, sed ex sola æquitate non retinendi eodem tempore rem & pretium, & ne se locupletaret emptor cum aliena iactura percipiendo fructus ex re aliena, cujus pretium solutum non est, ita ut etiam si emptor justum non solvendi impedimentum habens à mora esset immunis, adhuc ad eos teneretur, ex deductis per Leotar. d. q. 27. cum segg. Surd. conf. 101. n. 23. cum segg. Gratian. de sepr. 583. m. 22. & segg. Duran. decif. 297. n. 12. & decif. 370. 397. & 424. p. 3. recent. & hoc titulo frequenter.

4 Nihilominus id procedit, ubi emptor remaneat in terminis emptoris, atque pecunia debita est ex eodem contractu emptionis, ita ut pretii speciem, seu qualitatem retineat; Secus autem ubi ex novatione tranfmutetur in aliam speciem contractus, quia nisi concurrant legitima accessionum requisita in isto novo contractu necessaria, nulli fructus debentur, neque privilegium causæ originariæ habetur in consideracione; Utopia si pars pretii convertatur in cambium, cujus realitas per litetas non justificetur cum similibus; Quod etiam locum habet in pecunia dotali, excepto casu, in quo conversio in alium contractum fiat solum simulatè pro cautela exequendi magis promptam viam executivam, prout usitati solet in Regno Neapolitano convertendi quantitatem pro dote promissam in mutuum, ut non semel in sua materia sub tit. de dote, ubi agitur de usuris dotalibus.

5 Et hic videbatur casus, quoniam non dubitatur emptorem legitime deponentem pretium, ab hujusmodi fructuum, seu interusuriorum cursu liberari, neque de jure prohibitum videtur eundem emptorem in depositarium ex conventionne eligi posse, ob reduplicacionem personarum, quæ in uno eodemque subjecto passim in iure datur, cum ita non personam emptoris amplius, sed diversam depositarii gerere dicatur, neque pecunia retineat naturam pretii ex causa emptionis debiti, sed conversã sit in diversum contractum depositi, pro quo nulla accessio per depositarium deponenti de jure debentur, ita ut intret dicta conclusio cessacionis fructuum ob tranfusione in alium contractum, ex deduct. per Leotar. d. q. 27. n. fin. ubi allegantur Soccin. Surd. & ceteri. Motivando etiam, eidem emptori assistere posse firmata per Pacian. conf. 11. cum quo relato pertransit Paitell. jun. in adnot. ad alterum Paitell. adnot. 30. n. 10. quod scilicet iudiciale fequestrum emptori factum ne solvat, ab hujusmodi fructuum debito excuset, multò magis ubi ex conventionne

adest expressa tranfusio in diversum contractum, cum specifica conventionne, ut interim nulli fructus deberentur, licet dicta opinio sit parum tuta, ut hoc eod. tit. specialiter de hoc actum habetur in Ravennatem. disc. præced.

Hic tamen non obstantibus, contractum de jure probabilius contra ipsum emptorem requirentem respicendi ex defectu applicacionis præmissorum, quæ aliàs vera credebam in suo casu, ubi scilicet ipse emptor sibi concessam alternatam facultatem ad exercitium deduxisset, declarando se depositarium, idque venditoribus denunciando; Quo casu stante immutacione, tam personæ, quam debiti, creditiffimè illum amplius non teneri, sed punctus erat, quod id non fecit, unde propterea venditores credere potuerunt, illum in priori conventionne continuasse, ob quam certi de cursu fructuum ad honestam rationem, neglexerunt esse solliciti de investimento, aliàs verisimiliter non negligendo, si civesissent pecuniam positam esse sub deposito infructifero; Et sic duo obtabant, Unum non factæ declarationis super electione concessa emptori de duobus alternative conventis, qua non facta ipse nunquam dici posuit depositarius; Et alterum non factæ denunciacionis, quam in proposito necessariam credebam.

Ad quod, circà denunciacionem probandam, ponderabam receptam propositionem, de qua apud Carill. decif. 182. & decif. 346. num. 6. part. 10. recent. & in aliis, de quibus non semel sub tit. de cambiis, quod scilicet dara alieni facultate sub certa conditione capiendi pecuniam ad cambium, vel aliud interesse in damnum dictam facultatem concedentis, ut ab isto interesturia iudicis prætendi valeant, duo requiruntur, Unum quod facultatarius declarat sibi concessa facultate uri vellet; Et alterum, quod mandanti denunciet evenisse casum, ipsumque mandatarium velle mandatum exercere, cum aliàs debitor, seu mandans credere potuerit casum non evenisse, sive mandatarium facultate uri noluisse, & consequenter ita neglexerit solutionem, vel aliud implementum, aliàs non neglecturus, & hic videbatur casus.

Potissimè verò accidentibus facti circumstantiis idem comprobantibus, Una scilicet, quod venditores essent pupilli & minores, cum quibus benignius in proposito procedendum est, dum isti non agunt de lucrosis, & in iure odiosis accessionibus, (quo casu qualitas pupillaris non habetur in consideracione ob dispositionem juris canonici, per quam usura quoque pupillares sublatæ sunt,) sed agitur de casu converso, in quo emptor potius de loco captandum, & se de alieno locupletando contenderet cum loco verborum formula.

Et altera, quod in facto supponebatur, eundem emptorem hoc intermedio tempore, de quo erat controversia, prædictorum venditorum tutori, & respectivè curatori, aliquas pecuniarum summam, simpliciter, & liberè solvisse in computum debiti ex causa emptionis, unde propterea duo resultant excludentia effectuationem dictæ novacionis. Unum quod dictum fuerat solvi pro eo quod debebatur ex priori causa, quam ita solvens agnovit non immutatam. Et alterum resultant ex inverisimilitudine, quia cum hoc residuale pretium in sorte destinatum esset investimento bonorum stabilium loco cautionis pro evictione, improbable est, quod emptor vir sagax & providus hujusmodi cautelam negligere, ac remittere voluerit liberè solvendo, unde propterea intrabat potius præsumptio, quod dicta libera solutio facta esset in causam fructuum, quibus summa soluta non incongrua erat.

Ut enim sæpius habetur in materia dotis confessatæ sub tit. de dote, licet cautela investimenti, utpotè adhibita favore dotantis, seu debitoris, ab isto remitti valeat, ita ut non per hoc veritas solutionis cesset, etiam ad effectum obtinendi subsidiarium remedium *Aurb. res. qua. pro dote soluta restituenda ex bonis fideicommissi*. Nihilominus libera solutio, dictæque cautelæ remissio, utpotè inverisimilis, reputatur magnum adminiculum exclusivum veritatis dotis confessatæ, aliunde non justificatæ. Quod ex paritate rationis videbatur etiam ad rem applicabile, ideoque concludendo, requirenti consulti, quod eo meliori modo, quo posset desuper concordare curaret.

Ad hujusmodi autem concordiam cohonestandam, ac faciendam insinuabam advertendum esse ad quantitatem fructuum citra ipsius emptoris culpam ex bonorum emptorum qualitate usque ab initio perceptorum, & an revera ascendere ad summam conventionalem quinque pro centenatio. Quatenus enim (ut arrepta qualitate regionis probabilis erat) ad tanti non ascenderent, justè prætere de porerat, non



non nisi ad ipsorum fructuum ratam teneri, excomputando etiam id, quod durante dicta dilatore 20. mensium solum est in excessu ex conventione, quæ juxta veriorem opinionem, non data conversione pretii in aliam speciem contractus, ratam prædictam excedere non potest ex iis, quæ habentur hoc eod. tit. frequenter deducta, præsertim in Lucana fructuum, & in Baren. consus, disc. 17. & 18. & in aliis,

P I S T O R I E N. F R U C T U U M  
P R O I L L I S D E R O S S I S  
C U M HÆR E D I B U S J A C O B I P A R D I N I.

Responsum pro veritate extrâ Curiam.

Demandata per judicem adjudicatione aliquorum bonorum debitoris ad favorem creditoris, si postea idem debitor, vel ejus hæres eadem bona vendat dilata solutione pretii sub conditione fructuum recompensatorum, An isti debeantur creditoribus, vel potius cadant ad commodum debitoris, ejusque hæreditatis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Fruitus rei adjudicanda debentur ei, cui adjudicatio fieri debebat, & n. 9. & 10.
- 3 De eisdem fructibus debitis deliberatorio, seu adjudicatorio, licet adjudicata deinde revocentur, & n. 9.
- 4 Fruitus recompensativi ex æquitate, l. curabit spectant ad dominum, non autem ad creditorem ex pretio satisfaciendum.
- 5 De controversia in hoc puncto inter Marescott, & Leotar.
- 6 Sententia sine executione non transfert dominium, nec possessionem.
- 7 Sententia, seu mandatum de adjudicanda non importat adjudicationem.
- 8 De rebus requisitis adjudicationis, & quando adesse non dicantur.
- 9 Declaratur conclusio, de qua num. 2. & 3.
- 10 Item de conclusione, de qua num. 2. & an creditor, cui res adjudicanda erat præter fructus tanquam damna, & interesse.
- 11 Debitor non prohibetur etiam post executionem, & pignus prætorium vendere ejus bona.

D I S C. XXIV.

Formato concursu creditorum in bonis hæreditariis Jacobi Pardini, prodit sententia graduatoria à partibus acceptata, per quam, illos de Rossis in quodam loco gradatos, dictum fuit satisfaciendos esse ex pretio cujusdam domus hæreditariæ jam distractæ, & quatenus exinde dicta satisfactio sequi non posset, eis adjudicandam esse tantam partem cujusdam prædij hæreditarii, quæ eorum dicto dominium peritorum proportionata esset; Post cujus sententiæ prolationem hæres prædij vendidit eidem Cellesio, dilata solutione pretii sub conventione fructuum ea pendente ad rationem quinque pro centenario, cumque notabilis dictorum fructuum cumulus ob plurimum annorum decursum factus esset, atque prætorum de Rossis satisfactio sequi non potuisset ex domus pretio per creditores anteriores absorpto; Hinc orta est controversia in partibus super hujusmodi fructuum recompensatorum pertinentia inter hæreses, ac præfatos de Rossis creditores.

Isti etenim prætendebant, quod pro rata dictæ domus eis in vim dictæ sententiæ adjudicanda, ad ipsos tanquam ex tunc dominos spectare deberent, Atque aliqui, etiam in Curia desuper consulti, pro eis respondendum esse credebant, freti autoritate Rotæ in una Bonon. de Guidalattis, coram Verospio, dec. 528. p. 2. recent. ubi decreta sunt ad favorem ejus, cui adjudicatio debita erat, pertinentia fructuum rei adjudicandæ, ponderando præsertim n. 4. rationem interesse lucri cessantis, stante certa voluntate creditoris habendi loco pecuniæ rem fructiferam; Ac etiam ponderabant in idem dicti Consules deducta per Mangil. de sub. haest. qu. 162. num. 13. & 14. ubi cumulantur plures decisiones decernentes fructus rei deliberatæ, vel adjudicatæ ad favorem deliberatarum, seu adjudicatorum, quamvis deinde talis actus retractatio resultaret.

Contrarium pro veritate per eosdem de Rossis consultus, & respondi verius videri, quoniam ista quæstio non erat cum

emprore volente ab hujusmodi fructuum solutione se excusare, & cui regula juris resistit, habendi eodem tempore rem, & pretium contra æquitatem text. in l. curabit, C. de action. empti, cum ibi notatis, sed posita eorumdem fructuum substantia per emptorem non controversa, quæstio erat super pertinentia, circa quam respondendum dicebatur ad favorem ejus, qui domini, & venditoris personam gerebat, & ad quem aliàs hoc medio tempore de jure spectarent fructus veri, quorum loco isti recompensativi subrogati sunt, & sic ad dominum, & ratione domini, non autem ad creditorem ex pretio satisfaciendum pertinentes, Ut in specialibus terminis hujusmodi fructuum habetur apud Marescott. lib. 2. var. cap. 133, Millin. dec. 378. Rota decif. 358. n. 3. p. 10. rec. in Tiburtina Caslii S. Angeli 14. Februarii 1656. §. Respectu enim coram Meltio; Cum enim creditor pecuniarius rei dominium non haberet, non potest percipere fructus, qui dicuntur domini sequela, nam aliàs esset recipere accessiones ex pecunia naturaliter sterili, & iustificata ratione temporis, in quo consistit usura.

Et quamvis in casu posito per Marescott, dist. cap. 133. & Leotar, de usur. q. 78. n. 18. & 19. relata prætati Aurhoris sententia, contrarium sentire videatur, Nihilominus quicquid esset de veritate unius, vel alterius opinionis, & cui potius ex his autoribus deferendum esset; Observabam quæstionem cessare ex facto, quoniam totum impugnationis fundamentum, cui Leotar. innitebatur, consistit in præsupposito, quod creditor gerat personam cessionarii venditoris, cuius nomine hujusmodi fructus perebat ab emptore indebitè illos denegante, quia sive ad cedentem, sive ad cessionarium spectarent, semper ipse erat debitor, neque ille, qui vendiderat, se opponere, & sic omnino diversus erat casus à præfati, in quo nulla erat quæstio cum emptore, dictorum fructuum debitum non controvertente, sed erat inter debitorem priorem dominum vendentem, & creditorem.

Nullatenus verò in creditore concurrere videbatur dicti prædij venditi dominium, cujus ratione hujusmodi fructus tanquam ejus sequela debentur, non obstante dicta decreta adjudicatione, Tum quia illa erat conditionalis, quantum scilicet satisfactio sequi non potuisset ex pretio domus, ideòque conditionalis dispositionis non purificata prius conditione nihil ponebat in esse; Tum clarius, ex generali recepta propositione, quod sententia (ubi non est absolutio, seu trahens executionem ipso jure) sed exigit aliud factum post se, non transfert dominium, nec possessionem nisi post executionem, ex qua utrumque resultat, Gregor. dec. 546. nu. 19. Royas dec. 412. n. 6. dec. 172. n. 5. dev. 569. nu. 9. par. 5. rec. dec. 424. n. 2. p. 9. & in aliis.

Et in specialibus terminis sententiæ, seu mandati de adjudicando, ut non importeret adjudicationem, neque transferat dominium, nisi ejus effectu subsequuto, Grat. discept. 545. numer. 32. Buratt. decif. 124. numer. 12. ubi Adden. lit. A. plenè Rota dec. 248. num. 2. cum plur. seq. ubi concordantes, par. 10. rec.

Multò magis ac indubitanter in hac facti specie, ex duplici notabili circumstantia impeditiva translationis dicti domini, Una quod dictum mandatum de adjudicando, ut supra erat subsidiarium, seu conditionale, ideòque debebat prius certificari conditio, Et altera quia non agebatur de certa, cujus integra adjudicatio decreta esset, itaut ex tribus vulgaribus requisitis adjudicationis, seu dationis in solutum, cum terminis emptionis, & venditionis regulandæ, certitudinaliter concurrerent duo, nempe consensus, & certa res, unde solum dubitatio restringeretur ad tertium pretii certi, quod implicite juxta unam opinionem tale dici posset, utpotè relatum ad estimationem peritorum in genere, juxta ea, quæ in proposito venditionis factæ pro pretio à peritis æstimando habentur apud Merlin. decif. 567. alias dec. 172. parte 2. rec. & in sua materia sub tit. de emptione, & venditione.

Ita enim neque consensus erat certus, ut voluntatem, ut satisfactio prius sequeretur ex dicto altero pretio; Neque aderat res certa, cum mandatum esset adjudicari tantum ratam, quæ sub dicto credito caderet, absque distinctione loci, seu partis, unde incertitudo aderat, tam in quantitate, quam in loco, itaut si interim prædium prædictum non venditum chasmate perisset, seu aliàs deterioratum esset, peremptionis, vel deteriorationis periculum, non creditorem, sed hæredum, seu hæreditatis fuisset, & consequenter, cessantibus dominio, & periculo, nulla subesse videbatur ratio suadens pertinentiam dictorum fructuum, qui sunt domini, & periculi sequela.

Neque præmissis obstare videbantur firmata per Rotam d. dec.

de dec. 528. par. 2. rec. & in aliis collectis per Mangill. dicta quæst. 162. num. 13. & 14. quoniam omnes procedunt in terminis adjudicationis effectuata, mediante possessione, quam adjudicarius habuerit, itaut iste contenderet de se excusando à restituendis fructibus interim cum bona, vel saltem non mala fide perceptis, & hoc est præcipuum dictarum decisionum fundamentum, ut liquet præsertim ex d. decif. 528. par. 2. rec. & ex aliis coram Buratt. inter suas dec. 184. & 227. ubi de deliberatorio interim possidente, unde propterea non videbantur facere ad casum.

Dux autem considerationes ad favorem dictorum creditorum cadere videbantur, Una damnorum, & interesse ob illicitam alienationem, quam hæreses fecerant rei non suæ, utpote creditoribus jam destinatæ, & altera interesse lucri cessantis, fructuum scilicet, quos ex ipsis bonis percepissent, si adjudicatio per dictam alienationem non impedita effectum sortita esset; Verùm neutram mihi visum est subsistere, non quidem primam, quia non prohibetur debitor, etiam post pignus prætorium, vendere ejus bona, quæ exinde non desunt esse de ejus dominio, dummodo non fiat in præjudicium creditorum, quibus cum pretio ad id destinatum satisfactio intendat, Bart. in l. ubi pure, §. fin. ff. ad Trebell. Mangill. de sub. haest. q. 190. apud quem deducta in fine procedunt, ubi deliberatio, vel adjudicatio effectum sortita est; & habetur non semel in sua materia sub tit. de empt. & vend. præsertim in una Bononiam, ideòque cum hæreses suo jure usi sint, vendendo rem suam, nil illicitum commiserunt; ob quod ad damnorum refectionem teneri debeant.

Minùsque alteram, quia cum adhuc esset res in ambiguo non certificata conditionem, quod satisfactio sequi potuerit ex domus venditæ pretio, quod prius ad id destinatum erat, neque creditores declarassent velle ipsam rem præcisè, sequeretur non remanere bene justificatum necessarium requisitum damni emergentis, vel lucri cessantis, quod scilicet dicta venditio fuerit causa præcisæ, & immediata damni passi, vel lucri amissi, ut necessarium esset juxta opinionem, quam tenet Rota, & Curia, habetur frequenter in præcedentibus, Ideòque dum isti semper remanserunt in terminis puri creditoris pecuniarii, eis imputandum videbatur, cur non fecerint debitas protestationes, aliàsque cautelas adhibuerint, ob quas potuissent unum, vel alterum interese prætere, unde propterea requirentibus consuli, quod se concordarent eo meliori modo, quo possent, quia dum remanebant creditores pecuniarii, non poterant ex tali credito prætere accessiones absque usura, attenda præsertim opinione, in qua residet Romana Curia.

ROMANA INTERUSURIORUM  
PRO ANGELO ANDOSILLA,  
CUM VANNIO.

Casus disputatus coram A. C. & concordatus.

An, & quando emptori debeantur fructus recompensativi ad terminos l. curabit, pro pretio soluto venditori, qui rem non tradidit.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Dispositio l. curabit, sicuti procedit favore venditoris, ita etiam favore emptoris.
- 3 Consignatio cedula, seu ordinis directi banco an habeat vim solutionis.
- 4 Et cuius periculo cedat banchi decollio.
- 5 An adhi differantia inter cedulam, & ordinem.
- 6 De fructibus debitis emptori post passam evictionem.
- 7 Et quid si non est passus evictionem, quam prevenit, mediante solutione pecunie, an pro ista debeantur fructus recompensativi.

D I S C. XXV.

Vendidit Vannius Andosilla quasdam domos suorum majorum fideicommissio subiectas, recepto pretio mediante ordine directo Sac. Monti Pieratis, cum obligatione imperandi intra certum terminum derogationem Apostolicam fideicommissio, cui bona vendita subiecta erant. Cumque nulla sequita traditione dictarum domorum ob denegatum consensum aliorum interesse habentium, impossibilis esset dicta derogatio, itaut opus fuerit contractu recedere, atque hoc medio tempore plures decursissent menses, Hinc prætere cepit Andosilla, pro

pretio in dicto ordine contento, sibi debitos esse fructus recompensativos ad ratam illorum fructuum, quos percepisset ex bonis venditis, si contractus incontinenti effectum habuisset ex æquitate text. in l. curabit, C. de action. empti, & introducta causa coram A. C.

Pro actore scribens, fundatam dicebam ejus intentionem, 2 quia licet text. in d. l. curabit, loquatur favore venditoris contra emptorem retinentem rem & pretium, quasi quod rei venditæ dominium translatum sit sub conditione solutionis pretii, qua non impleta illud effingatur adhuc perseverare in ipso venditore, qui propterea fructus rei suæ petere dicitur tanquam antiqui domini sequelam, & continuationem, quæ ratio non militat in casu converso, cum emptor nunquam habuerit dominium, quod in rebus corporalibus non quaeritur sine traditione; Nihilominus magis communiter receptum est, atque ita passim servat forum, ut eadem æquitas procedat quoque in dicto casu converso favore emptoris, Vel ex ea eadem ratione, ut æquum non sit carere re, & pretio, Vel loco damnorum, & interesse ob non impletam traditionem rei venditæ, cum in odium non adimpletis actus habeatur pro gesto, ne morosus, seu aliàs proptiæ obligationi non satisfaciens, commodum ex delicto reportet in præjudicium alterius contrahentis innocentis, injuriati ob sibi non servatam fidem, Natta conf. 384. nu. 12. Surd. conf. 101. n. 26. Magon. dec. Lucen. 17. n. 31. & 34. Duran. dec. 34. nu. 32. Greg. dec. 337. n. 7. ubi Adden. num. 18. Leotar. de usur. qu. 27. n. 54. & seqq. qui omnes id firmant, five pretium solutum esset in toto, sive in parte, cum eadem ratio militet pro parte soluta proportionabiliter.

Scribentes in contrarium, non negabant hujus propositio- 3 nis veritatem, impugnabant verò applicationem ob non verificatam eam circumstantiam, quod venditor eodem tempore haberet rem, & pretium, dum in factu constabat ipsam nunquam exegisse ordinem à Monte Pieratis, ubi pecunia continuavit ad creditum, & sub nomine ipsius emptoris; Replicabam tamen, quod cum ipse venditor acceptasset dictum ordinem tanquam pro pecunia numerata, quoties in banco adest pecunia mandantis, itaut absque difficultate solutio incontinenti sequi potuisset, tunc per talem receptionem dicitur sequuta vera, & effectiva solutio, æque sibi imputet recipiens, ob quas exegerit, ut in proximis terminis cedula bancaria, ex theor. Bart. in l. solutus, ff. de solut. Gregor. d. dec. 337. n. 8. Rovit. dec. 35. n. 8. & dec. 88. num. 6. ubi dicit id ex omnium traditione verisimum, quoties cedula erat solvibilis, itaut si fuisset banco consignata, sequuta esset incontinenti solutio.

Et licet adduceretur in contrarium autoritas Galeot. lib. 4. 2. contror. 10. dicebam tamen de hac autoritate haberi non debere actionem, cum esset scribentis ad causam, seu pecuniam cum succumbentia, dum contrarium fuit decisum apud Rovit. decif. 35. ut ipsse Galeot. ingenue fateretur, ideòque rectè adaptabatur id quod dicit Franch. decif. 260. n. 5. & 6. quod ubi allegantur consilia, opus est videre decisiones in eis proditas; Unde propterea banchi periculum recipientis damno cedere firmatur in dictis decisionibus, ac etiam per Leotar. de usur. q. 59. n. 41. quia sibi imputet recipiens, cujus negligentia præjudicare non debet mandanti, qui justè credere potuit ordinem esse impletum, ideòque non curavit amplius pecuniam tanquam non suam exigere, aliàs exacturus.

Et quamvis in materia creationis censuum, ubi pro forma requiritur pecunia numerata, constitui videatur differentia inter ordinem, & cedulam, quoniam hoc secundo casu; ubi venditori, vel debitori traditur cedula, non potest amplius emptor, seu creditor, qui eam tradidit pecuniam exigere à banco, quod absque cedula restitutione non solvit, secus autem in simplici ordine, cujus exhibitione, & effectuazione pendente, liberum est mandanti exigere pecuniam in banco existente, ideòque satisfactum non dicitur formæ pecuniæ numeratæ, ut ita distinguendo firmavit aliquando Rota præsertim in Licien. census 18. Maji 1654. & 17. Maji 1655. Priolo, in Romana Salviani. .... 1666. & ..... 1667. Ortalora, & sæpiùs, ut habetur in materia sub tit. de censibus, in qua distinctione scribentes in contrarium magnum fundamentum faciebant, dum in præfati agebatur de ordine, non autem de cedula. Nihilominus ad effectum quæstionis intrare non videbatur dicta ratio differentiæ, quoniam cum post traditionem ordinis, emptor non potuisset absque delicto ( in dubio non præsumendo ) illam pecuniam jam alteri sic traditam exigere, regulando voluntatem à potestate, à qua in dubio voluntas metienda est, rectè dicere poterat se credentem ordinem esse impletum, neglecti-

se exactionem pecunie, quam aliis exegisset, & convertisset in emptiones, quibus destinata erat, illa tandiu otiosam non retinendo, Unde propterea licet de facto non verificaretur in venditore, quod eodem tempore haberet rem & pretium, Attamen id verificatum dicebatur in ipso emptore, qui sic re, & pretio caruerat, atque obfectionem in odium morosi non implentis a lege subintellectam, ut actus habeatur pro facto, recte dici poterat venditorem habuisse utrumque.

Difficultas tamen considerabilis erat in facto, quod scilicet factis verisimile ex eis circumstantiis videbatur, emptorem scivisse, quod venditor pendentes diligentius pro obtinenda derogatione non usus esset, nec uteretur, quinimo, quod nec uti poterat ordine predicto, ita conditionaliter concepto, Et quod magis est, interim idem emptor pecunia in dicto banco existente tanquam propria, & ad ejus liberam dispositionem in parte usus erat, plures ordines eisdem banco ditingendo, unde propterea vere dici non poterat caruisse, & pretio, atque ex hoc ab initio istam difficultatem insinuat eadem principali, qui licet maximus J. C. utpote alias primarius Advocatus, deinde Signaturæ justitiæ Decanus, attamen proprium interesse ut frequentissime contingit, intellectus aliquam fascinationem patiendi non acquiscebat, sed agnoscens eandem difficultatem haberi per iudicem, quamvis satis benevolam, acceperat talem qualem concordiam, qua mediante præfens controversia finem habuit.

In proposito autem hujusmodi fructuum, qui debentur emptori carenti re, & pretio, non dubitatur illos deberi post sequutam rei venditæ traditionem, quatenus deinde subsequntur evictio, cum tunc illi absque dubio debeantur tanquam damna, & interesse, sub evictione cadentia, Leonard. de usuris, qu. 36. nu. 16. & qu. 56. eodem num. Baratt. dec. 240. num. 9. & passim; Sed in una Tuderina census pro Cospano, de qua in sua materia sub tit. de censibus, difficultas fuit, quid ubi evictio verè, & de facto sequuta non est, sed emptor ut eam impediret, curavit concordiam cum vincente, mediante alicujus summæ pecuniarum solutione, an scilicet pro istis pecuniis d. fructus præstari possent, Et scribens pro emptore in Rota coram Taja adducebam in his specialibus terminis auctoritatem Fab. de Ann. conf. 15. n. 17. ubi refert decisionem Sac. Concilii emptori deferentem fructus, seu intersursura ad rationem 5. pro centenatio; Et Rota licet formiter istam propositionem non canonizaverit, neque tamen respuit, sed ex alio fundamento prodixit resolutio contra emptorem, dum questio non erat cum ipso venditore, sed cum tertio, ut ibi; Cogitabam tamen ardentia opinione, quam tenet Rota, & Curia de non dando interesse ex pecunia, nisi verificatis consuetis requisitis lucri cessantis, vel damni emergentis, posse de hoc dubitari, quia cum verè emptor non caruerit ipsa re, cujus evictionem ita fide, ac intellectualiter solum passus dicitur, esset in effectu percipere accessiones ex pecunia pro alio soluta non debitas nisi cum suis interpellationibus aliisque requisitis, ut habemus de fideiussore pro alio solvente cum similibus; Neque de dicta decisione Sac. Concilii magnam rationem habendam esse videtur, dum ibi requisita prædicta reputantur notoria, & habentur pro probatis, Attamen referavi maturum iudicium, quando præberet novæ disputationis occasio, quam adhuc non habui.

ROMANA PACTI

PRO CAMILLO DE MAXIMIS CUM MONASTERIO S. THERESIE AD QUATUOR FONTES.

Discurfus pro veritate.

An valeat, vel potius usurarium censendum sit pactum, per quod emens rem fructiferam dilata pretii solutione sub conventionem fructuum recompensativorum, prohibeatur ad certum tempus restituere sortem, atque se eximere à dictis fructibus; Et aliqua de fructibus prædictorum urbanorum, quomodo illi calculandi sint, ad effectum regulandi fructus recompensativos pretii,

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De causarum Patronis Romana Curia, & in qua differant ab Advocatis.
- 3 De opinione Theologorum improbatum, ut venditor

pendente solutione pretii obtineat fructus recompensativos.

- 4 De invaliditate pacti auferentis libertatem redimendi, ac restituendi sortem.
- 5 Improbatur opinio Theologorum, de qua nu. 3.
- 6 Declaratur conclusio, de qua num. 4. circa pactum auferens debitorem facultatem solvendi.
- 7 An possint creari census perpetui sine facultate redimendi.
- 8 Fructus recompensativi ex pretio non possunt excedere ipsius rei fructus.
- 9 Prædia urbana sunt naturaliter infructifera, & fructificanc per accidens.
- 10 Quomodo sit calculandus valor, seu fructus honorum.

D I S C. XXVI.

Amillus de Maximis Camera Apostolica Clericus, ac Patriarcha Hierosolymitanus, de anno 1664. emit à Monasterio Monialium S. Theresie ad quatuor Fontes palatium olim illorum de Marthæis, eidem Monasterio contiguum pro pretio scut. 17. mill. tunc solutis scuris 500. dilata verò solutione reliquorum 16500. ad annos 12. sub conventionem solvendi interim fructus recompensativos ad rationem quatuor pro centenatio & anno, cum pacto ut dicto termino durante, non posset emptor admitti ad solutionem dictæ sortis, atque ita invito Monasterio ab onere d. fructuum se liberare. Cum autem illinc ad quatuor annos emptor habens jam ab initio integrum pretium promptum in tot locis montium, sibi expedire dignosceret, vendendo loca montium, ab hoc onere se liberare, ac propterea coram Vicegerente, interpellasset Monasterium, à quo oppositum fuit de d. pacto. Hinc emptor prædictus, super dicti pacti validitate, antequam litem formalem assumeret, consuluit quemdam eximium Theologum, ac etiam alium doctum J. C. exercentem munus causarum Patroni, quod in Romana Curia etiam per doctissimos Juris Consultos ad aliud Advocati munus plusquam idoneos exerceri solet, cum in effectu classici causarum Patroni gerant eas partes, quas in aliis Europæ partibus gerunt Advocati, dirigendo causas, ordinando & compilando processus, necnon excitando motiva, munus verò Advocatorum Curie Romanæ sit respondendi solum de jure in decisionibus super præsuppositis, seu motivis excitatis per eosdem causarum Patronos, absque eo quod se ingerant in visura, vel ordinatione processuum ac aliis ordinata iudicii concernentibus, præterquam ubi ageretur de disputationibus, que in Curia frequenter haberi solent super concessione, vel denegatione remissionis, compulsiore, sequestri, alimentorum & sumptuum litis, ac appellationis suspensivæ. Unde constituere videatur quamdam tertiam speciem singularitatem, alibi ita putè non cognitam neque practicaram.

Theologi responsum fuit super conventionis usuraria infectione in genere, etiam sine dicta circumstantia pacti auferentis libertatem solvendi; sequendo sensum S. Antonini, Silvestri, Lessi, Filiucci, Azzorii, Rebell Layman, Megal. & aliorum Theologorum, seu Moralium, quorum eorumque fundamentorum magnam partem refert Leonard. de usur. qu. 27. quod scilicet cum rei venditæ dominium transferatur sit in emptorem, qui exinde subjacet ejusdem rei periculo, idcirco ipsius quoque debent esse fructus, Tum ex regula, quod res fructificat domino, Tum etiam quia ista dicitur domini sequela, sociata, seu connexa cum altera periculo, cumque jus venditoris redactum sit ad creditum pecuniarium, periculo non subiectum, quamvis ipsa res periret, seu diminutionem pateretur, ita resultat quod est percipere accessiones ratione temporis ex pecunia tanquam ex mutuo interpretativo, quod citra usuram fieri non potest, dum non urget ratio interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, cujus principale requisitum consistit in mora, in qua emptor, stante expressa & conventionali dilatione, dici non potest.

Alter verò Jurisconsultus, negligendo istud motivum, utpote in foro externo omnino rejectum, atque hodie disputatione indignum, quatenus tamen conventio adæquata sit ipsius rei venditæ fructibus de sui natura percipiendis, postque non excedat ex iis, que ad materiam h. curabit, habentur apud Leonard. d. qu. 27. ac frequenter supra præsertim disc. 17. & 18. Respondit de invaliditate pacti, utpote inductivi servitutis, in qua debitor invitus permanere cogatur contra naturalem libertatem, quodque propterea hujusmodi pacta auferentia redimendi libertatem, sunt illicita, & usuraria

raria adducendo deducta per Marin. in addit. ad Reverter. dec. 573. in fine, & Honded. conf. 33. n. 74. lib. 2.

Super eodem autem puncto ex parte emptoris, utroque responso communicato, pro veritate consultus; Quatenus pertinet ad validitatem conventionis fructuum, solutione pretii pendente, absque principio difficultatis ad hæc voto Jurisconsulti contra illud Theologi, utpote circa principium hodie absolutum in foro externo, de quo tantum forensium partes sunt respondendi, pro exclusione, vel respectivè inclusione usura, cum Ecclesia non iudicet de internis. Et ex qua præsertim ratione ut pluries in præcedentibus habetur, recepta propositio est, quod in hac materia usuraria, Canonistis potius, quam Theologis deferendum est, Potissimè verò in hac facti specie, in qua non solum urget ratio generalis convenientis cuiusque venditoris indefinitè deducta ex æquitate text. in l. curabit, C. de al. empti, ne scilicet emptor habeat eodem tempore rem & pretium; Ac etiam quia istæ nondicuntur lucrativæ accessiones, sed potius recompensativæ, seu restaurativæ illorum fructuum, quos alijs venditor ex re sua percepisset, ut pluries in præcedentibus. Sed etiam quia, ut pariter pluries in præcedentibus habetur, in puro quoque ac simplici mutuo prohibitum non est mutuantis, etiam ab initio pacisci de interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, ad certam quoque taxam determinato, dummodo tamen illud deinde alias quam per ipsorum contractantium conventionem, & assertionem justificatum remaneat; Quæ justificatio in hac facti specie concurrebat ab initio indaganda. Tum ex qualitate venditoris, quod scilicet erat Monasterium monialium, à quo istud pretium rei stabilis alienatæ in alios usus converteri non poterat, sed per necesse erogandum erat in acquisitiones stabilium, vel censuum, aut locorum Montium, quorum occasiones ad istam moderatam rationem quatuor pro centenatio de tempore contractus erant absque dubio promptæ & notoriæ; Tum etiam quia ex pacto, ob ipsius emptoris cautelam, ita dictum pretium investendum erat in casu solutionis, unde propterea ex ista quoque ratione validitas conventionis in genere remanebat omnino plana.

Quo verò ad alterum responsum J. C. se restringentis ad invaliditatem pacti auferentis redimendi libertatem, pariter in diversa sui sententia, quoniam hujusmodi pactorum infectio, quam hodie receptam habemus in censibus signativis constituitur ad præscriptum Constitutionis Pii V. provenit solum ex eadem Constitutione, per quam tanquam per legem novam damnantur tanquam usuraria omnia pacta quomodocumque redimendi libertatem restringentia, atque in his terminis loquuntur Cenc. & eperi, cum quibus procedit de Marin. in add. ad Reverter. d. dec. 573. cum alijs per Leonard. de usur. quest. 67. ubi de articulo, an hujusmodi pacta vitient, vel potius vitentur, atque omnino probabile, ac receptum est, utpote accidentalia vitari, & non vitari, ut occasione pacti restrictorii haberetur in sua materia sub tit. de censibus; Circumscripta verò ista lege nova, attentisque terminis juris communis, etiam in censibus, aliisque venditionibus cum jura redimendi, prohibitum non est creati census perpetuos & nunquam redimibiles, multò magis redimendi facultatem restringi intra certum tempus, ut rejecta opinione Hostiens. & aliorum dubitantium, ac amplectendo opinionem Baldi, magis communem, & receptam firmant Constantius ad 3. lib. Codicis, sub tit. de fiscal. usuris, lib. 10. num. 40. de Marin. resol. 160. num. 7. & 8. lib. 2. & in eisdem addit. ad Reverter. d. dec. 573. Rovit. decis. 33. Leonard. q. 41. n. 1. & n. 21. cum seqq. ubi de non prohibita concessione rei sub censu reservativo etiam perpetuo, & non redimibili; Et de censu signativo ante Bullam Pii firmavit sæpius Rota, præsertim decis. 394. post Cenc. de censibus, 8. decis. 8. & 51. par. 8. rec. & in alijs.

Quare isto quoque motivo neglecto. atque respondendo ultra petita, prudentialiter dixi aliud exequendum esse motivum reformationis dictæ conventionis fructuum, dicta reciproca dilatione pendente, quod scilicet juxta opinionem in Curia præsertim receptissimam, de qua in Baren. disc. 17. & in Lucana disc. 18. & in alijs frequenter, illi excedere non possint metam, seu ratam fructuum ex ipsa re vendita percipiendorum, atque ad eorum limites, Unde propterea, aut Monasterium perseverare volebat in contractu, aut non; Si volebat, cogebatur pari dictam moderatam, quæ Monasterio non expediebat, cum ipsius rei fructus vix excederent duo pro centenatio, & postea incontinenti investire pretium in loca montium, vel census tutos, ad quatuor, vel parum minus, & si volebat ex motivo cessantis præsuppositi, ita obtinebatur debitoris intentum, à creditore

potius desiderandum, & petendum, & sic erat species diversionis militaris.

Quod autem ipsius rei venditæ fructus essent longè minores, clarè probari observabam, quoniam prædia urbana dicuntur naturaliter infructifera utpote de sui natura nullum fructum producentia; Et quamvis habitando, vel locando, fructus ex iis percipi dicatur, Attamen dicitur fructus accidentaliter, quatenus scilicet locentur, & ad limites pensionis, pro qua locari solent, ut decis. 95. n. 2. & 143. in fine, post Merlin. de pignor. quarum secunda est repetita decis. 21. p. 10. nec. apud Otthob. decis. 193. n. 7. cum seqq. & frequenter in alijs, ac in specie domorum habetur supra in Baren. census, disc. 17. & in decisionibus in ea causa editis, Quamvis autem quando istud palatium locatum fuit, ejus pensio esset talis, quod habita proportionem ad pretium ut supra convenit, importaret fructus ad dictam rationem scutorum quatuor pro centenatio, vel parum minus, non tamen exinde resultabat tanti rem fructare, quoniam ut receptum habetur apud beneficialistas, præsertim Lorther. lib. 1. qu. 38. ac habetur frequenter in sua materia sub tit. de beneficijs, ac sub altero de pensionibus, ad regulandum fructum deducendæ sunt in primis impensæ, & onera, cum fructus dicatur ille, qui superest, & à Domino percipitur his deductis, Ac ulterius faciendæ est decem, vel saltem plurtium annorum, ex peritorum iudicio peraquatio, calculando annos steriles, & uberes, ad effectum inspiciendi, quis facta peraquatione dici valeat fructus verisimiliter certus, & continuus, quæ distinctio sterilitatis, vel ubertatis in urbanis intrat, habita ratione temporis, in quo respectivè habent conductorem, & non habent; Unde cum hæc domus, ratione facta à relicto habitato distantis, & incommodi, juxta retroactam decennalem experientiam, frequentius esset sine inquilino, idcirco facta peraquatione temporum, in quibus vacua, vel respectivè plena stare consuevit, pensio vix excedebat duo pro centenatio.

ROMANA FRUCTUUM PRO DUCE CAFFARELLO CUM CHRISTOPHORO CINCIO.

Causa pendet in Rota.

Si emptor deposuit pretium, & deinde ex nova conventionem illud in toto, vel in parte ad eum pervenit ex causa depositi, An pro eo tempore, quo habuit pretium in manibus, teneatur ad usuras recompensativas; Et aliqua de taxa fructuum honorum feudaliu, vel jurisdictionalium discretivè ab allodialibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Emptor etiam sine mora tenetur ad fructus recompensativos.
- 3 Fructus honorum feudaliu & jurisdictionalium taxantur ad duo cum dimidio.
- 4 Declaratur quando id procedat, & de differentia inter bona jurisdictionalia Status Ecclesiastici, & feuda Regni.
- 5 Emptor potest esse pretii depositarius.
- 6 Ubi pretium convertitur in alium contractum, vel causam debendi non intrant fructus recompensativi.
- 7 Si emptor repetit pretium solutum, habetur, ac si non solvisset, & debentur fructus.
- 8 An census reviviscat si pecunia à creditore advocatur.
- 9 Declaratur quomodo & quando procedat conclusio, de qua num. 7.
- 10 In materia usuraria spectatur solum interesse credito ris

D I S C. XXVII.

Archio Joannes Petrus Caffarellus de anno 1614. emit à Joanne Baptista, & Christophoro de Cincijs castra Filerti, Altergi, & Peschii majoris in Abrupto pro scutis 16. m. ex quibus 4. m. erogari debentur pro eisdem castris recuperandis à manibus Regij Pesci Neapolis, & reliqua 12. m. deponi in Sac. Monte Pietatis Urbis pro investimento ad cautelam emptoris, quod in omnibus adimplerum fuit, atque cedula depositi producta fuit in Sac. Conf. Neapolitano ad removendas creditorum oppositiones, ob quas dicta cedula impedita fuit, & successivè pecunia sterit otiosa usque ad annum 1629. quando venditores, ac etiam credi-



tores constituerunt procuratorem Ducem Gasparem Cassarellum dicti Antonii filium, & heredem ad recuperandam dictam cedulam; Dicitur recuperatione sequuta, devenitum est ad novam conventionem, quod ex dictis scur. 12. m. solvi deberent liberè sc. 6. m. quibusdam creditoribus 4. m. ipsi venditoribus, & reliqua 2. m. remanere deberent penes ipsum Ducem, donec venditores illa investirent in bonis stabilibus, censibus, vel locis montium pro multiplico faciendū usque ad integrum valorem pro cautela evictionis.

De anno autem 1637. praefati venditores pulsaverunt Ducem ad reportandam pecuniam ad Montem Pietatis ob promptam occasionem investendi, atque pro tempore quo post interpellationem fuit morosus, sponte & absque contraditione solvit fructus recompenfativos ad rationem quinque pro centenatio; Verum post diuturnum spatium, de anno scilicet 1655. Christophorus superstes pulsavit eundem Ducem coram A. C. & obtinuit mandatum pro fructibus temporis antecedentis, ab anno scilicet 1629. ad 1637. Commota verò causa in Rota. cum clausula, si quid exequendum, praetendentes actore ob lapsum fatalium appellationem esse desertam, atque super hoc habita disputatione in Signatura, rescriptum fuit eidem Rotae de causa restitutionis in integrum, unde propterea datum fuit consuetum dubium, An constet de re judicata, vel patris de causis restitutionis in integrum, quod hucusque disputatum non fuit, & pender.

In unica igitur disputatione habita in Signatura, in qua solum scripti, cum in hoc Tribunali obiter & pro gustu deduci soleant merita negotii principalis, Dicebant scribentes pro actore, de plano fundatam esse eius intentionem in receptissimam; hodièque satis vulgari conclusione, de qua frequentius in precedentibus, quod scilicet emptor pro tempore, quo habuit rem & pretium, etiam sine mora, quinimò etiam iustam causam habuisset non solvendi cessante dilatazione conventionali, quae dicitur pars pretii teneatur solve venditori usuras ad limites fructuum ipsius rei, tanquam istorum recompenfativas, eorumque loco subrogatas.

E converso senior Ducis rei conventi Advocatus, cum crederet dictorum fructuum, seu usurarum debitum in genere ob dictam receptam conclusionem evitari non posse, tam scribendo in signatura, quam in congressu pro directione habito, insistebat principaliter in minori dictorum fructuum taxa, ex eo quod cum ageretur de fructibus, & bonis jurisdictionalibus, illa dicerentur magis pretiosa in duplo supra allodialia, & consequenter, quod cum fructus bonorum allodialium indifferenter juxta receptam glos. in aub. perpetua, C. de Sacros. Eccles. taxantur ad quinque pro centenatio, hujusmodi fructus bonorum feudaliū & jurisdictionalium taxari deberent ad duo cum dimidio, juxta punctualiter firmata in terminis cujusdam feudi Regni Siciliae ultra per Rotam in Messanen. feudi coram Merlino inter suas dec. 702. repet. p. 7. rec. dec. 94. n. 57. Atque ex hoc interferebat ad magnum commodum emptoris, ita liberationem a presentis debito obtinentis ob imputationem, seu repetitionem fructuum à dicto anno 1637. citra excessivè solutorum ad dictam rationem quinque pro centenatio.

Diversa erat mea sententia, idèdque principaliter insistebam in negando hujusmodi fructuum debitum in genere, dum eo admisso, periculosum reputabam dictum alterum motivum, adverteudo quod in d. dec. Merlini processum videbatur cum aliquo aequivoco circa taxam fructuum bonorum feudaliū & jurisdictionalium ad rationem dimidiatam juxta decisionem 103. Seraphini, & in Viterbien. 11. Maji 1612. coram Saerato, cum quibus ibi proceditur. Quoniam ut advertitur in Romana legitimam, sub tit. de feudis, disc. 19. id rectè procedit in castris & bonis jurisdictionalibus Status Ecclesiastici, nedum quia propter prohibitionem Bullae Pii V. de non infeudando, nimis rara sunt, & consequenter magis aestimabilia hujusmodi bona feudalia, & jurisdictionalia, potissimè ob majorem pecuniarum affluentiam in Urbe, ubi continuaè habentur immutationes à statu privato ad illum Baronum & Magnatum primi ordinis, cum satis notabili alteratione; Sed etiam quia hujusmodi castra & bona jurisdictionalia retinenti solum illam remotam, & impropriam feudalitatem, quae juxta plenè deducta in celebri cons. 1. Spade lib. 1. inesse dicitur ad removendum verum et purum allodium, in quo nemo recognoscitur nisi Deus, pro dominio, ac superioritate Papae; In reliquis habent naturam allodialium, atque sunt liberae dispositionis, tam in vita, quam in morte, cum transmissibilitate ad quoscumque ad instar aliorum bonorum indifferenter, adiecta solum à temporibus Sixti V. citra prohibitionem alienandi inter vivos sine beneplacito Apostolico; Quae omnia cessant in hu-

jusmodi feudis Regni Neapolitani, Tum ob eorum magnam copiam, cum totum Regnum sit infeudatum; unde propterea vilescunt, juxta ea quae de hujusmodi infeudationibus incidenter habentur in Meleolitana, seu Valentina habitus, sub tit. de praerogative, disc. 32. Tum etiam ob minorem in ea regione pecuniarum affluentiam; Et fortius ob onera illis feudis incumbentia, tam ad opus, quam servitii personalis in occurrentiis, atque ob nimis restrictam successione cum facili devolutione; adeo ut plurimum sententia sit, qualiter feudalem minuire de vero rei valore, ut advertitur in d. Romana legitimam, disc. 19. sub tit. de feudis; Quod etiam docet praxis in eodem Statu Ecclesiastico, dum illa castra, quae possidentur cum investitis feudaliibus, subiecta devolutioni, & cum onere aliquis annuè recognicionis, aestimantur multò minus quam alia, quae habentur juxta naturam allodialium ut supra; Et sic dicta taxa quinque pro centenatio non erat incongrua, dum ad eam rationem, & fortè majorem hujusmodi feuda vendi solent, praesertim attenda parum felici qualitate, tam ipsorum castrorum, quam provinciarum, cum per illos Regios Tabularios, ad quos pertinet; inspectis istis circumstantiis diversimodè feudorum aestimationes fieri soleant, atque distinctè considerentur pro majori, vel minori pretio.

Solidum ergo motivum mihi videbatur alterum negandi dictum debitum in genere, quodque nullatenus intraret dispositio text. in l. curabit, C. de ali. empr. quoniam emptor tanquam emptor jam ejus obligacionem impleverat, atque praerium solverat, mediante verò & effectivo deposito in banco ut supra; Et consequenter soluta fuit omnis ejus obligatio; Causa verò debendi summam, pro qua hujusmodi fructus praetendebantur, erat omninò diversa ex novo, & diverso titulo, seu contractu depositi, pro quo in jure cautum est nullas accessiones pro pecunia deposita deberi; Neque implicat eundem emptorem loco banci subrogari posse, atque gerere personam depositarii diversam ab illa emptoris, ut in specie apud Giurb. dec. 87. n. 35. & admittitur 7 sup. in Senen. fructuum, disc. 23. quatenus titulus depositi verificaretur; Si enim habemus, quod etiam absque vera & effectiva solutione, sed solum ob illam fictam & intellectualem, quae ex juris dispositione inesse dicitur in novatione, seu conversione debiti in aliam causam, seu alium contractum, cessat cursus hujusmodi fructuum, solumque praetendi possunt illae accessiones, quae ex novo contractu legitime resultant, Socc. cons. 130. n. 18. Taltay. alleg. 16. n. 36. Leotar. de usur. quest. 27. num. fin. multò magis, ubi vera & effectiva solutio sequuta est, cum explicita conversione ad diversum titulum depositi, seu retentionis pro cautela.

Unica verò difficultas, quam respectu ad veritatem, cogitabam desuper cadere posse, consistere videbatur in eo, An dicta recuperatio deposite imporraret resolutionem actus, ac reductionem causae ad non causam, perinde ac si ille nunquam sequutus esset, magis quam novationem, seu conversionem in novum contractum, quo casu perseverare diceretur prima causa debendi ex titulo emptoris, quia datum non dicitur id quod deinde avocatur, feu repetitur, ut per Negulant. de pignor. 5. part. princ. membr. 3. par. 2. n. 27. Trentacin. lib. 3. var. resol. 22. vers. non requiritur, Faber. in C. lib. 4. tit. 24. de fin. 37. n. 9. Leotar. de usur. q. 84. n. 44. & seqq. atque in idem conferunt firmata per Rotam in Romana cens. 24. Novembris 1638. coram Ghislerio cum aliis in Romana reviviscentiae censuum sub tit. de feud. ad materiam Bullae Baronum disc. 81. super reviviscentiae censuum, vel prioris causae debendi, non obstante vera & effectiva solutione, si pecunia soluta deinde avocatur.

Verum licet, ob non sequutam formalem disputationem, maturum iudicium desuper efformari non potuerit; Atamen in hoc statu, cum sensu etiam veritatis, credebam difficultatem non intrare, dictosque fructus non deberi, ex dupli fundamento; Primò quia dicta conclusio procedit quando causa reducitur ad non causam, seu solutio resolvitur ex conditione, quae ipsi solutioni inest, ut est in casu, de quo in d. Romana reviviscentiae censuum, quod scilicet creditor reciperet pecuniam non liberam, sed cum cautione de restituendo prioribus & posterioribus, & ad omne mandatum, &c. quo casu dicitur recipi sub conditione resolutive, qua purificata actus resolvitur, ac habetur pro infecto; Sive magis ad rem nostram, quando depositum ita conceptum est, quod repositum sit in libertate deponentis illud voluntariè & pro libito reassumendi, juxta ea quae in hac materia facultatis reassumendi pecuniam depositam habentur in Romana depositi, seu census 28. Junii 1645. & 26. Januarii 1646. Melrio, quarum prima est decif. 267. post Zacch. de oblig.

oblig. & in his terminis loquuntur DD. apud Leotar. d. qu. 84. n. 44. & seq. quod in praesenti dici non poterat, dum depositum fuerat perfectum & judiciale, atque post longum intervallum reassumptum fuerat per emptorem, non jure suo, sed tanquam mandatarium venditorum.

Et secundo ob formalem novationem prioris contractus, cum notabili diminitione cautele emptoris, investiendo solum sc. 2. m. ac liberè dando reliqua 12. m. quae investiri debebant, idèdque dicebam emptorem huic adeo praediciali novae conventioni assensum praestitisse, intuitu sperati commodi ex retentione dictae summæ residualis absque usurarum cursu, donec sequeretur investimentum, ita unum incommodum cum altero commodo compensando.

Eoque magis in hanc sententiam deveniebam, ponderando quod nullum concurrebat interesse venditoris, dum interim & donec ipse de investimento sollicitus fuit, adhuc pecunia steritisset otiosa in monte Pietatis, vel alio banco, cujus loco sitisset emptor subrogatus fuerat, atque in materia usuraria spectatur solum interesse creditoris, non autem quid debitoris intersit, Leotar. q. 32. n. 21. & q. 96. n. 7.

Magnum fundamentum ex parte actoris constituebatur in observantia ejusdem Ducis, quae dicebatur optima interpres, dum à dicto anno 1637. voluntariè solverat hujusmodi fructus, sed non videbatur motivum considerabile ob diversae facti circumstantias, dum ab hoc tempore citra, stante interpellatione super prompta occasione investimenti, intrabat haec obligatio, non ex ratione text. in l. curabit, sed in altera damnorum, & interesse ratione mora, & sic longè diversa ratio militabat.

NEPESINA PRO ALEXANDRO REGULO CUM FRANCISCO ZAGAROLO

Responsum pro veritate.

An conveniri possit de fructibus recompenfativis, pendente solutione quantitatis promissae per transactionem initam ratione litis vertentis super bonis stabilibus fructiferis.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 Pro debito quantitatis non debentur usurae.
3 An transactio veniat sub nomine prohibita alienationis, & exigit eandem solemnitates, quas alienatio.
4 Declaratur conclusio, de qua num. 2. ut non procedat in quantitate per transactionem conventa pro lite super bonis fructiferis.
5 De rationibus, quibus conclusio immititur.
6 Obtinens aliquid per transactionem non obtinet jure novo, sed antiquo.
7 An & quando legitima relicta in pecunia, debeantur fructus.
8 Quod per transactionem interesse conveniri possit ad majorem rationem, quam fructuum rei, & de ratione.

D I S C. XXVIII.

Mota lite per Franciscum Zagarolum super immisione ad vineam, aliaque bona possessa per Alexandrum Regulum, tanquam subiecta fideicommissio ordinato per Francisci actoris majorem, devenitum est ad concordiam, per quam Alexander reus & possessor se obligavit intra certum tempus solve Francisco actori certam quantitatem pecuniarum, ejusque solutione pendente conventum fuit de fructibus recompenfativis ad rationem quinque pro centenatio & anno; Cumque ex dictis fructibus discursis, partim solvisset, partim verò deberet, ex consilio cujusdam jurisperiti de partibus, praetendere cepit Alexander non teneri ad eos, qui soluti non fuerant, atque solutos tanquam usurarios imputandos esse in fortem, ex eo fundamento, quod ageretur de pecunia de sui natura sterili, ex qua citra usuram non obstante conventioni, cessante contractu, velbitu accessione justificativo, indubitatum est istos non deberi, atque solutos imputandos esse in fortem ipso jure; non autem actione repetitionis indebiti juxta opinionem, in qua residet Rota, & Curia, ex deductis dec. 69. p. 9. rec. & passim, cum sit hodie principium absolutum.

Neque obstat dicebat Consultor, quod dicta pecunia contractum deducta esset ex transactione pro juribus competens super bonis stabilibus fructiferis, quoniam cum

Franciscus actor dicta bona non possideret, dici non poterat, quod se privafer fructibus ex bonis interim percipiendis, quodque alter contrahens non soluto pretio oblineret fructus ex re non sua, unde propterea intraret ratio, cui innixa est aequitas deducta ex text. in l. curabit, C. de ali. empr., dum Franciscus nihil possidebat, Alexander verò possessor continuavit percipere fructus jure proprii domini & possessionis, ut antea, & sic agebatur de pura quantitate in contractu deducta, ut possessor ita tolleretur molestias, atque sui juris confirmacionem obtineret, absque eo quod novum dominium, novamque possessionem acquireret.

Ad quod probandum, cum non modica allegationum congerie, deducebat ea, quae habentur per DD. in quaestione, an prohibita alienatione, prohibita sit transactio, & in qua quaestione exceptis bonis Ecclesiae, in quibus ex quadam peculiari ratione, juxta opinionem in Rota & Curia receptam indefinitè ad validitatem exigitur beneplacitum Apostolicum, ut frequenter in sua materia, sub tit. de alienat. in reliquis, magis communiter procedi videtur cum distinctione trium casuum; Primò scilicet ubi alienare prohibitus possidet bona, quae recepto pretio, vel alia recompenfa colliganti per transactionem dimittit; Secundò ubi possidet & non dimittit, sed aliquam summam pecuniarum colliganti promittit cum ipsorum bonorum prohibitorum obligatione; Et tertio ubi non possidet, sed à colligante possessore pro juribus in litem deductis aliquam obtinet quantitatem, ut primo casu dicatur alienatio prohibita, & exigit solemnitates, quae in alienationibus bonorum de jure communi, vel municipali juxta subiectam materiam requiruntur, secus autem in secundo & tertio, ex iis, quae habentur insinuata in materia in Camerinen. Castror. sub tit. de feudis disc. 49. & d. tit. de alien. & contrati.

Quare desuper ex parte ejusdem Alexandri pro veritate consultus, contrarium dixi probabilius videri, pro validitate scilicet conventionis, idèdque consulti, quòd à susceptioe litis abstinento, ob illam jam extrajudicialiter comminatam, curaret eo modo, quo melius posset, cum creditore se concordare; Quicquid enim sit de veritate dictae distinctionis super quaestione, an & quando transactio veniat sub prohibita alienatione ad effectum solemnitarum, sive alterum obligandi successorem venientem jure proprio independentem à transigente, super quibus juxta laudabilem Curiae stylum, superfluas, seu ad rem praesens non facientes evagationes, abhorrentem non immorabor; Ad praesens tamen effectum, de quo agebatur, cum is esset super bonis stabilibus fructiferis, non jure crediti, sed jure vendicionis, debebam omninò verius videri pro qualitate, quae per transactionem promittatur actori loco jurium super talibus bonis competentium, intrare eandem aequitatem, seu rationem text. in d. l. curabit, C. de action. empr., & consequenter pendente solutione licita remanebat conventio factuum recompenfativorum in summa verisimili, ac ipsorum bonorum fructibus proportionata juxta Canonistarum in foro receptissimam opinionem, quidquid Morales dubitent ex deduct. per Leotar. de usur. q. 27. ac pluries in precedentibus ead. tit.

Idque probabam auctoritate & ratione; Auctoritate scilicet speciali Leotar. q. 43. n. 13. vers. ramesi, ubi in specie licite conventionis hujusmodi fructuum pendente solutione quantitatis promissae per transactionem occasione litis super bonis stabilibus fructiferis; Quod etiam pro rata bonorum, vel jurium fructiferorum admittitur per Rotam in Viterbien. transact. coram Celso inter suas dec. 277. & 291. & plenius in aliis, in eadem causa editis coram Verospio, Albergato, & Taja, de quibus supra in eadem Viterbien. transactionis, hoc tit. disc. 15.

Et ratione, quoniam transactio dicitur species rei iudicatae ad text. in l. non minorem, & l. fratres, C. de transact. cum vulgatis concordantibus, quod scilicet ita partes concorditer evitando dubium litis eventum, ejusque incertam, aetam cum omnimoda unius ex eis iactura, eandem jure decidunt, ex bonis controversis, partim dimittendo, & partim retinendo, tanquam per speciem divisionis, unde resultat recepta & frequens conclusio, quod ille qui per transactionem bona obtinet, vel retinet, non dicitur obtinere jure novo, & ex contractu ab altero colligante, sed de jure proprio & primævo per quamdam remotionem oblatam ad notat. & Bart. Castren. & alios in l. profundo, Cod. de transact. Molin. de primog. lib. 4. c. 9. nu. 22. in fin. ubi Aden. Noguerol. alleg. 37. n. 4. Rot. dec. 306. nu. 6. p. 6. rec. frequenter; Et consequenter resultat, quod illa quantitas, quae uni ex transigentibus promittitur, dicitur pretium portiones ipsorum bonorum, ita occultato alio contractu emptoris & vendi-

tionis eorumdem bonorum pro rata conventa quantitati proportionata, qua dicitur ipsorum bonorum pretium, id est; intrant terminis, seu dispositio dicti textus in l. curabit; Ut si simili & in proposito habemus in materia fructuum legitima, qui non debentur, ubi bona, ex quibus illa debetur, sunt sterilia, puta consistentia in pecunia & mobilibus, ac nominibus debitorum &c. juxta vulgares decisiones in Romana legitima del Nera coram Otthob. inrer suas dec. 38. & 81. sed si assis hereditarius parentis consistat in bonis fructiferis, ad quorum scissuram evitandam, filio non contradicenti relinquantur legitima in quantitate, pro ista donec solvatur, debentur etiam, citra usuram, accessiones, seu fructus tanquam recompenfativi, cum ita occultari dicatur implicitus contractus emptionis & venditionis, dictaque quantitas dicatur pretium ipsorum bonorum, & consequenter intrat ratio, seu aequitas dicti textus in l. curabit, ut tanquam abolutum admittitur apud Otthob. d. dec. 38. & 81. & in specie advertitur per Leotar. qu. 18. nu. 19. & seqq. Staiban. de interesse, lib. 2. tit. 2. quod. n. 10. Rot. dec. 186. post Pacific. & sepius, cum sit distinctio hodie in foro plana, & habetur subrit. de feud. disc. 108.

Intrantibus autem terminis d. l. curabit, caderet solum difficultas, an taxa conventionalis ad aequata esset fructibus ipsorum bonorum, quos ut saepe in praecedentibus, excedere non potest, non confitendo de alio interesse extrinseco lucris cessantis, vel damni emergentis; Verum observabam istam difficultatem cadere in contractu emptionis, & venditionis, in quo agitur de totius rei pretio, scilicet in contractu transactionis, in quo incertum est pro qua bonorum parte quantitas conventa sit, cum bona partim dimittantur, & partim ut supra in aequivalentibus obtineantur, & consequenter ille major fructus esse potest pars pretii, quodque hoc intuitu minus datum, vel promissum sit de sorte principali.

MARSIANA LEGATI PRO THOMASETTIS CUM PP. CONGREGATIONIS SCHOLARUM PIARUM.

Causa disputata coram Arbitris.

An & quando pro legato quantitatis debeantur per heredem morosum usurae, seu accessiones, praesertim ubi agitur de legato ad favorem Ecclesiae, vel pie cause, & quando in his legatis intret ratio interesse lucris cessantis, vel damni emergentis.

S Q U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Usura legatorum statuta de jure civili sunt hodie correctae de jure canonico.
3 De morat irregulari favore Ecclesiae, vel pie cause, & quod etiam favore pie cause non debeantur usurae pro legato quantitatis.
4 Quando haeres investit pecuniam legatam in occasiones fructiferas, tunc fructus debentur legatario.
5 Contrarium dicitur verius.
6 In materia usuraria attenditur interesse creditoris, non autem debitoris.
7 De ratione ob quam verius creditur id quod habetur n. 5.
8 Acquisitiones factae per heredem gravatum de pecunia hereditaria, cui acquirantur.
9 Quid de more erogante pecuniam pupillarem in mercimonia, & negotiationes.
10 De here de gravata negotiante pecuniam hereditariam an faciat suum lucrum.
11 De auctoritate Gratiani, quando ei deferendum sit.
12 Declaratur conclusio, de qua num. 4.
13 Doctores sunt intelligendi juxta doctrinas, quas allegant.
14 Quando pro legato quantitatis concurrant usurae, vel fructus favore Ecclesiae, vel pie cause.

D I S C. XXIX.

Thomasetus, scriptis haeredibus ejus ex fratre nepotibus, illos gravavit ad solvenda seuta ro. mill. retrahenda ex quibusdam nominibus debitorum, & fructibus locorum montium pro constructione conventus PP. Congregationis Scholarum piarum, alios Religiosos vocando, quatenus isti PP. nolent, vel non possent dictum conventum fundare; Cumque inter dictos, & alios Religiosos subsidiari vocatos, lites & controversiae plurimum annorum

spatio habitae essent, haeres autem, vel ipsosmet fructus, vel nomina debitorum exacta, & per testatorem ad id destinata investissent in loca montium Urbis, vel pecunias ita exactas in alios usus convertendo, assignasset tot eorum loca montium, ex quorum retractu, quando ad fundationem deveniendum esset, dicta quantitas prompta haberetur, post dictam litem finitam ad favorem dictae Congregationis, solumque legatum in sorte principali cum dictorum locorum montium pretio, praetendere coeperunt dicti PP. fructus temporis intermedii, aliasque praestiones excitarunt, illam praesertim domum, in qua testator destinaverat dicti Conventus constructionem, quamvis illa in alio loco sequuta esset, & de qua haberet actum in eadem Marsicana legati, sub tit. de legatis; Licitisque differentiis in duos Praelatos compromissis, in disputationibus coram eis habitis.

Scribentes pro dictis PP. actoribus, procedendo cum opinionibus in Romana Curia receptis, ut scilicet hodie correctae per jus canonicum dispositione juris civilis toto titulo, C. de usuris legatorum, pro legato quantitatis, nulli fructus, nullaeque accessiones ratione solius morae regularis, vel irregularis debeantur, nisi concurrant alias requisita legitime justificata interesse lucris cessantis, vel damni emergentis, ut de praedicta juris civilis correctione, caeteris allegatis advertitur per Leotar. de usuris, qu. 18. nu. 1. & seqq. & per alios, de quibus infra, etiam si ageretur de legato ad favorem Ecclesiae, vel cause pie, non obstante dispositione text. in l. Sancimus. C. de Episcop. & Cleric. contento solum in Codicibus modernis, sive Ecclesiae, ac pie cause & privilegio deducto ad instar minoris, vel pupilli; ex his quae plene habentur apud Rovit. dec. 90. & Leotar. q. 82. n. 4. cum seq. cum id procedat in ordine ad moram irregularem absque interpellatione per heredem contrahendam, quae tamen sola juxta opinionem, quam firmiter tenemus in Rota & Curia, non sufficit, nisi alia requisita lucris cessantis, vel damni emergentis concurrant, etiam respectu minorum, vel pupillorum, cum usurae pupillares a jure civili decetate per jus canonicum quoque correctae sint, ex deductis per eundem Leotar. qu. 74. & 75. Unde propterea quicquid in contrarium in his materiis teneant Regnicolae, & alii sola mora contenti, non desiderantes extrinsecam, ac specialem justificationem aliorum requisitorum positorum per Castr. in l. 3. ff. de eo quod certo loco, admittentem regulam negativam, agnoscendo in hac parte veritatem.

Constituunt tamen fundamentum in limitatione tradita per Gratian. discept. 668. n. 22, ut scilicet id non procedat, quando pecunia legataria praestanda per heredem investita fuerit in loca montium, vel ad alios effectus fructiferos, ut tunc, cum haeres agat de lucro captando, magis quam de damno vitando, contrarium dicendum sit, quod etiam advertit Maranta jun. resp. 20. nu. 28. par. 1. quae doctrina tanquam speciales juxta currentem usum magnam impressionem faciebant.

His tamen non obstantibus mihi, etiam in sensu veritatis, in hac facti specie, ob ejus circumstantias, contrarium verius videbatur, dum, nec expressa, neque tacita voluntas testatoris, minisque natura legati exigebant investitum, sed potius excluderent, quoniam hujusmodi pecunia convertenda erat in fabricam conventus, & sic in dies manualiter & numerato eroganda in operarios & cementa, ideoque nil intererat legatarii pecuniam investiti; Atque in materia usuraria, verum, receptumque principium est, spectandum esse interesse creditoris, non autem debitoris ex deductis per Leotar. qu. 32. n. fin. & qu. 96. n. 1. cum seqq. & alibi Noguezol. alleg. 22. ac habetur pluries in aliis hoc eod. titulo; Non enim ex eo, quod debitor morosus aliquam utilitatem ex pecunia solvenda reportaverit, resultat, quod creditor, non concurrente titulo usurarum, seu accessionum justificativo, istas assequi valeat.

Alia etiam magis convincenti ratione ponderata, quod legatarius, non obstante dicto investimento, istoque recusato, quoties cessat testatoris praecipuum, quandocumque petere potest quantitatem in pecunia, atque dicere heredi, quod non debebat investire, eidem heredi referendo quodcumque investimenti damnum, vel periculum. Quod dupliciter etiam in locis Montium contingere potest, vel quandoque circa notabilem diminutionem etiam valoris intrinseci, ob accidentia quae ipsius montis dotem destruxerint, vel diminuerint, ut actu experimus in pluribus montibus, qui empti & erecti ad rationem seuta 100. pro quolibet loco, hodie vix valent 20. vel 30. Vel juxta frequentem, ac ferè quotidianam contingentiam circa diminutionem valoris

loris extrinseci resultantem ab extractionibus, dum emissent ad rationem seuta 110. ac etiam 115. circiter, atque in casu extractionum emptor cogitur accipere valorem intrinsecum seuta 100. Ideoque si legatarius hujusmodi periculis, & diminutionibus non subjacet, nullumque habet dominium rerum, in quas haeres proprio periculo, proprioque nomine pecunias erogavit, nulla subesse videtur ratio, cur fructuum commodum obtrudere debeat.

Ad quod ponderabam in simili ea, quae habemus in haerede gravato investiente in stabilia, vel alios effectus nomine proprio, seu erogante in negotiationes & mercimonia pecuniam in haereditate reppertam, sive ab exactione nominum debitorum obventam, quoniam si adest praecipuum testatoris de investiendo, tunc investimentum acquiritur haereditari, seu fideicommissio, secus autem e contra, ex dicta duplici ratione superius considerata. Una quod fideicommissarius in uno casu potest, & in altero non potest recusare investimentum, quoties non omnino culpose deregeretur malefactum; Et altera, quod dominium, ac successivè periculum in uno casu est ipsius haereditis, & in altero est haereditatis, ut ita distinguendo habetur apud Peregrin. de fideicom. art. 44. nu. 28. Buratr. dec. 784. Rot. dec. 38. & 70. par. 9. rec. eum alii late in Cathacen. haereditatis cor. Cerro dec. 308. n. 3. & seq. par. 11. rec. & frequenter, cum hodie videatur distinctio plana & recepta.

Idemque in tutore, vel alio administratore erogante sub proprio nomine, absque testatoris voluntate pecuniam pupillarem negotiationibus, quoniam pupillus praetendere quidem potest a tutore damna & interesse ob non factum investimentum in bona stabilia, vel alias tutas occasiones fructiferas; ut de jure tutor tenetur ex deductis per Leotar. de usur. q. 20. n. 8. cum seqq. & de quo quoque administratore, q. 37. n. 4. & 82. n. 30. Rota in Romana pecuniaria 28. Januarii 1636. coram Panzirona, ac in patre legitimo administratore pecuniarum filii insinuat Rota in Romana pecuniaria 15. Junii 1665. cor. Albergata, Atque si damnum ex negotiatione resultat, illud ipsi tutori referre potest, sed justum non est, quod si casus praebet aliquod lucrum, illud obtinere debeat contra regulam secundum naturam &c. licet non desint volentes, ut ista claudicatio admittenda sit in odium & penam tutoris, ita male agens ex collectis in materia per Sperell. decis. 90. Hodiern. contrav. 22. apud quos caeteri; Sed quicquid sit in isto casu ob istam peculiarem rationem punitionis delicti, quoties istud cessat, dicta ratio resultans ex praefata regula secundum naturam &c. de plano procedit.

Ac etiam habemus in haerede gravato erogante pecuniam in merces, & negotiationes, quoniam si id agit ex praecipuo testatoris, lucrum erit haereditatis & fideicommissi, quia ejusdem esset quoque damnum & jactura, sed si id agit ex propria electione, suum debet esse lucrum, quoniam suum fuisse damnum, ut plene apud Coccin. dec. 409. in Bononien. pecuniaria 2. Martii 1661. coram Albergato impressa apud Rodriq. de concur. cred. dec. 25. & in Bononien. separationis bonorum 25. Maji 1668. coram Calataju. & habetur actum in eadem causa sub tit. de fideicom. pro creditoribus Dondini, cum similibus.

Ad dictam autem doctrinam Gratian. discept. 668. n. 22. neglecta distinctione, quam plures seniores doctissimi Romanae Curiae Jurisconsulti, qui istum authorem agnoverunt, & practicarunt, datae solebant inrer tres primas partes, ac reliquis duas posteriores suarum disceptationum, ut in primis essent magnae auctoritatis, cum solum continerent collectiones, felici benedicti ordinato stylo sequutas portitionem Rotae, Camerae, vel Signaturae, cum solo sensu veritatis, & in causis disputatis per plures doctos, ac primarios Advocatos hinc inde scribentes, secus autem in ultimis, in quibus author ita cognitus, marre suo scribebat ad causas particulares, cum (ut illi communiter referebant) sicuti felix fuit in colligendo & ordinando alienos labores, ita in his quae erant ingenii proprii partus e converso infelix, Et quam distinctionem ipsa lectura, seu comparatio bene comprobare videtur.

Dicebam authorem praefatum in hoc inniti auctoritati, Paul. de Castr. conf. 125. lib. 1. ideoque ad hujus auctoritatis limites eum intelligendum esse ex propositione, quod Doctores intelligendi sunt juxta auctoritates, quas allegant juxta theoricam Barr. in l. non solum, §. liberationis, ff. de liberat. legat. late Mandos. conf. 51. num. 2. Leortter. lib. 2. q. 8. nu. 44. Rota dec. 474. n. 9. p. 2. rec. dec. 155. n. 56. p. 6. & frequenter Castrensis autem bene loquitur de casu, in quo, ita praecipiente testatore, pecunia ad nomen & commodum, vel incommodum legatarii investita erat, quia tunc periculum

esset ipsius legatarii. Quomodo etiam haeres investimentum non fecisset, teneretur ad fructus tanquam damna & interesse ob ejus obligationem non adimpletam, & sic casus est omnino diversus; unde dicta auctoritas ad illum praesentis controversiae nullatenus applicabilis videbatur.

Tunc autem, ultra proximè insinuatam casum investimenti per testatorem injuncti, in quo id indefinitè procedit, absque aliqua pie cause specialitate, considerabam Ecclesiae, vel pie cause favorem in proposito attendendum esse, quando legata quantitas de sui natura, & pro adimplendo opere per testatorem expressè, vel virtualiter desiderato, perneccesse & illico investienda erat in occasiones fructiferas, neque per Ecclesiam legatariam in alios usus erogari poterat, quia nempe ageretur de legato factum cum onere celebrationis Missarum, sive dotandi puellas, aut aliud opus singulis annis, & temporibus faciendum, Vel quod ex statutis, & legibus generalibus, vel particularibus, tanquam capitale perneccesse investendum esset, cum tunc intrante privilegio Ecclesiae, vel pie cause, de quo late Rovit. d. dec. 90. circa moram irregularem, probata dicerentur alia requisita, ob certam & necessariam destinationem pecuniae, absque eo quod urgeret ratio libertatis erogandi in alios usus, juxta distinctionem, de qua supra in Rota census disc. 14. & ex hac ratione pro cursu inter usurarum contra heredem etiam legato quantitatis, pro veritate respondi in una Florentina hoc eodem tit. pro Collegio Florentinae contra haereses Casandræ de Venturis, & aliis pluries.

ADNOT. AD DISC. XXIX. cum plurib. seqq. SANCTI JOSEPHI.

De usuris legatis, vel donationis ex praecipuo, seu voluntate testatoris, aut donationis agitur infra, discurs. 38.

NEAPOLITANA LEGATI PRO JOANNE ANTONIO GARAFFA CUM CLERICIS REGULARIBUS MINORIBUS SANCTI JOSEPHI.

Causa disputata coram A. C. & resoluta pro Joanne Antonio.

De eadem materia usurarum, seu fructuum pro legato quantitatis ad favorem Ecclesiae, vel pie cause, Et quatenus non debeantur, an de facto, & voluntarie soluti ipsius Ecclesiae Administratores impudentur in foreem ad effectum illam extenuandi necne.

S Q U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Quod Bulla Pii de censibus sit servanda in Regno Neapolitano remissive.
3 Licet census sit nullus, adhuc debentur fructus tanquam damna & interesse remissive.
4 Ex legato quantitatis non debentur usurae etiam favore Ecclesiae, vel pie cause, quae in materia usuraria non est privilegiata, & in quo consistat ejus privilegium.
5 Declaratur conclusio, & quando dicta usura debeantur.
6 In legatis dies non interpellat pro homine, & quando haeres dicatur constitui in mora.
7 Sine mora non datur interesse.
8 Ex quibus mora excusetur in haerede.
9 De fiduciario declarante voluntatem testatoris juxta dispositionem text. in l. Theopompus.
10 Usura legatorum, neque debentur ex iudicio testatoris, multo minus ex declaratione fiduciarii.
11 Fiduciarius declarando voluntatem testatoris debet jurare.
12 Nem in fiduciarii declaratione attendi debet verissimilitudo.
13 Cessante debito in sorte non potest agi de usuria, vel interesse.
14 In Regno datur interesse fructuum census, seu tertiarum, sed non interesse alienis interesse.
15 An per fructus indebite solutos, administratori Ecclesiae extingatur sortis.
16 Fructus indebite soluti non extenuant sortem si adesse interesse tertiae.
17 De causis excusantibus creditorem ab usuris perceptis, & consumptis.

1 **L** Ucretia Cataffa de anno 1607, instituto hæredis Octavio fratre, illum gravavit ad solvendum ducatos 400, mill. erogandos in pias causas, quando & quibus declaratum fuerit per Petrum Religiosum, eisdem testatris etiam fratrem, quo illicò declarante solvi debere ducatos 2500, quibusdam Ecclesiis & piis locis, promptè sequutum fuit; Cùmque post annum Officialis fabrica S. Petri juxta facultates & stylum utrumque requisissent ad declarandum, & respectivè ad adimplendum in residuo testatricis voluntatem, fiduciaris replicavit, adhuc purificatas non esse conditiones à testatrice præscriptas, & consequenter hæres declaravit non teneri, unde propterea dicti officiales ab ulterioribus molestiis abstinuerunt. Post annos autem octo fiduciaris prædictus declaravit ex præfato residuo spectare ad clericos regulares minores S. Josephi ducatos 700, cum onere Missarum in perpetuum, declarando etiam à die mortis testatricis decursum esse interesse impptans ducatos 375. Unde propterea in vim dictæ declarationis custodes Joannis Antonii minoris, præfati Octavii interim defuncti, filii & hæredis, ex utraque summa fortis, & interesse insimul constata importante ducatos 1075, imposuerunt censum ad rationem septem pro centenario, cujus fructus Joannes Antonius factus major multorum annorum spatio solvit; Admonitus verò deinde de præfati contractus invaliditate, quodque propterea etiam fors principalis ita extincta esset, solutionem in futurum facere denegavit, atque cum prudenti præventionem, ipsos Clericos Regulares pro absolutoria à debito, ac repetitione indebitè soluti convenit in Tribunali Ecclesiastico Nuntii Apostolici, à quo per appellationem à quodam incidenti introducta causa coram A. C. ab isto post plures disputationes prodiit sententia dicto Joanni Antonio favorabilis, ipsam absolvendo à debito tanquam extincto, à qua sententia pendet appellatio in Roma.

3 In istis autem disputationibus, præsupposita etiam per scribentes pro creditoribus nullitate contractus censuali ob defectum formæ præscriptæ per Bullam Pii V. quam in Curia absolutum est, omnino neglectis illorum Doctorum traditionibus, ac illorum Tribunalium secularium præxim servandam esse in Regno Neapolitano, ut advertitur supra in *Baren. cens. disc. 17*, & pluries in sua materia *sub tit. de censibus*; Insistebant in eo quod spectato effectu id nil referret, quoniam ubi debitum, pro quo census impostus fuit, aptum est producere fructus, seu usuras ratione damnorum & interesse, tunc iidem fructus ex ista ratione debentur, ut in specie firmatum fuit per Rotam in *d. Baren. Cens. 16. Junii 1661. coram Veraspio*, ubi concordantes, & est propositio vera, quam Ego scribens pro debitore non negabam in genere, sive in abstracto in suis casibus distinctè consideratis supra in *eadem Baren. disc. 17*, impugnabam tamen ejus applicationem ad casum.

4 Quare pro methodica controversiæ tractatione, tres constituendæ in speculatione; Primb an pro dicta forte scilicet 700, deberetur interesse à die declarationis factæ per fiduciarium citra; Secundò an idem interesse deberetur pro tempore præcedenti, ab illo scilicet mortis testatricis usque ad illud declarationis factæ per fiduciarium, & an huic deferendum esset necne; Et tertio, quatenus etiam istud interesse, juxta fiduciarium declarationem deberetur, an illud esset alterius interesse productivum, mediante ejus conversione in sortem, ut sequutum fuerat.

5 Quatenus pertinet ad primum, quamvis Ego scribens pro debitore tanquam Advocatus, deducem eadem fundamenta, quæ habentur in *Marsicana, disc. præcedenti* super usuris, vel accessionibus ex legato quantitatis, cessantibus legitimis requisitis, non debendis, etiam favore Ecclesiæ, vel piæ causæ, cujus favor, seu privilegium, adinstar minoris, vel pupilli, consistere solum videtur in mora irregulari, non autem in aliis, quoniam in materia usuraria ex juris Divini dispositione naturaliter, & intrinsecè mala, privilegiata non debet esse Ecclesiæ, quæ cultrix est justitiæ & pietatis, atque privatorum exemplar esse tenetur; Nichilominus reflectendo ad veritatem, credebam post sequutam declarationem istud legatum esse fructiferum, ex eadem ratione insinuata in *d. Marsicana* occasione responsi dati in *una Florentina*, quod scilicet ageretur de quantitate per necesse investienda in bona stabilia, vel alios tutos effectus fructiferos, qui loco stabilium habentur, stante annexo onere Missarum, quæ singulis annis ex hujus legati fructibus ex testatrice voluntate celebrari debebant; unde propterea de

plano intrare videtur interesse recompensativum illorum fructuum, qui percepti essent ex investimento, quod sequuta solutione debito tempore, absque dubio factum esset; Et sic mora hæredi in non solvendo id quod ex privilegio more irregularis absque alia interpellatione solvere debebat, fuit causa proxima, & immediata damni, & ne fructus perciperentur; Atque cum hac distinctione recipienda videtur tradita per Maranta jun. *respons. 14. part. 1.* ubi scribendo tanquam Fabricæ Advocatus probare conatur cursum hujusmodi interesse, etiam ex legato quantitatis, licet ipse procedenda cum opinionibus, quæ ibi apud sæculares habentur, non descendat ad has distinctiones.

7 Quo verò ad alteram inspectionem super interesse temporis præcedentis, eodem sensu veritatis retento, dicebam nullo pacto illud deberi, quoniam legatum non erat certum & purum, itaut hæres illicò agnovit se illius debitorem, & successivè elapso præfinito tempore morosum; cum, ut supra, in hoc consistat Ecclesiæ, vel piæ causæ privilegium, ut scilicet incurritur mora etiam sine interpellatione aliàs necessaria, cum in legato non intrat regula text. in *l. maguam, C. de contrahen. & commiten. stipulat.* quod dies interpellat pro homine, ex eo quod hæres credere potest legatarium non esse agnitorium, ex iis, quæ habentur in *Urviana, seu Januen. sub tit. de feud. disc. 108.* sed sine mora regulari, quam irregulari absolutum est nullas usuras, vel interesse deberi ad communiter notata in *l. lecta, ff. si cert. per. ex collectis per Giurb. observ. 4. num. 3. Gregor. & Add. decis. 148.* & in his terminis pro absoluto admittitur apud Rovit. *dec. 90.*

8 De nulla verò mora hæres in proposito convinci poterat, Tum quia fiduciaris non declaraverat, an cui & in quos usus istud residuum solvendum esset, unde hic actus negatius ad illum excusandum adhuc sufficiens esset; Tum clariùs ob alium actum positivum declarationis ut supra ad eodem fiduciarium factæ coram Officialibus Fabricæ, quod adhuc purificata non essent conditiones per testatricem desideratæ, unde propterea dicti officiales ab ulterioribus molestiis abstinuerunt pro legati implemento, & consequenter hæredis bona fides remanebat indubitata.

9 Agnoscebant scribentes in contrarium difficultatem, Verùm replicabant præmissa rectè procedere, quando ageretur de interesse, quod peteretur ex sola dispositione juris, ac ratione moræ, secus autem in hac facti specie, in qua idem interesse debebatur ex declaratione facta per fiduciarium, cui deferendum esse insistebant perinde ac si ita demandatum esset ab ipsa testatrice, cujus voluntas ita per fiduciarium organum explicata dicitur ad text. in *l. Theopompus, ff. de dose prælegata*, ubi communiter scribentes, & est recepta traditio, de qua in sua materia *sub tit. de testamentis & ultimis voluntatibus*; præsertim in *Perusina erectionis Canoniciatus*; Verùm eodem sensu retento veritatis, quam etiam iudex agnovit, dicebam motivum nullam habere substantiam, quoniam si etiam ipsiusmet testatoris directum & expressum iudicium super usuris ex legato quantitatis præstandis non est attendendum ex deductis per Leotar. *de usur. qu. 18.* & hoc eod. *tit. frequenter*, multò minus in hoc detendum est fiduciarium, cum non possit plus operari fictio quam veritas, neque magis deferendum veniat testi, cujus personam hujusmodi fiduciaris gerere dicitur, quam ipsimet principali; Potissimè quia non intercedebat juramentum, quod juxta magis communem, & receptam opinionem per hujusmodi fiduciarium ut potè testium personam gerentes præstandum est, ut ex traditione Bart. in *eadem l. Theopompus, num. 7. Castr. conf. 54. n. 2. lib. 4. Martin. Andr. dec. 73. nu. 3.* & *4. Romana honorum 4. Maii 1646. Arguell. Perusina erect. Canonici. 4. Maii 1665. confirmata 1. Febr. 1666. Carpineia*, & habetur latius actum de materia in *eadem Perus. sub tit. de testamentis & ultimis volum.*

11 Et clariùs dum ipsemet declaraverat, quod adhuc non cessaret dies legati ob non purificatas conditiones à testatrice præscriptas. Et consequenter omninò improbable videbatur, quod ipsa testatrix hujusmodi interesse onus interim demandare voluerit; Atque in hac materia fiduciariorum, receptum quoque est, verisimilitudinem attendendam esse, ex iis, quæ habentur latius deducta in *d. Perusina Canoniciatus*, & in supra allegatis decisionibus in ea causa editis coram Carpineia; Veritas tamen erat, quod stante falsa opinione illius regionis, ut pro quocumque debito, etiam ex causa mutui tanquam per quandam consuetudinem curat interesse, ista explicatio proveniret magis ab erronea opinione ejusdem fiduciarium, quod dictum interesse decurreret.

12 Hinc proinde opus non erat assumere tertiam inspectionem

- 1 *Facti series.*
- 2 *An legataris conditionalis defecta conditione faciat interim fructus suos.*
- 3 *Usura legatorum de jure civili alias debita hodiè de jure canonico non præstantur.*
- 4 *An debeantur Ecclesiæ, vel piæ causæ legatarie.*
- 5 *In quo Ecclesiæ, vel piæ causæ sit in hac materia privilegiata.*
- 6 *Quid ubi agitur de causa pia hinc inde.*
- 7 *Quando etiam legataris quantitatis debeantur fructus, seu usura.*
- 8 *Piæ causæ debeantur ipso jure fructus rei legatæ.*

13 **nem super fructibus,** & usuris dictæ summæ scilicet 575. provenientium ab interesse per fiduciarium ut supra declarato, quoniam ubi cessat debitum fortis, agi non potest de interesse, quod tanquam accessorium stare non potest absque principali, ad text. in *l. debitor ff. de usur. l. si creditrici, l. si per te, Cod. eodem cum concordantibus, dec. 79. n. fin. par. 10. rec.* Verùm ubi etiam dictum interesse debitum esset, adhuc tamen profusus vanum erat prætere alium interesse; Tum quia in hac rata non intrabat ratio oneris Missarum, ac certi investimenti, prout in ipsa sorte principali, ut supra; Tum etiam quia, admittis quoque opinionibus ipsorum Regnicolarum, illorumque Tribunalium laicalium, tam super conversione fructuum in sortem, quam super interesse pro eisdem fructibus, illa procedunt, ubi agitur de fructibus census, quos ibi tertias vocant, ex ea ratione quod cum fors principalis sit demortua, & irreperibilis, idcirco ipsi fructus dicuntur stare principaliter, & de per se, tanquam species fortis juxta magistralem *dec. Franch. 254.* secus autem ubi agitur de interesse alterius crediti tanquam accessorio, quoniam tunc etiam in Regno, reprobata opinione Cagnoli, & sequacium recepta est opinio, ut non detur interesse alterius interesse, *Rovit. dec. 9. Fab. de Anna conf. 48. Capyc. Larr. conf. 59. Prat. observat. 12.* & alii communiter, ac habetur frequenter hoc eod. *tit.* & in altero de censibus; multò magis in Curia, ubi dictæ opiniones sunt rejectæ. Unde propterea si ageretur inter privatos plana remanebat extinctio totius debiti cum fructibus, seu usuris in causam totius ratæ, quamvis admitteretur census fructuum pro rata sortis principalis, cum ita certum esset intrare anathocitium, de quo Merlin. *dec. 409. alias 301. par. 5. recem.* & de quo in *Tanen. sub tit. de cens. disc. 2.*

14 Difficultas autem, quam ab altera parte non excitaram, Ego reflectendo ad veritatem habebam, consistebat in eo, quod cum hujusmodi usuris minutatim, & in causam fructuum solutis Ecclesiæ administratoribus, atque in quotidianos usus, juxta fructuum, & reddituum naturam consumptis, sequi non potuerit extinctio sortis principalis destinata ad perpetuum investimentum fructiferum pro implemento oneris perpetui Missarum ex pluribus rationibus. Primò, quia esset ita diminutè consumere, & alienare capitalia, quæ ad instar stabilium sunt inalienabilia, & perpetuè conservatiori destinata, nè quod directè prohibuit, ita indirectè sequatur; Secundò, quoniam ita supplantata remaneret ipsa testatrix circa suffragium ejus animæ, dum destructo capitali, ex cujus fructibus sequi deberet celebratio Missarum, ista non celebrarentur; Et tertio, quia dictæ solutiones fructuum singulis annis factæ erant exactori, seu procuratori deputato ad exigendos fructus, seu redditus, non autem habenti potestatem recipiendi, & extinguendi capitalia, Unde multa insimul urgebant dictam sortis extenuationem

16 prohibentia, præsertim secundum ob admixtum interesse, seu præjudicium tertii, nempe animæ testatricis; Ad quod in proximis terminis ponderabam firmata per Rotam in *Romana Salviani 20. Martii, & 19. Junii 1651. coram Verospio*, quatum secunda est impressa *dec. 175. nu. 7. par. 11. rec.* quod scilicet extinctio fortis non resultat ex usuris indebitè solutis, alias de jure in sortem imputandis, ubi admixtum est interesse tertii, pro quo capitale debet esse saluum.

17 Accedente etiam duplici circumstantia. Una quod debitor solvit istos fructus tanquam fructus, non autem animo extinguendi sortem principalem, Et altera quod in creditore stantibus opinionibus cum quibus in regione vivitur, concurrere videntur bona fides, & iusta credulitas exultantes à perceptis, & consumptis juxta ea quæ habentur supra in *Baren. disc. 17.* ideoque quoad sortem scilicet 700. aliquam sentiebam difficultatem, sed quia dicta sortis extenuatio de stricto jure procedit, idcirco reputabam casum honesta concordia dignum.

FLORENTINA FRUCTUS LEGATI INTER COLLEGIUM, ET DOMUM PROBATIONIS SOCIETATIS JESU FLORENTIÆ.

*Discursus pro veritate.*

De usuris legati consistentis in quantitate, An debeantur legataris conditionalis, cujus jus ex subsequutis resolutum sit, si pecunia interim fuerit per hæredem investita in bona fructifera.

**B**enedictus Biffolus, instituto hæredis Collegio Societatis Jesu Florentiæ, mandavit fructus in primis quatuor annis ex ejus bonis, & juribus hæreditariis percipiendos, per administratores deputandos ab eisdem Societatis Præposito Generali, singulis temporibus, prout exigantur, assignari domui Probationis ejusdem Civitatis usque ad summam scutorum 10. mill. investiendum in bona stabilia; In codicillis autem disposuit, quod in eventum, in quem recuperarentur cretita per ipsum in Civitate Neapolis confectenda, repositum esset in arbitrio ejusdem Præpositi Generalis dicta scuta 10. mill. Collegio, vel Domui applicare, prout expedire judicaverit; Quare sequuta post aliquod tempus dicta recuperatione, determinanteque P. Generali dicta scuta 10. mill. ad beneficium Collegii cedere debere. Cùm hoc medio tempore summa ex fructibus obveniat per administratores in emptionem bonorum ac jurium fructiferorum essent convertæ, prætendebatur ex parte dictæ Domus Probationis, eos à Collegio hæredes sibi tanquam legataris deberi, dictaque controversia in forma extrajudiciali delata ad eundem P. Generalem, ab isto de meo voto pro veritate consultus.

Contra parentem fructus respondendum censui, ex eo potissimè fundamento, quod legatum prædictum non fuit purum, sed conditionale, & sub conditione, quæ sive dicatur suspensiva, sive resolutive, reducit causam ad non causam, & titulum ad non titulum, ac efficit, ut Domus prædicta non fuerit legataria, & consequenter nullum jus habere poterat hujusmodi fructus petendi, absq; necessitate assumendi alioiorem inspectionem super retroractione favore legatarii ad suum initium, cum illa intraret, quando Domus prædicta, cujus jus eventualiter est resolutum, perciperet hoc medio tempore fructus, ad quorum restitutionem alter legatarius veniret agendo, sed cum fructus prædicti percepti essent per ipsum hæredem, cujus favore purificatio conditionis fecit, ut legatum sibi applicaretur, seu verius, ut ejus obligatio præstandi legatum resolveretur ac cessaret, vid. barut nullum superesse titulum, cujus ratione, ille qui veniebat agendo, defectus non legatarius & non dominus, præterdere posset ab eo, qui declaratus est dominus, fructus qui nunquam dantur, postquam quis agnovit se non esse dominum, quocies agitur de percipiendis, vel de extantibus, cum solum toleretur excusatio à restitutione eorum, qui in statu bonæ, vel non malæ fidei percepti, & consumpti sunt ex deductis *dec. 3. part. 7. rec. Greg. & adden. dec. 74. Buratt. & Add. decis. 148.* & passim.

Quia verò plures Consulti, ac etiam Morales dictæ Civitatis plene pro Domo actrice scripserant, pleraque deducentes circa privilegium Ecclesiæ, seu piæ causæ super asequutione inter usurios ex legato etiam quantitatis, sive super translatione domini legatæ, quæ ipso jure fiat in Ecclesiam, cui proinde fructus debeantur; Idcirco ad satisfaciendum; tam scriptis, quam etiam iis, qui præfentes dictæ Domus partes tuebantur, examinando materiam fructuum, seu accessionum legatorum, duas in proposito constituendæ inspectiones. Unam super usuris, seu accessionibus per hæredem debitæ Ecclesiæ, vel piæ causæ pro legato quantitatis, istius solutione pendente; Et alteram super fructibus illarum specierum, seu bonorum, in quorum acquisitionem legata quantitas per administratores singulis quibusque temporibus ex testatoris judicio erogata fuerat.

Quoad primam, quamvis inspecta juris civilis dispositione, data mora in hæredem, ab isto usura legatorum, licet in quantitate consentientium, legataris debeantur, ad text. in *l. 1. C. de usur. legat. cum concord.* Attamen receptum est hac juris civilis dispositionem de jure canonico, in hac materia Bald.





S U M M A R I U M.

de adest dilatio, qua pendente, etiam in terminis fructuum recompensatorum, vel similibus non datur eorum cursus, ut hoc pariter titulo frequenter, quia sunt principia plana, sine auctoritatibus præsupponenda.

Difficultas in proposito cadere solam poterat in eo, quod huiusmodi legatum utpote factum nepti ex filio defuncto, primum exinde locum occupanti pro legitima, & omni eo &c. diceretur loco legitime subrogatum, ideoque tanquam de legitima absque interpellatione, vel alia mora deberentur fructus ipso iure; Verum ultra responsum resulantem ex iure statuario Civitatis Januæ, ubi præfens controversia erat, Dicebam conclusionem prædictam de fructibus ipso iure absque mora debitis pro legitima, procedere in ea rata, quæ tanquam quota bonorum debetur ex bonis, & iuribus fructiferis, quasi quod ille, cui legitima debetur obtineat fructus illius ratæ bonorum iure domini, quam lex ei refert, unde propterea quoties constitit in pecunia de sui natura sterili & infructifera, dicta ratio non intrat, cum factio non possit excedere veritatem, neque accessiones possint esse majores, quam essent illi fructus, qui iure domini ex ipsius bonis perciperentur, adinstar fructuum recompensatorum ex l. curabit, ut in specie usurarum, seu fructuum legitime in pecunia habetur apud Orthob. dec. 38. & 81. nu. 5. & seq. in Avenion. pecun. 10. Decembris 1646. & 5. Aprilis 1647. Verospro, quarum secunda est dec. 39. p. 10. rec. Meleuitana bonor. 10. Maii 1652. Melio dec. 248. n. 11. p. 11. rec. & in aliis, Quoties tamen ipsa bona hereditaria, ex quibus ea detrahenda est, in pecunia, aliisque reus de sui natura infructiferis constitunt, secus autem si in bonis stabilibus, patens verò loco quota istorum tantam pecuniam assignet, quoniam ista dicitur pretium istorum bonorum tanquam per actum occultum emptionis, & venditionis, ideoque intrant termini text. in d. l. curabit, ex quibus aquitate debentur fructus recompensativi ad limites eorum, qui ex dictis bonis percipiuntur ex deductis per Loorat. q. 18. n. 19. & seq. dec. 186. post Pacif. &c. & admittitur apud Orthob. ubi supra cum aliis, disc. 168. sub tit. de feud.

Hinc proinde concludebam inspicendum esse, an isti nepti debita esset necne legitima, quam statutum tolleret, vel ita moderaret, quod filie, vel nepti paternum iudicium impugnare non concedatur, ut disponitur ex Statuto dictæ Civitatis, lib. 5. c. 23. quoniam huiusmodi statutaria dispositione æquevalente, per quam illa juris communis correctæ, vel alterata esset, cessabat omnis quaestio; Licet enim Statutum cessat ex contrario iudicio testatoris, qui potest agnoscere in suum illum, qui à statuto factus est extraneus, atque agnito, juxta unam opinionem à Rota approbatam, restituta dicitur à dispositione sub expresso titulo legitima, ut sæpius in sua materia, sub tit. de successione, nihilominus cum agnito esset ita qualificata, credebat paternum iudicium dividi non posse, sed acceptandum esse cum sua qualitate.

Quatenus verò ad limites juris communis legitima prædicta debita esset, atque patrimonium constitueret in toto, vel parte in bonis, & iuribus fructiferis. Dicebam inspicendum esse eisdem patrimonii statum, an scilicet valor aliorum bonorum huic nepti relictorum, dictaque summa pægarum 50. mill. adæquet id quod legitima de jure debita importaret, vel potius excedat; In casu enim excessus putabam nullos fructus alioquin debitos præterdi posse, cum illa dilatio esset pars pretii, & compensativa illorum fructuum, quos ad prædictos limites debiti, ita ex meliori consilio testator in forte ita dilata reliquisse videbatur, si verò essemus in casu adæquationis, dicebam fructus esse debitos ad mensuram, seu proportionem eorum, qui ex quota bonorum hereditariorum debita pro legitima obvenorunt, juxta regulam text. in d. l. curabit, ut in specie legati dotis loco legitime relicti in pecunia ad hunc effectum firmatur in allegata Avenionen. coram Verospro, in Meleuitana Viridarii 2. Maii 1653. coram Peutingerio, & in aliis.

HORTANA SPOLII PRO CAPITULO CATHEDRALIS CUM CASICCHIIS.

Discursus pro veritate.

De requisitis ad damna & interesse passa per fideiussorem petentem illorum refectionem à principali debitore, & quando fideiussor possit sumere pecuniam sub usuris, vel ad interesse in dampnum principalis.

- 1 Facti series.
2 Fideiussor non petit usuras pecunia soluta pro principali, nisi prævia interpellatione personali.
3 Distinguuntur plures casus in materia, quando principalis debitor teneatur fideiussori ad usuras, & qua interpellatio requiratur.
4 De interesse damni emergentis petiti per creditorem à debitore moroso, quando debeatur, & quid concurrere debeat.
5 Interpellatio in cambiis, & aliis potest remitti ex pacto.
6 Quando ad interesse damni emergentis non sit necessaria interpellatio.
7 Quod sola scientia etiam sine citatione sufficiat fideiussori contra principalem debitorem.
8 De facultate fideiussoris renovandi contractus usurarios, vel novos contrahendi in dampnum principalis debitoris morosi.
9 Quomodo de hoc constare debeat.
10 Etiam ubi interpellatio requiritur, non debet esse in certa forma præcisa, sed sufficit scientia, seu aliis aequivalentibus.
11 De differentia inter scientiam præsumptam & scientiam veram cum præsumptionibus probatam.
12 Ex quibus probetur scientia.

D I S C. XXXIV.

Fideiuserunt pro Michaeli Caffecchio illi de Planis, qui pulsati per creditorem ad solvendum pecuniam, quam principalis debitor statuta die solvere negligebat, ut propriam incarcerationem, vel priorum bonorum executionem & subhastationem evitarent, pecuniam creditori solutam acceperunt sub usuris, atque tractu temporis Diamantes dicti Michaelis uxor, per viam transactionis, pro viro absente etiam de rato promittens, se obligavit erga dictos fideiussores ad solvendum intra convenitum tempus sortem ac usuras decursas, quas ipsi solvere coacti fuerant ei, a quo pecuniam ad dictum effectum receperant; Cumque solutio non sequeretur, obtinuerunt mandatum executionis, cuius vigore processum est ad subhastationem ejuisdem prædii dictæ Diamantæ, deliberati Capitulo Cathedralis Hortanæ, quod deinde illud in perpetuum locationem concessit Battilanis, contra quos ac etiam contra Capitulum prædictum, dictæ Diamantæ iudicium reintegrationis instituit; atque emanatis hinc inde aliquibus sententiis iudicium inferiorum, commissa demum causa in Rota coram Ghislerio, eaque proposita, sub die 10. Junii 1637. resolutio dictæ Diamantæ favorabilis prodiit pro reintegratione adversus factum iudicium nullum, & spoliativum, ex eo præcipue fundamento, quod mulieris obligatio esset invalida tanquam excessiva, & ex falso præsupposito, dum se obligaverat pro viro, non solum ad sortem, sed etiam ad usuras, ad quas debitor fideiussori non teneatur, nisi prævia citatione personali, ita ut non sufficeret illa domi dimissio copia, qua ex parte fideiussorum facta erat, aliquibus etiam aliis dictæ subhastationis nullitatibus ponderatis, ut liquet ex decisione de super edita impref. dec. 229. par. 7. rec. atque in eadem resolutione in gradu appellationis perstitit fuit 14. Junii 1638. & 16. Januarii 1640. coram Royas inter suas decif. 46. & 88. Cumque non obstante oppositione melioramentorum prævisis decisionibus coram eodem Royas inter suas dec. 116. & 461. expeditum esset mandatum de reintegrando executioni demandatum. Volens Capitulum dictam causam sequi, consilium pro veritate petiit, non quidem circa respicientia ordinem super nullitate relaxationis, vel executionis dicti mandati, minuscque super aliis nullitatibus dictæ subhastationis in dicta prima decisione coram Ghislerio firmatis, cum omnia consisterent in facto causæ Patrono potius incumbentia, sed super puncto negotii principalis, an scilicet per dictum Michaelem deberentur dictæ usurae, seu interusura per fideiussores soluta, cum ex hoc penderet validitas obligationis Diamantæ.

Respondi, quod quamvis me terneret autoritas dictatum trium decisionum Rotalium, nihilominus inspecta veritate, probabilius videbatur illas non subsistere. Atque ad elucidandam propositionem in eis firmatam præsertim in prima, nu. 11. & 12. super requisito citationis personalis per fideiussores faciendæ principali debitori, tam ad effectum conciliandi, seu congruè applicandi decisionis, & auctoritates, quas in materia habemus, quam etiam ad effectum dignoscendi, an & quando interpellatio requiratur, & qua-

lis in proposito sufficiat, dicebam plures casus distinguendos esse.

Quorum primus est; ubi agitur de interesse, quod ipse creditor à moroso debitore præterdi ob debiti solutionem sibi in tempore non factam, quia nempe solvetur usuras pro pretii debiti, quod facta dicta solutione potuisset extinguere, sive indigens pecuniis eas acceperit ad cambium, vel aliud interesse, quod non fecisset, si dicta solutio sibi facta esset. Et tunc licet Ruin. conf. 140. lib. 4. cujus & sequacium opinio nem probabiliorem esse late tueret Loorat. de usur. q. 75. n. 10. eum seqq. affirmativam teneat, ut scilicet sufficiat creditorum de facto tale dampnum passum esse, nihilominus Rota & Curia Romana sequitur contrariam opinionem juxta originalem decisionem Mohedan. 103. alias 2. de usur. ut scilicet requiratur debitoris interpellatio; per quam ille certus reddatur de indigentia creditoris, ejuisque voluntate convertendi dictam pecuniam debitam in huiusmodi causam, cum aliis debitor opinari potuerit illam retinendam esse otiosam, & hic est casus, de quo agit Gratian. discip. 329. per tot. & 987. n. 8. eum seq. etiam agit Rota in Romana fructuum, & interesse eorum Innoc. dec. 7. post Zacch. de Societ. off. in qua Gratianus sortem se fundat, & cum quibus auctoritatibus solum procedunt dictæ hujus causæ decisiones, præsertim prima dec. 229. par. 7. rec. num. 11. & 12. quibus auctoritatibus addi possunt decisiones in Romana cambiorum 24. Junii 1618. coram Manzardo, in Romana Censur 16. Junii 1645. & 30. Aprilis 1655. coram Danozetto, Aescina Censur 23. Januarii 1665. coram Cerro, & plures alie idem firmantes, quod scilicet debitor justificari debet ab ejus creditore de tali voluntate, & quod ipse pro debito aliis non usurario nec fructifero supponatur usuris.

Et nihilominus isto casu, neque jure cautum est, necessariam esse citationem judicalem ac præcisè personalem, quoniam sufficit scientia talis qualis, dum etiam ex pacto præcedenti id fieri potest, ut passim habemus receptum in facultate capiendi, quæ datur creditori in casu moræ, etiam sine interpellatione ex deductis in Romana cambii 1. Julii 1658. Melio, in eadem 24. Martii 1664. Ortalora, Romana cambiorum 10. Martii 1662. Verospro, & alias quotidiè, de quibus in materia, sub tit. de cambiis.

Ac ulterius dicta interpellatio, vel ejus remissio, necessaria est pro cursu cambiorum, seu aliorum interusuriorum, in quibus creditor agit de lucro, quia dicta interusura ad ejus utilitatem cedant, qualis est casus in dicta decif. 7. post Zacch. & in aliis supra allegatis. Secus autem, ubi agitur de interesse damni emergentis, cuius reintegrationem creditor à debitore perat, quia scilicet ipse aliis interusuria solverit, quia tunc si constat de certa destinatione, ita ut non urgeat ratio incertitudinis, quod creditor pecuniam à debitore solvendam non esset erogaturus in alios usus, unde dici valeat moram debitoris fuisse causam immediatam damni, tunc neque interpellatio, vel alter actus requiritur, ut habetur in Bononien. damnorum 4. Maii 1612. coram Coccino, bene in d. Aescina Censur 15. Junii 1644. Cerro, de qua causa, hoc, titulo disc. 14.

Sed non erat iste casus noster, quem ita insinuare congruum censui ad dignoscendum non multum fundatas veridicetiones, præsertim primam coram Ghislerio, cum qua simpliciter pertransiunt alie coram Royas, utpote fundatae in auctoritatibus percurrentibus terminos omnino diversos.

Alter casus est fideiussoris, qui debitum pro principali debitore solvit creditori de proprio, atque ut de sua pecunia soluta se reintegraret, illamque non teneat otiosam, æquivalentem summam accipit ad cambium, seu in suis libris ponit principalem debitorem sub cambiis, vel aliis interusuriis ad propriam utilitatem, ita ut quaestio dictorum interusuriorum percutat potius lucrum captandum, quam dampnum vitandum, & hic est casus, de quo in Romana cambiorum 17. Decembris 1584. coram Gypso post Zacch. de oblig. Camer. dec. 20. & in Romana relevationis indemnitate 9. Junii 1604. & 12. Junii 1606. coram Lancelotto dec. 324. & 343. post Cenc. de Cens. quæ sunt decisiones magis adaptatae ad casum fideiussoris, & cum quibus procedunt DD. loquentes in specialibus terminis, præsertim Cenc. de Cens. q. 75. n. 7. Duard. eod. tract. §. 2. qu. 13. n. 32. in fine.

Ac etiam isto casu notabilis differentia est inter primam decisionem coram Gypso, & alias duas coram Lancelotto; in prima enim agitur de fideiussore contentente de lucro, quia pecuniam pro principali solutam posuerat in ejus libris sub cambiis; in aliis autem agitur de fideiussore fideiussoris, qui jure dicitur fideiussor indemnitate, in quo per lapsum

temporis non datur mora, cum ad istam incurrendam requiratur denunciatio sibi faciendæ per fideiussorem; quod principalis debitor non solvit, unde propterea ipse molestatur, & hæc ratio cessantis moræ est potissima, ut ex lectura decisionum.

Et tamen neque dictis casibus jure cautum est necessariam esse formalem interpellationem judicalem & personalem, sed sufficit requisitio extrajudicialis, vel scientia alias probata, ut in fortioribus terminis dictæ primæ decisionis coram Gypso, ubi fideiussor agebat de lucro; habetur in alia dec. coram eod. post eundem Zacch. de oblig. cam. dec. 21. ubi de probatione scientiæ cum testibus singularibus, adminiculis, & verisimilitudinibus.

Tertius demum est præcisus casus noster, ubi scilicet principali debitore existente in mora statuta die debitum solvendi, creditor pulsat & urget fideiussorem, qui non habens pecuniam propriam, cum qua solveret, ad se liberandum à incarceratione, vel aliis molestiis, renovat societatem officii cum eodem creditore, seu capit ab aliis ad societatem officii, seu ad cambium, vel aliud interesse pecuniam, directè & immediatè solutam creditori, ita ut constet, moram principalem debitori fuisse causam præcisam & immediatam damni, quod deinde fideiussor passus est in solvendo fructus, seu interusura; Et tunc ab otioso factum est ad huiusmodi damni emendationem, seu reintegrationem aliquam præcedentem interpellationem necessariam esse, dum in jure habemus jura literalia tribuentia facultatem fideiussori molestato, capiendi sub usuris in dampnum debitoris pecunias creditori pulsanti solvendas, l. si vera non remunerandi, §. si mihi, & l. si mandato meo, §. si fideiussor, ff. mandat, cum concord. de quibus Loorat. de usur. q. 98. n. 11. & seq. & q. 75. num. 3. eadem Rota d. dec. coram Gypso 20. post Zacch. de oblig. n. 12. satis bene post Ubaldum dec. 208. nu. 8. quæ est etiam impressa post Zacch. de societ. dec. 60. post & Mangil. de subbasf. dec. 48. ubi n. 9. respondetur ad d. decisionem in Romana Cambiorum cor. Gypso, ex ea clara ratione, quod si fideiussori per principalem morosum rescindenda sunt omnia damna quomodocumque passa, etiam expensarum litium, ac dampnum sui exercitii impediti, & alia quæcumque juxta textum clarum in c. 2. de fideiuss. nulla ratio exigit, ut huiusmodi interusuriis passis ex culpa debitoris non solvens in tempore, fideiussor dampnificari debeat de proprio, nec ob officium amico præstitum, loco gratitudinis, dampnum & iniuriam patiatur, Cenc. d. q. 75. n. 7. in prin. Solumque Cenc. post n. 7. vers. nec etiam, advertit constare debere, quod fideiussor verè & immediatè istam causam pecuniam ad interesse accepit, cum potuerit accipere in aliam eius causam propriam, atque ad hunc effectum laudatur interpellatio cum protestatione, tanquam cautela, cum qua huiusmodi dubietas, seu incertitudo tollatur, sed ubi constat moram debitoris fuisse causam præcisam & immediatam, tunc videtur casus extra controversiam, & de quo nemo dubitat, quia verè deficit occasio dubitandi.

Verum quando hæc omnia deficerent, ita ut admittenda esset etiam in isto casu dicta propositio super interpellatione ita indigestè firmata, non tamen jure cautum est illam esse debere judicalem & personalem, sed sufficit scientia quomodocumque habita, etiam per præsumptiones & verisimilitudines probata, ut bene in Pisaurien. pecun. coram Orthob. inter suas dec. 269. & clarius in ejus confirmatoria 14. Junii 1652. coram Celso inter suas dec. 152. ubi in §. nec refert, optime advertitur, quod aliud est scientiam esse præsumptam, aliud autem scientiam veram probati præsumptionibus & conjecturis, ideoque in dictis decisionibus firmatur sufficere citationes executorias contra procuratorem, vel in sitorem, ac etiam domi propter statutum disponens, quod citationes fieri possint domi.

In nostra verò facti specie videmur esse in terminis clarioribus, quam in allegatis decisionibus Pisaurien. Tum quia ubi adest obligatio Cameralis, de stylo pro illius executione sufficienti citatione domi. Tum etiam ob illatum pluralitatem, ob quam satis probabile est id devenisse ad eius notitiam; Clarius verò ac evidenter ob obligationem uxoris cum decreto judicis aliisque solemnitatibus statutariis, ac stante lapsu temporis inter relaxationem mandati ad instantiam creditoris & contractuum, de quo agitur, dum enim ipse scivit non solvisse, atque à creditore molestias passus non est omnino dicendum est scivisse solutionem factam per fideiussorem, potissimè in loco parvo, in quo etiam minuta negotia habent speciem notorii, & quilibet scit, quanta ova faciant gallinæ cuius; unde propterea huiusmodi scientia pro meo iudicio habere videbatur de indubitabili.



**Ponderando etiam**, quod ut liquet ex 2. dec. coram Rojas inter suas dec. 88. nu. 4. & seqq. obligatio uxoris fuit per viam transactionis, quae proinde supponit litem precedentem, qualem probabiliter credendum est intercessisse, puta quia si de iussu uxoris exequi vellent bona viri, & uxor executioni se opponeret, ideòque dicta circumstantia videtur multum in proposito considerabilis, atque ita respondendum censeri, incertum tamen est quid inde sequatur sit.

ADNOT. AD DISC. XXXIV.

**De interesse debito** fideiussori, vel quod ille passus est etiam sine interpellatione, agitur quandoque sub tit. de Cred. atque scio juxta hic deducta pluries fuisse iudicatum, & praefertim in Rota in Perusina Salviani 28. Januarii & 21. Junii 1675. coram Rondinino; ubi allegatur iste disc.

P A R I E N. P E C U N I A R I A,  
 P R O M A R C O A N T O N I O M E N O C H I O  
 C U M J O A N N E B A P T I S T A P E T R A G R A S S A,

Causa decisa per Rotam pro Petragrassa.

**De transactione super usuris**, An & quando attendatur in praedictum ipsius transigentis; Et quid in praedictum tertii; puta secundi creditoris oppositum a creditore anteriori extinctionem debiti cum imputatione usurarum; Et aliqua de interesse damni emergentis.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Resolutio.*
- 3 *Usurae dotalis non debentur soluto matrimonio etiam si matrimonii reliqua supervenerint.*
- 4 *De requisitis interesse damni emergentis.*
- 5 *In materia usurarum non attenduntur confessiones partium.*
- 6 *Ubi usurae cantant in unam causam non possunt referri ad aliam.*
- 7 *Admittuntur in genere dicta conclusiones, de quibus numeris praecedentibus.*
- 8 *Confessio ubi est aminiculata attenditur etiam in prohibitis confiteri, & in tertii praedictum.*
- 9 *Transactio quando afficiat tertios jure proprio & independenter à transigente veniens, puta fideicommissarium, feudatarium, & similes.*
- 10 *De transactione super usuris quando valeat & praedictis etiam tortis, distinguitur.*
- 11 *De differentia inter remissionem, & transactionem in hac materia.*
- 12 *Quomodo in hac materia confessioni deferendum sit.*
- 13 *De conclusio de qua n. 9. qua declaratur.*
- 14 *Subdeclaratio hujus declarationis.*
- 15 *Gesta cum debitor praedictum eius creditoribus, vel fideiussoribus.*
- 16 *Quando dicatur transactio in bona fide.*
- 17 *Ad regulandam transactionem attendendum est tempus, & locus in quibus inita est.*
- 18 *Interpellatio per interesse damni emergentis etiam praesumptiva, seu aminiculativa sufficit.*

D I S C. XXXV.

**Contracto** matrimonio de anno 1633. inter Jacobum Franciscum Menochium, & Placidiam de Bencis cum dote per dicta Placidiae fratres constituta in libris 30. mill. Imperialibus, tunc solviti in rata librarum 12. mill. pro reliquis vero 18. mill. dilata solutione ad sexennium, cum conventionione fructuum ad quinque pro centenario. Atque illinc ad biennium dissoluto matrimonio per mortem mulieris, superstitibus filiis. De anno 1641. cum narrativa quod dotantes pluries ac pluries à Menochio interpellati fuissent ad solutionem dicti residui, agnoscentes se fructuum, seu interusuriorum debitores, illi dederunt in solutum quodam effectus; De anno vero 1657. inter praefatas partes exortae fuerunt iudiciales controversiae, quoniam Menochio petenti dictum residuum dotis unà cum fructibus, seu interusurii usque tunc decessis & non solviti, opponebant dotantes de praefati debiti extinctione cum usuris post dissolutum matrimonium solviti de jure in sortem impurandis. Unde vigore statuti deventum est ad necessarium compromissum in duos Jurisconsultos, eorum quibus per

triennium causa disputata, ex eorum consilio, inter dictos dotantes ac Marcum Antonium Menochium praefati Jacobi Francisci interim defuncti haeredem deventum est ad transactionem, per quam creditor debitoribus remisit partem fortis redacta ad lib. 15. mill. ac etiam remisit notabilem partem fructuum, seu interusuriorum, quodam parte promissa, & pro quibus omnibus debitores in se accollatur quemdam censum, quo dicti Menochii haereditas gravata erat, quibus sequitis, cum in bonis dotantium efformatus esset concursus creditorum, inter quos Menochius, defumendo hypothecam à dicto anno 1633. primum locum occupabat, Joannes Baptista Petragrassa secundus creditor, excipiebatur de dicti prioris debiti extinctione usuris solviti, sed ad favorem Menochii prodiit in prima instantia sententia Ordinarii Papiani. In gradu appellationis confirmata per A. C. Introductaque per appellationem causa in Rota coram Priori, datoque dubio, An & de cuius credito conferretur ad effectum praelationis, sub die 2. Martii 1668. prodiit resolutio Petragrassa secundo creditori favorabilis, constare scilicet de ejus credito ex consimili constitutione dotis resultantis, quod per hanc partem non controvertitur. Illud vero Menochii esse extinctum cum fructibus, seu interusuriiis dotalibus exactis post dissolutionem matrimonium, ex quo tempore, juxta opinionem, in qua residet Rota & Curia Romana, cessante ratione supportationis onerum matrimonialium, cui innixa est dispositio textus in cap. salubriter de usuris, atque resolutio titulo dotis in purum creditum pecuniarium, nulli fructus, vel interusuria debentur, etiamsi matrimonii reliqua supervenerint, non concurrentibus legitimis requisitis interesse lucris cessantis, vel damni emergentis in quocumque debito indifferenti necessariis, ex deductis per Gratian. discept. 427. Adde. ad Gregor. dec. 573. numer. 17. Rota dec. 91. post Fenzon. ad stantia, decif. 94. post Merlin. de pigrior. Romana fructuum dotalis 21. Aprilis 1651. Cerro, & 15. Januarii 1652. Bichio, quarum secunda est impressa post Zuff. de legit. process. dec. 4. Romana fructuum 16. Januarii 1660. & 14. Februarii 1661. Bevilacqua, quarum prima est post eundem Zuff. dec. 46. & habetur frequenter in sua materia, sub tit. de dote.

Ad motivum vero ex hac parte deductum, quod constaret de interesse damni emergentis ob moram debitorum per creditorem ab initio passum ex censu passivo, quo in eadem summa in sorte, & ad eandem rationem in fructibus pressus fuit, cum dicta pecunia alias extinguendo, responsum fuit, quod juxta opinionem, quam reseda sententia, quae tribuitur Rota, conf. 104. hb. 4. sequitur Rota & Curia juxta dec. Mohed. 2. de usuris, non sufficit docere de tali interesse passo in genere, nisi constet per protestationem, ac interpellationem de declaratione animi creditoris convertendi debitam pecuniam in illius debiti extinctionem, itaut debitoris mora fuerit causa praecisa & immediata damni, juxta ea quae super hac conclusione habentur pluries in praecedentibus deducta hoc tit. praefertim in A. stantia decif. 14. & plenè deducitur in decisione.

Atque ad hujus partis fundamentum, quod de hac circumstantia constaret ex ipsa transactione, in qua transigentes facti sunt, ac agnoverunt se per creditorem fuisse pluries interpellatos pro solutione ad effectum extinguendi dictum censum, cuius interesse eorum damno cedere deberet, respondetur, quod in materia usuraria partium confessionibus deferendum non est, sed veritas extrinsecas ac aliunde justificanda venit, ex deductis per Gratian. discept. 15. n. 11. & seqq. Rota dec. 69. num. 22. & seq. & decif. 307. num. 16. & seq. par. 9. rec. in dicta Romana fructuum dotalis 21. Aprilis 1651. coram Cerro, confirmata 15. Januarii 1652. coram Bichio, cum aliis in decisione desuper edita, in qua praefertim consideratur, quod cum exactio dotalium fructuum, seu usurarum contentent in causam fructuum dotalium, ita ob huiusmodi causam expressam, ad aliam causam, seu titulum referri non poterant, juxta firmata in specie in d. Romana fructuum dotalis coram Cerro.

Resolutio mihi pro Menochio scribenti, referendo etiam ad solam veritatem non placuit, non quidem ex defectu dictarum conclusionum, quas generaliter & in abstracto in suis casibus admittebam esse veras, tam circa constantem cursum fructuum dotalium resultantium ex dispositione textus in cap. salubriter de usuris, soluto matrimonio, etiamsi filii supervenerint, quam circa specialem justificationem, quod mora debitoris fuerit causa praecisa & immediata damni, quod creditor passus est, cum moderationibus tamen ac declarationibus, de quibus supra in d. A. stantia decif. 14. Ac etiam quod in materia usuraria solis partium confessionibus, ac solidatio-

tionibus deferendum non esset juxta celebre, ac magistrale cons. 520. Romani passim receptum, atque in hac materia confessionis habetur frequenter, sub tit. de camb. occasione solidationum & confessionum circa cambiorum realitatem, ac literarum, seu spaciatorum transmissionem.

Verum mihi videbatur fallacium consistere circa incongruam dictarum conclusionum applicationem ad casum controversiae, atque in non evacuatione nostrorum moriorum, dum non agebatur de simpliciter & voluntaria confessione, seu computorum solidatione ex privata conventionione inter ipsos debitorem & creditorem sequuta, sed de confessione facta per transactionem optima fide, praevia diurna lite, & cum auctoritate & consilio duorum arbitratorum, qui erant eximii Jurisconsulti, in primariis etiam Magistratibus constituti, praevia etiam discussione causae coram eis per triennium, Ac etiam quia dicta confessio aliunde aminiculata remanebat, unde propterea duae intrant verae conclusiones, quibus decisio non satisficit.

3 **Primo** quod in omnibus personis ob tertii praedictum, seu legis fraudem confiteri prohibitis, id procedit, quando confessio est pura & simplex, probabile aminiculorum momentum non habens, secus autem ubi est aminiculata, Ut generaliter de confessione Praelati concurrentibus aminiculis praedictant Ecclesiae, & tutoris praedictante pupillo, cum similibus habetur collectum per add. ad Burat. dec. 453. Surd. dec. 107. & 325. Cavaler. dec. 79. Rojas dec. 488. & 489. Et in proposito dotalis confessata probantur necne veram dorem, tam in praedictum consentiens ejusque haeredum, quam tertii, satis frequenter habetur in sua materia, sub tit. de dote.

9 **Et secundo**, quod licet regulariter transactio non afficiat tertium jure suo, & ex persona propria venientem independenter à transigente juxta regulam textus in l. Imperator, ff. ad Trebel. de qua post alios ab eo laxissime collectos Castil. 8. tom. controver. cap. 36. §. 2. Nihilominus quoties transactio quoque prohibita non est, ut contingit in feudis utriusque Siciliae per Constitutionem incipientem, Constitutionem Divina memoria, ut advertitur in Camerinen. castrovum, sub tit. de feud. disc. 49. vel quod ita regionis moribus & styli receptum sit, ut in majoritatibus Hispaniarum supponitur per Castil. d. cap. 36. juxta opinionem, in qua praefertim residet Rota & Curia, ex iis, quae frequenter habentur, sub tit. de fideicom. & sub altero de emphyt. ac etiam in d. Camerinen. sub tit. de feudis disc. 49. totum pendet à qualitate bonae, vel malae fidei, itaut hodie in foro sit quaestio potius facti & applicationis, quam juris; Si enim non collusivè & mala fide ad colorandam voluntariam prohibitam alienationem sub hoc pallio, sed sincerè & bona fide tanquam per prudentem partem illas transactio inita est, tunc afficit etiam tertios independenter & ex persona propria venientes; Bonae autem, vel malae fidei inspectio pendet à probabili, vel improbabili dubietate futuri eventus litis, ita ut distinguendo, ceteris antiquioribus relatis, habetur in Romana successione de Comitibus 26. Junii 1647. & 26. Junii 1648. coram Ghislerio decif. 44. & 48. post Cenfal. ad Peregr. apud Cels. dec. 101. nu. 3. & seqq. Romana donationis 13. Martii 1665. coram Bevilacqua, & saepius ut locis citatis.

10 **Et in specialibus terminis** usurarum praefertim decursarum, itaut conventio non habeat tractum successivum, neque continueat canonizationem usurarum in futurum decurrendatum, quoties non constat transactionis vocabulum esse colorem quaestum, sive involuntarie atque de evitanda suffocatione, quam pro restitutione debiti pari posset, ut super transigi possit, equanimè & remitti, est communis sensus Canonistarum, ac etiam Moralium, quos referuntur Manric. de tacit. lib. 26. tit. 5. n. 5. Lupus de usuris comment. 4. §. 4. in princip. & comment. 5. n. 5. Surd. de alim. tit. 8. privil. 29. n. 10. & 11. Leotar. q. 99. n. 20. & 21. Rota dec. 38. p. 5. rec. & latius in Savonen. pecuniaria 19. Novembris 1668. coram Alberga. 10. §. Denique visum est, quae decisio habetur examinata supra in eadem Savonen. disc. 12.

11 **Est bene verum**, quod DD. hanc materiam confundere videntur, promiscuè usurpando vocabulum transactionis, ac illud remissionis & donationis, desiderando perinde, ut id spontè & liberè fiat, quodque creditor à principio non cogitet de huiusmodi donatione, cum aliis considerationibus late deductis per Leotar. d. qu. 49. à n. 19. ad 34. Id enim non bene procederet videtur; Tum quia donatio, seu remissio est actus gratuitus, seu voluntarius, transactio autem tanquam species rei iudicatae, seu divisionis & compositionis futururo incerto eventu dicitur potius actus necessarius & corresponsivus; Tum etiam quia ubi admixtum est interesse

terti, verificabilis quidem est casu transactionis prudenter ac bona fide factae, ut supra, secus autem ille remissionis & donationis, quam debitor in praedictum aliorum creditorum, seu jus habentium ex edicto de iis, quae in fraudem, &c. sine dubio facere non potest.

Idemque pariter procedit in confessione alicujus qualitatis, quae usuras iustificet, seu ab illarum restitutione excuset, dum DD. totum etiam referre videntur ac sinceram & liberam voluntatem debitoris, quae, ubi admixtum est interesse tertii, etiam si sit juxta eam formam, quasi ipsi desiderant, neque sufficiat, ex recepto principio, quod prohibitus donare, v. l. remittere, est etiam prohibitus confiteri.

Quare ubi non agitur de solo praedictio ipsius debitoris consentiens, seu transigentis ejusque haeredum, seu ab eo causam habentium, sed admixtum est interesse, vel praedictum tertii, excludendo generaliter & indefinitè terminum remissionis, seu donationis, atque se restringendo ad illum transactionis, in ejus vera & stricta significatione, super rebus scilicet deductis in litem, vel saltem sub timore litis cadentibus, decisio pendet à dicta distinctione bonae, vel malae fidei, juxta supradictos terminos transactionis inita per feudatarium, emphyteutam, fideicommissarium, beneficiarium & similes, Et quoad confessionem, procedendum videtur cum illis terminis, quos satis frequenter in foro habemus in materia dotalis confessatae, ut pura & simplex confessio, cujus veritatis aliunde aminiculata non sit, generaliter & indefinitè non probet, concurrentibus vero aminiculis, de quorum pondere & efficacia quaeratur, intrat distinctio, an agatur de solo praedictio consentiens ejusque haeredum, seu alias ab eo causarum habentium ex post, vel potius de praedictio tertii, ut primo casu minor, & levior sufficiant, in altero autem majora & ponderosiora, & de qua recepta distinctio habetur praefertim in Anconitana dotalis dec. 82. 124. & 148. p. 10. rec. & frequenter in sua materia, sub tit. de dote, cum similibus, Unde propterea ista dicitur quaestio potius facti quam juris, certam ac uniformem regulam non recipiens, sed pro iudicis prudenti arbitrio ex singulorum casuum particularibus circumstantiis decidenda.

Et quamvis in decisione in ista causa edita, §. finali, respondendo ad transactionem, quae bona fide inita afficit etiam tertium, dicatur huiusmodi conclusionem procedere, quando jus tertii est accessorium & consequitivum, magis in re quam in spe, & tanquam per speciem successione transigentis, ut est in supra exemplificatis casibus successoris in fideicommissio, feudo, emphyteusi, & similibus, de quibus terminis verè agunt auctoritates & decisiones, de quibus supra, ac aliae apud eas, secus autem ubi tunc tertius habebat jus coaequale ac radicatum, quoniam tunc transactio est personalis, & non afficit hunc tertium, ex auctoritate Spadae conf. 311. n. 1. & 2. l. 2. & Rotae in dec. in calce ejusdem consilii impressi, quibus addi possunt ea, quae habetur in Urbinate. pecuniaria 13. Junii 1668. Vicecomite, & in aliis praecedentibus coram Verospio post Patell. dec. 42. 45. & 46. & de quibus in eadem Urbinate. sub tit. de donationibus.

Attamen observabam dictam conclusionem, seu declarationem esse veram, fallaciam autem consistere in applicationem ac casum. Procedit enim, ubi jus, seu interesse est radicatum ac omnino coaequale, ut puta sunt duo, vel plures possessores, seu domini eiusdem hereditatis, seu fideicommissi, vel feudi, &c. tunc ubi non accedat illud legale mandatum, quod inest in communione, & per quod unus potest alterum obligare, transactio gesta per unum non afficit alterum, atque in his terminis loquuntur dictae auctoritate & similes, sed isti termini incongrui sunt casui controversiae, quoniam creditor non est dominus & possessor bonorum debitoris, minusque cum eo habet coaequale jus in administratione, quam donec illa per decoctionem interdicitur, ipse debitor habet, ipseque dicitur principalis interessatus; quem, cessante collusionone, in lite, seu iudicio citare sufficit pro validitate actuum, ut haec afficiat eius patrimonium, quamvis exinde ob istius diminutionem creditoribus praedictum resulter, quoniam hoc dicitur accessorium & consequitivum, Ut in specialibus terminis actuum judicialium, seu extra judicialium conventionum, ac solidationum computorum, quod gesta cum principali afficiant fideiussorem, habetur plenè firmatum apud Orthob. decif. 169. Et conferunt, quae generaliter habentur in hac materia agendi cum solo eo, qui est principaliter interessatus, seu ad quem pertinet causa defenso in Corvianen. & Tirafanon. sub tit. de iurisd. disc. 2. & 22. Quomodemum igitur si iste creditor coram arbitris aut alio iudice profectus esset causam, & obtinisset sententiam transactam

Quam in iudicatum executioni demandandam, non dubitaretur, data illius iustitia & validitate, eam afficere principalis condemnatio creditorum posteriorum, admittendos solum ad allegandam collusionem, vel iniustitiam, non autem nullitatem, ex eo quod ipsi evocari non essent. Ita pariter in transactione, quæ species rei iudicatur dicitur, ejusque jure censenda est. Id etiam ad evidentiam comprobante, tam communi usu, quam necessitate commercii, quoniam alias nunquam solidationes computorum, ac litium compositiones fieri possent, dum impossibile est certificari, an quis habeat creditores necne, ideoque sufficere debet, quod sit in statu integro, atque liberam habeat suorum bonorum administrationem.

Igitur totum pendet ex facto ejusque circumstantiis, ex quibus prudentis iudicis arbitrio videndum est, an id sincere, vel bona fide in initium sit, vel e contra. In hac autem facti specie mihi videbatur clarum esse bonam fidem, ac sinceritatem, dum id non ex sola privata partium conventionem sequutum fuerat, sed ex opera & consilio qualificatorum & sapientum arbitratorum, eorum quibus per triennium causa ventilata erat, atque ob difficultates non determinata, quod in specie concordia initæ de consilio & opera alicujus Auditoris Rotæ, vel alterius qualificatæ personæ advertebat in supra allegata Romana successione de Comitibus coram Ghislerio, & in Romana donationis coram Bevilacqua, & similibus.

De probabili autem ratione dubitandi, seu probabili præsentione creditorum, clarè quoque constare videbatur, dum aderat primordium veritatis, quod ipse scilicet creditor gravatus esset censu passivo, quod solverat fructus ad eandem rationem, & sic ad interesse damni emergentis; Nil obstantem, quod juxta opinionem, quam sequitur Rota & Curia, id solum non sufficit, nisi etiam concurrat interpellatio, seu alia certa definitio, per quam constet moram debitoris fuisse causam proximam & immediatam damni juxta firmata in hujus causæ decisione; Quoniam his non agebatur in Curia Romana, sed in Civitate Mediolani, seu Papien. atque inter laicos, ideoque videndum est, quæ opinio ibi teneretur, præsertim per iudices, & an eis magis placeret opinio Ruini, quam in puncto juris probabilior esse credit doctissimus Leotar. q. 75. n. 10. & seqq. Prout neque absolutum est solum matrimonium, ubi præsertim super sunt filii, fructus dotales non debent, quoniam plerique tenent contrarium, & in aliquibus partibus hæc opinio est recepta, ut in Arianen. & in aliis, sub tit. de dote. Igitur procedendum non est cum opinionibus Rotæ & Curie, sed cum loci, in quo litigabatur, ut advertitur in Neapolitana hereditaria, sub tit. de fidei.

Ad substituendam enim transactionem non attenditur tempus, vel locus litis, quæ agitur de præsentibus, & quæ opinionones nunc teneantur, sed quid teneretur de tempore, quo inita est, ut advertitur apud Orthob. dec. 25. n. 12. cum seq. Imol. præd. 6. Junii 1653. Albergato, Calagar. decimarum Santhi Aconii 3. Junii 1661. Cerro & in aliis.

Et nihilominus ubi etiam dicta altera opinio tenenda esset, opus non est, quod de interpellatione constet judicialiter, seu sub certa forma, cum etiam præsumpta & adminiculativa sufficiat, ut habetur decisi. 153. p. 4. recent. tom. 2. Quodque illa intervenisset, non solum justificatur ex agnitione facti in ipsa transactione, sed etiam ex verisimilitudine, quod scilicet creditor patiens debitum usurarium, id alias tandiu non permisisset, dum ita poterat se liberare, ac etiam stante obsequantia præcedentis interpellationis usque ab anno 1641. quodque arbitri, viti prohi & integri, coram quibus causa per triennium ventilata erat, non permisissent huiusmodi mendacem, ac fraudolentam assertionem fieri, nisi constitisset de hac veritate, quæ etiam extrajudicialiter eis innotescere poterat, dum præcia tela judicialia ligati non erant in procedendo; Accedente etiam cessatione causæ simulandi, ac inverisimilitudine, quod debitores ita suum jactare voluerint cum pœnitus extraneo, quæ omnia insimul & unitim considerata; cum consuetæ regula, in singula quæ non profunt & c. hæc veritatem nimium in claris ponere videbantur,

ADNOT. AD DISC. XXXV.

**A** Dnotatum supra, d. disc. 12, in materia transactionis;

## ROMANA SPONSIONIS PRO MAURITIO CUM HÆREDIBUS JULII.

Casus disputatus coram A. C. & in Signatura postea concordatus.

An dicatur usurarius contractus, per quem dentur bona, sub obligatione solvendi seorum valorem in duplo, seu alias excessive, quando emptor uxorem duxerit, seu aliquam dignitatem obtinuerit quodque alias ad nihil teneatur; Et quatenus contractus non sit usurarius, An & quando ex alia ratione sit infectus, & prohibitus, Et generaliter de materia sponsonum.

### S O M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De validitate contractus, per quem res cariori pretio solvi debeat, vel summa data cum excessu restituatur pro quando emptor, vel mutuatarius uxorem duxerit.
- 3 Distinguntur inspectiones.
- 4 Cum quibus terminis Morales tractent hanc materiam.
- 5 Impugnatur hæc via, & de invalida conventionem lucri ratione periculi ad terminos text. cap. naviganti, & incidenter de societate officii.
- 6 Quod veri & proprii termini istius contractus sint illi sponsonis.
- 7 Quando talis contractus sit licitus, vel illicitus.
- 8 Etiam accedentibus conditionibus illicitis ac inficiendis actum, non tamen contractus dicitur usurarius.
- 9 De invaliditate conditionis inducentis viduitatem, sive impediens libertatem matrimonii.
- 10 Declaratur quando id procedat, & de ratione ob quam sponso sub conditione futuri matrimonii substituatur.
- 11 De lesione ob quam iste contractus inficitur.
- 12 De circumstantiis ex quibus resultat lesio.
- 13 De circumstantiis eratis & imprudentia.
- 14 Quomodo hic contractus debeat moderari.

### D I S C. XXXVI.

**M**auritius paulo post expletam adolescentiam per mortem patris effectus sui juris unicus in ejus domo, ac possessor pinguis fideicommissi avi-tentorum 100. mil. & ultra cum reciproca ad favorem alterius filii testatoris, ejusque descendendum juxta seriem, de qua in Romana legitima sub feudis, disc. 19. contractum in initium cum Julio, emptionis quorundam bonorum mobilium valoris, ut supponebatur, scilicet 600. circiter, pro pretio scilicet 1300. solvendorum quando uxorem duxerit, cum pacto quod ipso emptore decedente post biennium, uxore non ducta in statu seculari, bona censebantur ei donata. Moriente autem infra biennium, vel ad factos ordines ascendente, ipsa bona remaneret inempta, & venditori restitui deberent. Cumque diceret Mauritus illinc ad triennium uxorem duxisset; Hinc Julius, vel ejus interim defuncti hæres eum pulsant ad solutionem dictorum scutor. 1300. Et introducta causa coram A. C. hic stante obligatione camerari, cum solito processu executivo, mandatum relaxavit, ad itaque Signatura, ob aliquam difficultatem ab ista habitam, dilata fuit resolutio, quod ansam dedit concordia, quæ controversiæ finem dedit.

Dictæ resolutionis præcipuum fundamentum fuit privilegium obligationis camerariæ rejicientis omnes exceptiones altioris indagationis ad petitorium, quodque propterea ea quæ ego, ut infra, scribens pro Mauritio deducebam contra hujusmodi contractus validitatem, essent altioris indagationis. Potissimè verò stantibus punctualibus de autoritariis, quibus hodie, rejectis ratiociniis, manus deferri solet; in individuo hujusmodi contractus voluntatem firmantibus, ut ex Moralibus Azor. in suis. moral. p. 3. lib. 11. cap. 21. dub. 1. Diana par. 1. tract. 8. de contract. resol. 38. Megala tom. 1. variar. resol. 70. Et ex Juristis Scaccia de cambiis, §. 1. q. 1. nu. 97. Rota Jamnen. dec. 108. Crivell. decisi. 57. Thefaur. junior. lib. 2. quaest. foronf. 14. qui per scribentes allegabantur, & deduci, licet incidenter, & non examinato articulo præter morem, Leotar. de usur. qu. 23. n. 54. vers. superest in fine.

Contrarium in hac facti specie dicebam ego scribens pro debitore, probabilius videri; Ad quod dignoscendum, pro super

tollendis æquivocis, duas constituere inspectiones. Unam super qualitate usuraria, seu alia infectione dicti contractus in genere, ac ita simpliciter & abstractè considerati. Et alteram, posito quod generaliter, & in abstracto talis defectus sive inspectio in hac specie contrahendi non adesset, an ob quasdam particulares & alterativas circumstantias censendus esset usurarius, seu alij invalidus, vel saltem læsivus, quod ad iustitiam reducendus esset.

Quoad primam, licet Morales istam materiam tractare soleant cum terminis generalibus periculi, cuius ratione licitum esse credunt de aliquo lucro pacifico, ex iis, quæ ad materiam text. in cap. naviganti, de usur. habentur supra in Romana nautici fœneris, disc. 3. adeo ut supponant mutuum verum, vel interpretativum, quo tamen non obstante admittunt pactum accessionis, Quod etiam cum nimium foret levi minerva; & cum principiis periculosis habetur apud Rot. Genuen. dec. 108. cum qua simpliciter pertransit Scaccia loc. cit. in cuius decisionis casu mutuator dederat minor sumam pecuniæ numeratæ, receptorum majorem purificata conditione, & sic accedebat mutuum verum; Quod etiam supponitur per Azorium loco citato, ubi exemplificat de mutuantem centum, stipulatione de restitutione bis centum. Aliique, ut præsertim Megala procedunt cum terminis venditionis factæ cariori pretio, obfistius dilata solutionem, alicui periculo etiam expositam.

Attamen isti non videntur veri & proprii termini materiæ; dictis enim terminis attentis, quicquid sit in foro interno, de quo vitorum forensium non est agere, in foro externo ista Moralium opinio, ut ratione periculi liceat de lucro pacifico, ut potè contrarij dispositioni expressæ sacrorum canonum in d. cap. naviganti, de usur. recipienda non videtur ut lacius probatum est in d. Romana nautici fœneris, disc. 3. & alibi, quia præsertim periculi non debet reddere licitum mutuum usurarium, illudque vestire cum pacto accessionis, ut cæteris relatis haberet etiam apud Leotar. d. g. 23. n. fin. ac etiam duobus n. præcedentibus; Et quamvis aliqui in hoc se decipiant cum terminis societatis officiorum, in cuius contractu habemus propositionem, quod non subsistatur, nisi ubi adest periculum, quasi quod istud sit causa illiciti validitatis, Attamen hoc est æquivocum, quoniam periculum ibi consideratur accessorie & consecutivè, ut in sua materia sub tit. de societ. offic. disc. ult.

Prout extraneæ, ac debiles videntur rationes, ex quibus istum contractum substitui conatur Thef. jun. d. g. 14. quoniam licet aliqui generaliter doctus J. C. Attamen ibi hunc articulum satis debili modo tractare videtur cum quibusdam ejus pilis meditationibus, ita ut videatur à se ipso diversus; Et sic attentis dictis auctoritatibus, seu fundamentis, cum quibus ipse procedunt, in sensu etiam veritatis, dicebam pro usuraria infectione potius respondendum esse, quoad ea quæ forum externum concernunt.

Ex alia tamen ratione observabam istam contrahendi speciem, quoties alij circumstantiæ alterativæ non concurrant, licitam videri, quia scilicet nullum contrahi videatur mutuum verum, vel interpretativum, dum in initium diversus contractus emptionis & venditionis, atque iste negere est purus & perfectus, sed conditionalis, quia si casus daret emptorem infra biennium decedere, sive deinde ad sacros Ordines ascendere, tunc res remaneret inempta, & resolutio contractu teneretur solum emptor ad ipsorum bonorum restitutionem absque aliquo ejus damno, sed potius cum utilitate ob commodum usus interim reportatum; Quatenus verò dicta conditio resolutiva non contingat, tunc verè & propriè dicitur contractus sponsonis, qui non accedentibus circumstantiis alterativis illum corrumpentibus, ac facientibus transire in mutuum interpretativum, sive quia alij conditiones illum illicitum reddant, non est in jure prohibitus, ut de sponsonum contractu Decius celebri conf. 115. Franc. dec. 113. ubi adden. Magon. dec. Florent. 8. & cæteri apud Rocem in notabil. post 2. vol. conf. de affectu n. 269. & seqq. Atque docet quotidiana praxis sponsonum, quæ sunt inter bellantium factionarios, vel benevolos super eventu obfidionis alicujus Civitatis, vel fortalitii, nec non super extractione officialium Senatû Januensium cum similibus, de quibus non semel sub tit. de credito, vel sub altero de contractibus in genere, atque ad instar ementis jacturam remis, seu fructuum venationis cum similibus.

Quare decisio super hujusmodi sponsonum validitate, vel infectione pendet à qualitate, vel circumstantia qua illa est vestita, an sit de jure licita, vel illicita, seu an contineat necne implicitam turpitudinem, ita sub hoc pallio velata. Ut exempli gratia, sunt sponsones, quæ fiunt super

Card. de Luca, Lib. V.

futura electione Pontificis, de quo casu agitur apud Franc. d. dec. 113. quia justè & prudenter ob turpitudines, quæ desuper committi possent, id fuit prohibitum. Sive ubi cum aliquo ministro Principis, vel cum conjuncto, seu fiduciario alicujus officialis fiat sponso super futuro exitu bono, vel malo alicujus litis, aut super provisione Episcopatus, vel beneficii, aut officii cum similibus, quoniam ita committi possent fordes, vel simonia, aut alia turpitudine sub hoc pallio, ut quandoque contingit; Et sic debent concurrere talia requisita, quod contractus non contineat rem turpem, vel illicitam, seu alias scandalosa, aut peccati productivam, neque urgeat pallium usurarium, vel earum suspicio, quod pender ab eo, an adsit mutuum implicitum, sine quo non datur usura; Quodque pretium futuræ alæ, quæ deducitur in contractum sit incertitudo nisi eventus hinc inde adaptatur, quæ tamen omnia, excepto casu impliciti mutui cum dilatione, ex quo resultat usura, istam non respiciunt, sed potius injustitiam, & læsionem, vel turpitudinem, aut aliam rem illicitam extra materiam usurariam.

Quo verò ad secundam inspectionem magis particularem, seu individuum; Scribens tanquam Advocatus deducebam infectionem contractus ob impedimentum exinde resultans libertati matrimonii, quoniam ita ne emptor cogatur summam adeo excessivam solvere, retrahi possit à matrimonio contrahendo, quam vis id agendo talem voluntatem, ac propositum haberet, ideoque remanet conditio infectæ, 9. minis tex. in c. gemma, de sponsalibus, ubi Hostien. quem sequuntur Stracca de sponsonibus in tract. de mercatura, p. 4. n. 4. & Santerna cod. tract. p. 2. n. 4. Vel ratione viduitatis juxta terminos tex. in l. 2. C. de indit. viduit. rollen. cum vale. §. scriptum alias se arbitratu. ff. de condit. & demonstr. cum concord. per Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 35. latè Altograd. conf. 77. lib. 2. ubi ad varietatem concordantes.

Verùm reflectendo ad veritatem, motivum non erat solidum, quoniam ut latè advertitur in Bononien. fideic. de Guidottis, sub tit. de fideicom. in eodem præficio casu, super quo producit d. conf. 77. Altograd. ac etiam alia occasione habetur in sua materia sub tit. de matrimonio, ea quæ de hujusmodi conditionibus dicuntur, procedunt quando præcisè percutiunt ipsam libertatem, neque aliam habent rationem, seu motivum, nisi illud irrationabile impediendi matrimonium, ac inducendi viduitatem, secus ubi id aliud habet finem, quia nempe talis conditio consideretur, tanquam productiva melioris fortunæ, ob quam emptor in eo statu commodius eam rem cariori, & excessivo pretio solvere potest, quam potuisset solvendo pretium iustum in altero statu. Eodem modo, quo idem pacifici contingat super alio meliori statu resultantem à Senatoria dignitate, sive ab alio munere, cum similibus. Undè propterea agnoscebam istud esse fragile fundamentum, attentis præsertim dictis punctualibus auctoritatibus, quæ credebam veras in ordine ad istud objectum, vel ad alterum usurariæ pravitatis, quamvis earum rationes non sint bonæ.

Credebam tamen contractum non debere sustineri ratione inæqualitatis, ac magnæ & enormissimæ læsionis, quæ ubi est talis, quod resoleat dolum præsumptum, non solum locum aperit rescissioni, juxta terminos textus in l. 2. Cod. de rescind. vendit. sed etiam causat nullitatem, ex deductis per Fontanell. dec. 64. cum pluribus sequentibus, ubi cæteri, Rota in Romana transactionis 19. Decembris 1569. & 19. Aprilis 1660. coram Verospio, & habetur pluries sub tit. de emptione, & venditione, & alibi. Undè propterea ut supra dictum est, omnes tam Juristæ, quàm Morales in hoc concordant, ut pretium debeat esse periculo, seu incertæ alæ proportionatum.

Læsio autem plûsqvam enormissimæ videbatur evidens, cum ageretur de notabili excessu longè ultra dimidium, & quod magis est, ob dictum pactum, ut in casu mortis infra biennium, vel in casu suspensionis vitæ Ecclesiasticæ capitale esset salvum, atque ipsa bona restitui deberent. Cum enim ageretur de juvene inexperro, ferè in adolescentia adhuc existente, sed divite cum adeo pingui, & qualificato fideicommissio ad favorem ejus transversalium in casu mortis absque filiis, utique actena qualitate Civitatis, ac Principatus, ad breve tempus in magis adulta ætate constitutus, unum de duobus statibus probabiliter electurus erat, vel illum matrimonii, vel illum Prælatuzæ, & Status Ecclesiastici, probabilis autem primum, cum esset unicus, nisi de proximo mors contigisset, ut ob primæ juventutis furores frequenter contingere solet, & ideoque cautus & prudens venditor, ita in turo se posuit reportando magnum lucrum sub specie periculi verisimiliter non contingibilis, dum in

casu brevis mortis, vel assumptionis vite clericalis ipsum capitale remanebat salvum. Et sic excessus non erat pretium proportionatum eventualitatis. Accedente etiam circumstantia gratia, huiusmodi imprudentis & circumventionibus subiecta, nec non mortis patris de recenti sequuta, quae circumstantiae bene ponderantur per Theaur. jun. *disq. qu. 14*. Atque ex his potius, quam ex illis difficultatibus, quas in hac materia ponderant scribentes, ubi supra, credebam moderationi huius contractus locum esse debere cum condemnatione emptoris ad iustum bonorum pretium, ac etiam ad aliquod moderatum augmentum proportionatum illi periculo, cui venditor interim subiecerat facta ejus valuatione peritotum iudicio, attento tempore contractus, sed hoc unum est, quod non videbantur cadere termini usurae.

ANNOT. AD DISC. XXXVI.

Agitur in hoc disc. de materia sponsionis, de qua *disc. 47. & 48. de alien. & contract. prohib. & forte in aliis eod. tit. & in hoc tit. & incidenter disc. 111. n. 5. de Cred. & alibi.*

ROMANA PECUNIARIA  
PRO JO. MARIA SORRISIO  
CUM PP. BARNABITIS S. CAROLI  
AD CATENARIOS.

Causa varie resoluta, & pendet.

An ille, cum cuius opera, & pecunia aedificium, vel aliud opus construitur, convenire possit cum aedificii Domino de fructibus recompenfativis. Et quid ubi Dominus aedificii, vel operis pro illo construendo fuisset aliis distracturis bona, vel jura fructifera.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series cum resolutionibus.
- 2 De dispositione juris civilis deferente usuras fabro, vel alteri, qui utile negotium pro alio gerat.
- 3 De dicti juris correctione per jus canonicum.
- 4 De materia text. in l. curabit, C. de action. empti super fructibus recompenfativis, & n. 14.
- 5 Isti fructus recompenfativi non debentur pro re infructifera.
- 6 In materia usurarum attenditur interesse creditoris, non autem debitoris.
- 7 De resolutione Rota, & de auctoritatibus, quibus innixa est.
- 8 De abusu circa doctrinas speciales, & n. 12.
- 9 De imputatione usurarum in fortem ipso jure, non autem per conditionem indebiti.
- 10 Resolutio non placet.
- 11 Examinantur auctoritates, quibus est innixa.
- 12 De eodem, de quo, n. 8.
- 13 De legibus civilibus in hac, vel simili materia spirituali abolitis per jus canonicum, ad quid attendi debeant, & sint operativa.
- 14 De ratione dicti text. in l. curabit, & quomodo ejus dispositio attendenda, & de aliis legibus laicalibus in materiis spiritualibus.
- 15 De ratione salvante usum decernendi interesse lucri cessantis, etiam sine speciali justificatione requisitorum Castrensis.
- 16 A lege positiva inferre licet ad pactum, & conventionem.
- 17 Qualia sint extrema, vel requisita usurae.
- 18 De circumstantiis excludentibus usuram.
- 19 An debitor etiam peccet faciendo contractum usurarium.
- 20 De excusationibus creditoris, & de ejus bona fide.
- 21 De conclusione, quod in usuris non excuset bona fides, quomodo intelligatur.
- 22 Quod melioranti debeantur fructus melioramentorum.
- 23 De inconvenientibus, quando proceditur cum generalitatibus, & quomodo in materia sit procedendum.

DISC. XXXVII.

Existente Clerico Regularibus Congregationis S. Pauli decollati Ecclesiae S. Catholi ad Catenarios, debitoris Jo. Mariae fabri murarii pro diversis aedificiis constructis in officinis Ecclesiae, & in ipsa domo notabilis summae, cum pro ista fabrica facienda cum Apostolica licentia destinasset

quaedam loca montium, quae pro temporum contingentiis non expediebat tunc distractere, ut magis opportuna expectaretur occasio. Idcirco faber contentus fuit in eorum gratiam dilationem concedere, cum conventionem, ut interim ipsorummet locorum montium fructibus contentus esset. Sequuta vero eorum venditione, cum adhuc pro fructibus, ac etiam pro aliquibus aliis operibus, remaneret faber creditor in quadam summa, istam jam satisfactam, seu extenuatam praetendebat Religiosi cum praedictis fructibus, utpotè illicitis, & usurariis, quare introducta causa coram locumtenente civili Vicarii, in vim obligationis Cameralis, post aliquas disputationes ad creditoris favorem decretum fuit mandatum exequutivum praeservatum per Signaturam cum clausula, *sine praedictis*, introductaque causa appellationis in Rota coram Priolo, ideoque dato dubio petitorii, an fructus debeantur, vel potius in fortem imputandi sint, sub die 30. Martii 1673. ad favorem debitorum prodit resolutio, fructus scilicet praedictos tanquam indebitos, & usurarios in fortem imputari debere, atque in hoc statu causae pen det sub tractatu concordiae.

In disputationibus itaque desuper in utraque instantia habitis. Cum alii pro eodem creditore scribentes deduceret dispositionem text. in l. 2. C. locati, in qua disponitur in specie, ut fabro murario, qui suscepit domum aedificandam suo sumptu, & opera, debeantur usurae, ac etiam text. in l. si verè 12. §. si verè mihi, ff. mandat. & in l. & in contraria 37. ff. de usur. per quos Procuratores, vel negotiorum gestori, pecunias de proprio utiliter ad commodum principalis eroganti, decernuntur usurae. Ego verò deducere dispositionem, vel rationem text. in l. 2. C. de usur. & in l. curabit, C. de act. empti. Super aequitate prohibente retinere eodem tempore, & pretium, quam prohibitionem magis receptum est, ita procedere favore venditoris contra emptorem, qui pretium non solvit, & rem emptam possidet, sicuti è converso favore emptoris contra Venditorem, qui pretium recepit, & rem non tradidit, vel retinuit, ut advertitur pluries supra hoc titulo.

Scribentes in contrarium pro debitoribus, reassumendo ea quae de recenti deducta fuerant in simili controversia contra alium fabrum murarium in Romana fabrica 20. Maji 1672. coram Matthaeo, dicebant quod praefatae leges, nempe 2. C. locat. & alia, ff. mandat. & de usur. ex veteri magisque recepta sententia pluries quoque in praecedentibus innuata, fuerunt abolita per jus canonicum, quod in hac materia usuraria ratione peccati, attendendum, & servandum est etiam in foro saeculari alicuius Principum, atque ut per nos dicitur tolet, etiam in terris Imperii, dum generaliter jus canonicum corripit in hac materia omnes leges civiles disponentes de hac usuraria materia, etiam privilegatas usuras pupillares, ut late probat Leotar. d. hoc tractat. qu. 27. & 33. & alibi pluries.

Ad alias vero leges per me allegatas in l. 2. Cod. de usur. & l. curabit, Cod. de action. empti, respondebant, quod licet istarum legum dispositio ratione aequitatis, cui innixa est, non cadat sub dicta generica juris canonici correctione, Attamen procedit solum in iis, in quibus vigeat ratio domini, & competentiae fructuum ipsius rei, quia nempe nisi venditor rem emptori tradidisset, ipse percepisset fructus, & è converso eosdem percepisset emptor, si res empti sibi tradita fuisset, quae ratio non adaptatur huiusmodi creditori, cum cuius opera, & pecunia nomine Domini soli, & ad ejus commodum, & in commodum opus constructum est, cum ipse semper remaneat in terminis creditoris pecuniae sterilis cum mutuo explicito, vel implicito.

Neque referre dicebant, quod debitor utilitatem, ex operis constructi fructibus reportaret. Tum quia in hac facti specie aedificium non erat fructiferum, utpotè consistens in officinis, & membris Ecclesiae, & Conventus, seu domus Regularis, dum ex pluries relatis praesertim supra, disc. 17. & 18. aequitas ditorum jurium eatenus intret, quatenus agatur de bonis fructiferis, & ad mensuram, seu proportionem fructuum. Tum etiam quia ut habetur supra, disc. 12. & in aliis, in hac usuraria materia non attenditur interesse mutuatarii, sed illud mutuatoris, cuius respectu ut creditum quantitatis de sui natura infructiferum aptum sit producere fructus, vel accessiones, verificari debent consueta pluriesque enunciata requisita lucri cessantis, vel damni emergentis, cum probationibus specificis, ac etiam plenae & concludentibus; cum in hac periculosa materia procedendum non sit cum aequivoce, & praesumptivis probationibus per possibile, vel per verisimile juxta plenè firmata in decisionibus editis in Savonen. de qua supra, dicto disc. 12.

Cum

Cum his itaque generalitatibus processum fuit in decisione desuper edita, cuius potissimum fundamentum pro currenti stylo fuit auctoritas ejusdem Rotae, Bich. dec. 406. n. 42. & 43. repetit. dec. 6. p. num. rec. cum qua etiam pertransit dec. 32. n. 4. & seqq. p. 12. & in dicta Romana fabrica coram Matthaeo, dum in iis omnibus agitur praesise, & punctualiter de consimili credito fabri murarii pro constructione aedificii.

Modernus etenim stylo docet, quod ubi habeantur auctoritates, quae in litera speciales sint, & individuae, cum caeca fide attenduntur, atque discutuntur, & distinctiones, quae desuper fiant super earum insubsistentia, vel super congrua, vel incongrua applicatione, ut saepius innuatum est, reputantur Advocatorum ratiocinia, & acumina.

Posito autem, quod huiusmodi fructus, vel accessiones non debeantur, hinc in decisione inferunt ad alias generalitates, nempe quod in hac usuraria materia Partium conventio in nulla habenda venit consideratione, cum ipsa non possit reddere licitas usuras intrinsecè malas, & illicitas. Et quod, quicquid aliqui teneantur super usurarum solatarum repetitione faciendi in actione ordinaria conditionis indebiti, Rota & Curia inconcussè sequitur contrariam opinionem, ut ea faciendi veniat legis ministerio, ipso jure per imputationem in fortem, ita fingendo, vel praesumendo debitoris voluntatem, solventi singulis annis, vel temporibus, commodo vel fortem principalem sub nomine, vel colore fructuum, vel usurarum, ad evitandam formidatam creditoris suffocationem, ne scilicet aliis irritatus, illum juxta Evangelicum oraculum ponat sub tortoribus, atque cogat ad restitutionem fortis, juxta firmata apud Bich. dec. 72. repetit. dec. 69. p. 9. rec. & frequenter in praecedentibus allegata, & praesertim supra, disc. 12. & in decisionibus in ea causa editis.

Resectendo autem ad veritatem, probabilior visa est resolutio iudicis primae instantiae, qualem quoque reputavit Signatura rescibendo de clausula sine praedictis. Et per consequens posterior resolutio non placuit. Non quidem ex fallacia praemissarum generalitatum, seu conclusionum quas in suis casibus pro eorum respective circumstantiis veras esse admittrebam, utpotè ad me quoque pluries in praecedentibus firmatas, sed ex fallacia applicationis, ad quam hodie revera omnes forenses quaestiones, earumque decisiones referuntur.

Examinando itaque causam controversiae prius per auctoritates, cum quibus Rota decisio procedit, deinde vero per rationes, & discutitur. Moderna decisio in Romana fabrica coram Matthaeo ex tranea videbatur ad casu praesentis controversiae dum in ea facti ipse sine nulla aderat conventio, neque accedebant illi circumstantiae, quae in praesenti, ut infra accedunt, sed faber praetendebat usuras ex sola dispositione juris civilis in dicta l. 2. Cod. locat. cum concordantibus de quibus supra. Prouer etiam in casu dec. Bich. 406. alias dec. 6. p. 11. rec. neque aliqua aderat conventio, minime neque accedebat infra scriptae circumstantiae. Quomodo neque agebatur de usuris solutis ab ipso principaliter debitore, sed agebatur de tertio, qui subintrando in jus fabri, ad quo cessionem reportaverat, ut in possessione rei se tueretur, repellere volebat alios creditores, etiam pro huiusmodi fructibus, vel usuris, & sic pariter in casu longe diversam habente rationem, atque diversum effectum.

Atque in dec. 32. p. 12. rec. non agitur de puncto in universum, dum hic articulus nullatenus cadebat sub disputatione, sed solum incidenter referunt id quod dicitur in allegata decisione Bichii, ideoque omnes praemissae auctoritates revera prorsus extraneae remanent ad casu.

Hinc proinde semper major dignoscitur nostrorum temporum abusus, ac deploranda miseria in hac legali facultate, attendendi auctoritates in sola litera, non resectendo, amaturè, & principaliter, vel incidenter, si ve ad alium effectum loquantur, neque ponderando casuum, eorumque circumstantiarum diversitatem, opinando quod sint punctuales eo quia loquentur de fabro murario creditore, ex causa constructi operis, quo nil absurdius, vel ineptius.

Assumendo verò alteram partem discutivam, seu ratiocinativam. Quatenus pertinet ad praedictatum legum civilium dispositionem. Non negabam assumptum super illarum correctione per jus canonicum, quodque propterea nullatenus attendenda sunt in ratione autoritativa, quia nempe ex earum sola dispositione debeant esse licitae illae usurae, quas certum esset, quod attenta juris canonici dispositione, vel declaratione essent illicitae, quia nempe ageretur de mutuo vero, vel interpretativo, pro quo sine alio titulo justificatione accessiones exigere possent. Bene tamen dicebam illas attendi debere pro auctoritate, vel doctrina magistrali, Card. de Luca, Lib. V.

eo modo quo in legibus, & Constitutionibus revocatis receptum habemus ex insinuatibus disc. 35. de iudic. & alibi pluries, & sic non ex earum sola auctoritate, quae in hoc nulla est, sed ex earum ratione deserviente pro regulatione actus dubii, & disputabilis. Aur quod ipsa lex civilis disponat super subintellecta, vel praesumpta probatione alicujus facti, quo posito de consequenti resuleret dispositio juris canonici, vel ecclesiastici.

Ad quod comprobandum ponderabam, quod ut pluries in praecedentibus habetur praesertim, disc. 15. cum pluries seq. extra controversiam in praxi etiam in ipsamet Rota, & Curia Romana recepta est dispositio dicti text. in l. curabit, C. de act. empti. & tamen dicta lex confidit fuit per ethnicos, & magnos Christianorum persecutores Dioclerianum, & Maximilianum, sed attenditur ob rationem, cui est innixa, eodem modo quo habemus in illis legibus, quae conditae fuerunt per Justinianum, aliosque Christianos Imperatores in materia immunitatis Ecclesiasticae localis, realis, vel personalis, aut in materia Fidei contra haereticos, & schismaticos, cum similibus, quod scilicet attenduntur, non tanquam leges in ratione potestativa, sed tanquam magistratae auctoritates comprobantes id quod alias intrinsecè ex ratione juris divini, vel naturalis iam disponatur cum similibus.

Ac etiam in idem conferunt ea quae habentur sub tit. de Dote, disc. 191. & in aliis locis ibidem enunciatis, in proposito statutorum laicalium decernentium fructus, vel usuras dotales, etiam post dissolucum matrimonium favore mulieris Viduae, si ve favore filiorum, adeo ut non intret ratio, vel dispositio juris canonici in c. salubriter de usur. Quoniam statutum non disponit super re spiritali directè, & sic super ipsa usura, sed super praesumpta, vel subintellecta probatione facti, seu requisitorum, quibus concurrentibus, etiam ex jure canonico debeat interesse.

Et ad instar eorum quae habentur eod. tit. de Dote, disc. 143. & saepius in sua sede particulari sub tit. de alien. & contr. prohib. in proposito statutorum laicalium indirectè enervantium vim juramenti ob inductam praesumptam probationem illius facti, quo posito juramentum suam vim amittit ex juris divini, vel naturalis dispositione, puta quia adinat fidem scripturae, si ve quia praesumat actum dolo, & metu extortum, cum similibus.

Ideoque (applicando ad rem) dicebam praedictas leges civiles nimium considerabiles esse in earum ratione potius, quam in auctoritate, ad comprobandum aequitatem, & iustitiam assistentem ei, qui utile negotium pro alio gerat, ne iacturam exinde sentiat, & resistentem, qui de usuraria pravitare opponat, non quidem pro evitando damno, quod depravati faeneratoris suffocatio ob pecuniae indigentiam sibi inferat in bonis suis, sed pro lucro, & locupletatione de alieno.

Atque hinc etiam sequitur id quod pluries in praecedentibus, & dicto disc. 161. de Dote, & alibi innuatur super in toto ferè orbe Catholico, praeter Curiam Romanam, recepta consuetudine, deferente ex solo requisito motae regularis, vel irregularis interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, absque illa superstitiosa formalitate merè verbali, seu caeremoniali, quam Curia exigit super requisitis Castrensis in l. 3. ff. de eo quod vet. loc. dum consuetudo non disponit super substantia interesse, ut debeatur etiam in casu, in quo usurarium, & illicitum esset. Sed disponit super praesumpta, vel subintelligenda probatione requisitorum tanquam de re notoria, & communi, quoties taxa sit justa, & verisimilis, adeo ut currentes, & promptae sint investmenti tunc occasiones, dum infectio est, quando conventio fit generica, & verisimiliter non vera, nec prompta, ut pluries in praecedentibus advertitur.

Posita verò potestate legis laicalis, & positiva desuper statuendi. Exinde quoque rectè inferri posse dicebam ad potestatem contrahentium, ita conveniendi, cum à statuto ad pactum, & contra licitum sit arguere, ut d. disc. 161. de Dote, & pluries supra in praecedentibus; dummodo tamen accedat dictum requisitum iustitiae, ac verisimilitudinis, adeo ut justificatio non pendeat ut supra à sola conventionem inverisimili, cum figurata non vera occasione, quae referri valeat debitoris suffocationi, sed dici possit adminiculata, atque circa inverisimilitudinem investmenti tunc ad eam rationem, consistit punctus invaliditatis huiusmodi conventionum, ut advertitur supra, disc. 18. & alibi pluries.

Non videtur enim quid prohibeat, quin illa formalitas, quae in Curia tanquam species iudaismi desiderari solet, super justificatione ditorum requisitorum, intrepellatibus scilicet, & attestationis proxenetae super promptis occasio-



nibus, possit iustificari per æquipollens, & per agnitionem ipsorum principalium, quoties agnicio sit iusta, verisimilis, & administrata, cum ista non sit forma, ita præcisâ, ut non admittat æquipollens. Ideoque ista remanent merè leguleicæ superstitiones ad instar cuiuscumque alterius confessionis ad inculatâ in prohibitis ex deductis *disc.* 159. *de Dote, cum similibus.*

Usura namque consistit in depravata intentione foeneratoris exigendi accessiones pro mutuo illius pecuniæ, quam aliter instruxeram, & otiosam retinuissem, ac etiam in suffocatione debitoris, qui invitus, & coactus, ex illa vi præsumpta, & interpretativa, quam lex præsumit, promittat, vel solvat id, quod aliâ non esset soluturus, & non habeat in animo solvendi, quodque hæc solutio sibi causet dampnum, & diminutionem sui patrimonii; Ac proinde, quando hæc omnia cessant, quia nempe ex facti circumstantiis, & præsertim ex quantitate nimium moderata, & verisimili, & ex qualitate contrahentium, ipsiusque actus sincerè, ac publicè, & palam in initio, atque ex promptitudine occasione, aliiisque circumstantiis, ista duo extrema potius excludantur, tunc manifestum videretur æquivoque procedendi in hac materia cum solis generalitatibus, eas indefinitè cuiuscumque casui applicando, cum attendi debeat ratio, seu finis prohibitionis, non autem formalitates.

Perpensis itaque omnibus dictis circumstantiis, ad evidentiam excludi videbantur omnia illa extrema, quæ sœnus inducant; Attenra siquidem persona creditoris cessabat verisimilis depravatus foeneratoris animus, cum ipse non esset campfor, & negotiator, qui huic pecuniarî negotiationi deditus esset; dum erat faber, assuetus id quod cum suo labore, & industria in singulis annis deductis expensis cresceret, investire in loca montium.

Attenta verò persona debitoris, cessabat etiam ratio suffocationis, dum agebatur de corpore ficto universali, pro quo singuli religiosi carcerati, vel aliâ molestari, seu rebus ad eorum victum necessariis privari non poterant.

Minusque in debitoris considerari poterat iactura in re propria, cum iniusta locupletatione foeneratoris, dum hic adificio iam destinata fuerant hæc loca montium, eatenus promptè non vendita, quatenus temporum conditio exigeret aliquam moram pro meliori opportunitate, adeo ut dilatio concessa fuerit in meram gratiam, & utilitatem debitoris adificare volentis, qui aliâ non percipisset hos fructus, ita moderatos, quibus contentus fuit creditor, qui si depravatum habuisset intentionem, tunc urgere, atque suffocare potuisset, ut ita pro minori pretio ipsamet loca emeret. Bonæ fidei, ac sinceritatis argumento quoque resultante à dictâ qualitate actus publicè, & palam ita gesti juxta ponderationes, de quibus supra, *disc.* 12. & in aliis plurius.

Debitoris item quantitate nimium considerabilem esse advertebam ad creditoris bonam fidem inducendam, vel confirmandam. Agebatur etenim de Collegio constituto ex notabili numero Clericorum Regularium nimium qualificatorum, tam ratione naturalium, quam etiam doctrinæ, & probitatis, & quorum peculiare institutum est vacandi confessionibus sacramentalibus, aliisque exercitiis pertinentibus ad salutem animarum, & peccata vitanda. Cum etenim usura ita sit crimen peccaminosum in mutante, ut in mutuario, quoties istum à peccato excusabilem non reddat illa præcisâ, vel moralis necessitas, quam inducat suffocatio, in hac facti specie non verificabilis, dum agebatur de opere voluntario; ad majorem ornatum, vel perfectionem Ecclesiæ, & domus regularis circa aliquam necessitatem, ac proinde illiteratus artifex nullatenus huiusmodi subtilitates, seu verius superstitiones callens, cum optima fide, iustaque credulitate opinari potuit, quod contractus esset licitus, cum improbabile omnino esset, ut viri adeo docti, & religiosi, regularem, ac spiritualem vitam proficentes, & qui omnia in seculo reliquerunt, ut Christum Apostolorum more sequerentur, illicitum & peccaminosum contractum facere voluerint, atque ad eum inducere virum simplicem, & idiotam, qui si cum privato seculari intutus fuisset, atque timoratisimâ conscientia esset, ipsorum desuper adhibuisset, atque sequutus esset consilium.

Hinc proinde intrare advertebam dilemma, quod aut isti Religiosi periti in Theologia moralis, ac etiam in Canonibus credebant contractum esse licitum, Aut non; Si credebant, ergo multò magis id iuste credere potuit vir idiota, & artifex, ac propterea quamvis credulitas detegeretur erronea, attemandi mereretur iusta ignorantia juris valde dubii, & assimilanda ignorantia facti, quæ excusaret à fructibus perceptis, & consumptis juxta ponderationes, de quibus supra,

*disc.* 17. & in aliis plurius. Et si non credebant, tunc ita esse dicerentur in dolo manifesto, & in deceptione viri simplicis, qui eorum fidem iuste sequutus est, & per consequens quomodocumque diceretur, semper imputatio huiusmodi fructuum nimium irrationabilis remanet, atque speciem iniquitatis redoleat.

Et quamvis vera sit propositio quod in materia usurariaexus, vel rusticitas, aut alia ignorantia non excusât, cum sit ignorantia juris, quæ non admittitur, Attamen id cum duplici temperamento intelligendum venit, ut in supracitato *disc.* 17. & in aliis plurius advertitur. Primum nempe, ubi agatur de jure certo, & claro, adeo ut ignorantia de facili tolli, seu vinci potuisset, consulendo viros peritos in Canonibus, vel in morali Theologia, quod utique in præsentia dici non potest ex prædicta ratione resultante à qualitate Religiosorum contrahentium, ac etiam quia hanc ignorantiam habuit Judex primæ instantiæ Prælati doctus, nimiumque in foro versatus, & in iudicando magnæ existimationis, ac etiam Ego, & alii pro eo Scribentes etiam in sensu veritatis; Vel quod si veritas est in contrarium. Attem est nimium dubia, & obscura, adeo ut etiam Sapientes, & periti illum ignorent, igitur multò magis simplex, & idiota Faber.

Et secundò conclusio procedit ad effectum, & in casu, in quo ille, qui allegat ignorantiam juris, contendat de lucro captando, quod ex illa reportare velit, ut verificari diceretur, quando ageretur de accessionibus inexactis, & assequendis. Secus autem ubi de damno vitando, ut sine dubio sequi dicitur, quando cum huiusmodi fructibus, & accessionibus in dies minutatim perceptis, & consumptis, aliâ non consumpturus, ita sequatur amissio capitalis contra ejus voluntatem, omnemque æquitatem.

In idem quoque, ex ratione non scriptæ æquitatis favore creditoris, cum cuius pecunia opus constructum sit, & ob alteram rationem, quod debitor in nihilo damnificatus remanet; sed potius contendere dicitur faciendo lucrum de alieno, conferre advertebam ea quæ, ex veriori, magisque æqua sententia per eandem Rotam recepta, & approbata habentur in iisdem supra allegatis *decisionibus* 6. p. 11. & 32. p. 12. rec. quarum prima repetitur apud Bich. *decis.* 406. cum aliis, de quibus *sub tit. de legitima, & acrat. disc.* 35. *sub tit. de iudic. disc.* 39. & *abbi.* ut scilicet, quamvis ille, qui meliorationes inseparabiles in re aliena fecit, revera illatum non acquirat dominium, sed detecto domino remaneat simplex creditor quantitatè, quæ de stricta juris censura est instructura, adeo ut post cessatam bonam fidem, non possit suos facere fructus ex eisdem meliorationibus productos. Adhuc tamen ob quamdam non scriptam æquitatem illos facit suos, dum rei Domino, qui melioramentorum pretium reficere tenetur, nullum de proprio infertur præjudicium, ex quo aliâ istos fructus non fuisset percepturus. Ista namque ratio de plano intrat quoque in præsentia, quoniam, nisi iste artifex ita indulgens existet, oportuisset ex tunc vendere loca montium, atque se privare huiusmodi fructibus, & per consequens nullum exinde debitores sentierunt dampnum, vel præjudicium.

Et quidem procedendo cum huiusmodi judaïcis formalitatibus, illud sæpius infirmatum resultat inconveniens, quod scilicet longè melior conditio sit illa callidi, ac depravati foeneratoris, qui diligenter sit sollicitus pro palliandis, & honestandis usuris, adimplere cum adeo magna facilitate verbaliter formalitatem requisitorum Castrens. cum simplici interpellatione, & cum mendicata, & affectata attestatione Proxenetæ, cuique fieri solita etiam pro exigua mercede unius iulii, imò etiam sine, adeo ut si attestatio esset de ideali occasione meliori, ad majorem rationem sex, vel septem pro centenariis, utique illi decernerentur. Et quod ille, qui majori bona fide abundet, censeri debeat usurarius. Ac propterea concludendum est, quod conclusiones juris generaliter, & in abstracto, hinc inde in hac materia deduci solite, sunt veræ, sed nimium clara fallacia, manifestusque error est cum eis generaliter in omni casu procedere, cum verius decisis pendat ex singulorum casuum circumstantiis, ex quibus pendet congrua applicatio, quæ totum facit.

ROMANA PECUNIARIA  
PRO DUCE MATTHÆO  
CUM MARCHIONISSA SANTACRUCE.

*Casus decisus per Rotam pro Marchionissa.*

De licitis, vel illicitis accessionibus solutis ex præcepto testatoris pro legato, sive pro debito, quod ad-

debitore deberet investiri in occasione fructiferas, ubi propriæ obligationis confessio, vel agnitio, detegatur erronea.  
Et incidenter de qualitate dotis, an sit profectitia, vel adventitia.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Resolutio causa.*
- 3 *An & quando usura debeantur pro legato ex præcepto testatoris, & n. 19.*
- 4 *De interesse debito ob non adimpletum mandatum susceptum super investimento faciendi.*
- 5 *Quod isto casu detur etiam superfectio fructuum.*
- 6 *De Dote profectitia redeunte ad patrem.*
- 7 *In materia usuraria non attenduntur confessiones paritum.*
- 8 *Confessio in civilibus dividi non potest, & n. 14.*
- 9 *Quod dos data à parte officii adventitia obrenunciatioem, & quando.*
- 10 *Pendat à voluntate patris facere adventitiam dotem aliter profectivam.*
- 11 *De obligatione Tutoris, & alterius administratoris ad interesse ob non investitam pecuniam administratam.*
- 12 *De usufructu legali debito patri in bonis filii.*
- 13 *In materia usuraria attenditur interesse creditoris, non autem debitoris.*
- 14 *De conclusione, de qua, n. 8.*
- 15 *An probetur confititio census, vel titulus annuæ præstationis ex diuturna solutione fructuum.*
- 16 *Etiam ubi usura, vel interesteria debentur, attendendum est quid minus.*
- 17 *De abusu super modo scribendi in jure.*
- 18 *Sensus auctoris in causa, & quomodo huiusmodi usurariae questiones decidi debeant.*
- 19 *De conclusione, de qua supra, n. 3.*
- 20 *De eodem, de quo, n. 17. & 18.*

D I S C. XXXVIII.

**N**upta Herminia de Matthæis Honufrisio de Santacruce, cum dote per Cyriacum patrem constituta scutorum 15. mille pro Italiam moribus, consuetam, pœnæque conaturali, fratrum favore, parentum, & collateralium successione renunciationem fecit. Cumque ad breve tempus Honufrisius vir, capitis, ac bonotum poenam passus esset, superstitis ex hoc matrimonio Ersilia filia, fisco tanquam hæres anomalus præfata Cyriaco tanquam patri, & legitimo administratori Herminia vidua ad ejus domum reversa, dotem restituit, quam ipse in extinctionem censuum, alioque usus erogavit; Atque decedens, facta in testamento declaratione, quod hanc pecuniam sibi filia dedisset, ut in fructiferas occasiones eam erogaret, ipse verò ob occasionum carentiam, eadem consentiente, in propriis erogasse usus, illi solvendo fructus ad rationem sex pro centenariis, idcirco mandavit hæredi ad omnem requisitionem præfata summæ restitutionem, continuando interim eandem solutionem fructuum, in qua multorum annorum spatium per primum, & secundum hæredem continuatum fuit, tam cum ipsa Herminia, quam cum Ersilia hærede, nupta Marchioni Valerio de Santacruce; Quia verò Dux Hieronymus Matthæi, Cyriaci mediatæ hæres, à quodam, nimium quidem, in sola tamen parte doctrinali, docto, magnique in Urbe nominis Advocato, Consilium oretenus habuerat, quod isti fructus tanquam usurarii, nedum fortem extenuassent, sed etiam in excessu reperibiles, essent, atque de proximo ejusdem Advocati mors sequuta esset; Hinc volente Duce consilium ad præxim deducere, ideoque denegante fructuum solutionem, judicialiter conventus fuit, cum ego ad ejus defensionem assumptus nimiam desuper haberem difficultatem, ac propterea potius honestam ab actrice non recusatam concordiam amplecti debere consulerem; Idcirco pro commendabili Curia stylo, convocatus fuit congressus plurium Advocatorum, qui procedendo cum infra scriptis generalitatibus, juxta frequentiore modernum damnabilem usum, gratum requirenti votum protulerunt, ideoque, ut par erat, majori parti, non autem meo singulari voto super litis prosecutione adhærendum esse conclusum fuit; Adhuc tamen ut muneris melius satisficerem, juxta meam frequentem consuetudinem; occasione scribendi coram Judice more Advocati ad causæ opportunitatem, post completam informationem in forma discussiva alium edidi discut-

sum ad partis, aliorumque Advocatorum instructionem, ut vel agnita melius veritate, concordiam consulerent, vel meis difficultatibus ab alia parte promovendis melius occurrere possent, infra scripta adnotando motiva, seu rationes dubitandi, sed casus dedit, quod Judice demandante pro stylo communicationem informationum hinc inde, ex incuria sollicitatoris, etiam præfati discursus unâ cum informatione communicatio sequuta est; ac propterea, cum meis armis totum bellum ab altera parte factum est.

Prodito autem decreto Marchionissæ creditrici favorabili super solutione fructuum decursum per Judicem primæ instantiæ fori Capitolini, commissaque causa in Rota coram Albergato sub die 15. Junii 1665. prodiit resolutio, fructus deberi, ad solam tamen rationem locorum montium, adeo ut excessivè solutum tanquam indebitum, & usurarium in sortem imputandum veniret, unde quando faciendæ esset illa diminuta imputatio, quæ sub scaletæ vocabulo in Curia explicari solet, de qua infra *sub tit. de camb. disc.* 31. adhuc fors notabiliter, vel in totum extenuata remaneret; Quare neutra Partium resolutioni acquiescente, diuque tractata concordia, ex consuetis Causidicorum subtilitatibus effectum non sortiente, reposita causa *sub die* 4. Decembris 1672. in omnibus ad favorem Marchionissæ, sive ejus interim defunctæ hæredum resolutio prodiit, recedendo à dicta restrictione fructus locorum montium, atque ita concessa fuit expeditio.

Duæ itaque in huiusmodi disputationibus fuerunt inspectiones; Una scilicet super huiusmodi fructibus, vel usuris in genere; Et altera ubi etiam deberentur, super illorum moderatione juxta primam resolutionem Rotæ.

Quatenus pertinet ad primam, in qua major, pœnæque tota disputatio fuit, motivum dicti Advocati hujus præsentis promotoris, cui alii postea consulti adhæserunt, in eo consistebat, quod huiusmodi usura, vel fructus soluti fuerant ex præcepto testatoris tanquam ex legato, & per consequens quod intraret distinctio, de qua aliis relatis Rot. apud Cavaler. *dec.* 591. *nu.* 1. & *segq.* Buratt. *dec.* 144. *nu.* 9. *cum concord.* per Castill. 8. *rom. contro. c.* 48. *n.* 1. & *seg.* Leotar. *de usur.* 9. 18. Giballin. *ead. tract.* lib. 1. c. 7. art. 8. *n.* 36. & *seg.* Ac etiam infirmatur pluries in præcedentibus, & præsertim *disc.* 32. & *seg.* quod scilicet, Aut in legataria facultate & arbitrio repositum non est legatam sortem reperere; Et tunc valeat testatoris præceptum super solutione fructuum per testatorem hæredi demandata, quasi quod tunc in legatum ipsa annua præstatio principaliter deducta videatur, quæ ex parte hæredis esset redimibilis, quatenus eam redimere placeat, tanquam per speciem annui census consignativi redimibilis; Aut verò legatarii libito, & facultate repositum est sortem principalem petere, & consequi. Et tunc testatoris præcepto non obstante, fructus usurarii censendi sint, cum testator non possit licitas reddere usuras de jure illicitas, quasi quod ob repetendi facultatem ita adesse dicatur impliciter, vel interpretativum mutuum usurarium, quod scilicet legatarius ita dilationem hæredi sub usuris summæ legatæ per quoddam occultum mutuum dederit, ut apud allegatos, & per consequens cum versarem in hac posteriori parte, quod scilicet ex ejusdem testatoris præcepto in Herminia legataria, vel ejus hæredis facultate repositum esset sortem reperere, ita de plano in fructibus solutis, usuraria infectio intraret.

E converso autem Scribentes pro altera parte, non negando hujus distinctionis veritatem in casu suo, negabant tamen applicationem ad factum, quod scilicet non ageretur de legato, ac propterea fructuum pertinentia ex sola testatoris voluntate resultaret, sed potius quod testamentaria dispositio contineret recognitionem veritatis super susceptione mandati ad investendas pecunias, in occasione fructiferas, ista namque mandati susceptione posita, de plano resultat cursus usurarum, vel fructuum, non quidem in ratione fructuum, vel usurarum ratione motæ pro debito non soluto, sed in ratione damnorum & interesse ob non adimpletum susceptum mandatum, quod in odium non adimpletis habendum est pro adimpleto, ideoque debiti sunt illi fructus qui percepti essent ex investimento, si illud sequutum esset, & sic, ut nostri dicunt, pro non factis, non autem pro non dato, ex relatis *ead. disc.* 32. *n.* 3. & *in aliis.*

Quinimò quod magis est, isto casu locum habet & præfatur ille anatocismus, seu superfectario, quæ etiam de jure civili adeo prohibita est, fructuum scilicet fructus, vel usurarum pro usuris; contra dispositionem text. in l. *fin. C. de usur.* cum concordantibus plenè deductis apud Merlin. *dec.* 409. *reperit. dec.* 301. *p. 5. rec.* & pluries supra *hoc eodem* 5

*tit. & infra sub tit. de camb. & sub altero de censib.* Siquidem quando pecunia destinata est multiplico, ut in Urbe nimum frequens praxis docet; Vel quia testator ita mandaverit, Vel quia agatur de bonis spectantibus ad fideicommissum, distractis pro debito fideicommissarii possessoris sub lege adjecta in licentia, seu derogatione, ut pars pretii applicari debeat multiplico donec compleatur integra summa valoris rei distractae pro reintegracione fideicommissi, ut etiam disponitur per bullam Baronum ex insinuat in eius materia sub tit. de sepul. Aut quod emptor pro cautela eversionis partem pretii multiplico destinari paciscatur, cum similibus; Tunc ille, qui hujus investmenti mandatum, vel curam suscepit, tenetur ad fructus fructuum cum pluries repetita supercessionem juxta multiplici naturam, *juxta decisiones supra dictum disc. 32. n. 3.*

Non negabatur pariter ex hac parte veritas istius assumpti, utpote in suo casu veri, sed adhibebatur eadem responsio super defectu applicationis, ob non verificatum mandatum, quod tripliciter non verificari, ego & alii pro hac parte scribentes dicebamus; Primum nempe ex defectu subjecti, siye ratione incompatibilitatis, quoniam eum dari non possit susceptio mandati, vel administrationis in re propria; Hinc proinde cum ista dos constituta esset per patrem filiae in potestate, ea soluto matrimonio per mortem viri tanquam profectitia, ad eundem reversa fuerat, jure domini & consolidacionis, quamvis ex matrimonio filii suspectites fuissent ad notum textum in *l. dos & patre, Cod. de jur. dot. cum concordan. in sua materia sub tit. de dote, disc. 30. & seqq. & 134. & in aliis.*

Secundo quod super hujusmodi mandati susceptione, quae extrinsecus, & aliunde non justificabatur, nullatenus deferendum esset solae assertioni factae in testamento, utpote referibili ad fraudandum usuras, in quibus receptum est, quod confessio, vel quodcumque aliud factum voluntarium debitoris in nulla ratione haberetur, cum etiam volentes partes non possint reddere licitas illas usuras, quae sint illicitae juxta celebre *conf. 520. Romae.* cum concordan. per Leonat. *de usur. qn. 76. n. 40. & seqq.* Et pluries supra, frequentius autem sub tit. de cambiis.

Et tertio quod ex eadem confessione constabat de recessu a dicta susceptione mandati, quod scilicet ab initio filia dederit patri has pecunias a fisco exactas, ut investiret, sed quod postea mutato consilio contenta fuerit, quod ipse eis uteretur suisque usibus applicaret.

Et per consequens quod in praecedenti confessione suscepti mandati nullum fundamentum constitui posset, ex altero pariter vero & recepto assumpto, quod in civilibus confessione dividi non potest, neque in parte acceptari, & in parte respici ex deductis sub tit. de judic. disc. 23. & saepius in aliis materiis.

Super hujusmodi autem responsionibus, magnus fuit conflictus inter Scribentes hinc inde, magnique facti fuerunt cumuli allegationum, juxta consuetas frigiditates, vel ineptias modernas, nimumque desuper pariter se extendunt decisiones; Siquidem quoad primam responsonem an dos esset profectitia, vel adventitia, ad excludendam qualitatem profectitiam, & includendam adventitiam, Scribentes pro Actrice deducebant conclusionem firmatam apud Dunozet. *dec. 267. & dec. 528. & in sua materia sub tit. de dote, dicto disc. 154. & in aliis,* quod etiam dos constituta per Patrem habentem filiam in potestate, adventitia dicitur, quando renunciacionem faciat successionibus aliisque ejus juribus, quasi quod tunc filia dicatur dotari potius de proprio, atque dos sit pretium futurarum successionum, vel jurium ita anticipatae receptum.

Huic vero responsioni ex hac parte replicabatur (& bene) quod, ut advertitur in dicta sua sede sub tit. de dote, *disc. 154. & in istamer causa, eod. tit. de dote, disc. 178. & alibi,* id procedit quando ex praebula conventionione inter dotantem & dotatam, renunciatio sit merè correspondiva dotacioni, & e contra, cum tunc intret conclusionis ratio, quod scilicet speratarum successionum & jurium pretium de praesenti valutatum respondeat quantitati dotis, ut propterea dici valeat contractus verè correspondivus, redolens speciem implicitae emptionis & vendicionis ut supra, secus autem ubi nulla accedente praebula conventionione, minus verificata dicta correspondencia pretii, fiat renunciatio pro illa consuetudine quam in Italia habemus, quodammodo ceremonialis, praesertim in locis, in quibus vigent statuta foeminatum exclusiva, ut in Urbe, atque super hoc inter Scribentes tam in facto quam in jure circa applicationem magnus fuit conflictus.

Pro eadem adventitia qualitate insitebatur etiam per Scribentes pro Actrice, quod id pendeat à voluntate dotantis qui dotem regulariter profectitiam reddere potest adventitiam cum explicita, vel implicita donatione, quae isto casu licita est inter patrem & filium ex relatis in dicta sua materia sub tit. de dote, *disc. 30. & seq. & disc. 154. & in aliis;* Verum ex hac parte replicabatur etiam de incongrua applicatione hujus verè in suis casibus conclusionis, ad casum, cum ea procedat quando talis voluntas insit ipsi constitutioni, vel saltem probetur postea constante matrimonio; Secus autem in hoc statu, nulla accedente talis voluntatis probatione, quae solum desumebatur ex testamento, sive ex receptione facta à fisco nomine administratorio filiae, dum uterque actus erat non integra & post dissolutum jam matrimonium dos jure consolidacionis reversa erat ad patrem, insistendo super praemissis autoritatibus, quod loquerentur cum dicto praesupposito declarationis in ipso actu constitutionis, vel matrimonio adhuc constante, ut pariter ex proposito advertitur *ead. disc. 178. de dote edito in ista causa.*

Super secunda vero responsione, quod circa susceptione mandati in hac materia prohibita deferendum non esset soli confessioni debitoris, respondebant quod cum pater esset legitimus administrator, atque tanquam talis professus fuisset hanc pecuniam exigere, ita intrabat de jure obligatio investendi pecuniam in occasiones fructiferas, sin minus rebeatur ad interesse juxta ea, quae de tutoribus aliisque administratoribus pluries hoc tit. insinuantur, & sub altero de tutor. & administrator. Necnon quod eadem pecunia de facto erogata fuisset in extincionem suorum censuum ad rationem sex pro centenario.

Atque super his responsionibus pariter magnus fuit conflictus, quoniam quoad usum fructum insitebamus in negatione hujus assumpti, quodque ea quae in tutore, vel alio administratore dicuntur, procedere in parte ob dilemma quod aut patri debeatur usufructus; Aut non; Si debeatur, ergo non cadebat mandatum ad investendum ad commodum filiae, cum usufructuarius pecuniam, vel aliarum rerum, quae per necesse usu consumuntur, aliam non habeat obligationem nisi restituendi tantumdem finito usufructu, dum investimentum praestitum quandoque solet juxta modernorum proportionabile temperamentum moderatim indifferere rigor antiquorum quando usufructuarius cautionem praestare non possit ex deductis in sua sede sub tit. de servit. Et non competit, ut magis communiter receptum videtur, in iis, quae explicitè, vel implicitè per ipsum patrem filio donata sunt insinuat praesertim sub tit. de dote, *disc. 32.* ubi in specie de dote; Et tunc minus hac obligatio intrare poterat, cum in casu deficietis usufructus legalis pater non sit legitimus administrator, quod e converso declaratur procedere cum non sit necessarius hinc inde, non autem ubi utriusque consensus accedat, pariter faciendo solitos cumulos autoritatum & cum consuetis ineptiis contendendo, cui assisteret major numerus.

Proinde circa aliam responsonem de erogacione pecuniae in extincionem propriorum censuum, magna fuit pugna in facto super justificatione hujus assumpti, ac etiam alteram jure super pluries insinuatam vera conclusionem, quod in hac usuraria materia non spectatur interesse mutuatarii, seu debitoris, sed illud mutuatortis ut supra, *disc. 12. & in aliis pluries.*

Et demum circa tertium punctum quod confessio contenta in testamento dividi non posset, sed recipi deberet cum sua adjecta qualitate, quod de mutuo consensu à praefato suscepto mandato investendi recessum fuisset. Replicabant scribentes pro actrice de hujus conclusionis limitatione in causa decisionibus praesertim prima admissa & cum autoritatibus comprobata, & de qua sub tit. de judic. d. *disc. 23.* quod scilicet id non procedat quando prima pars confessionis perfectè probet factum, altera vero super qualitate modificativa habeat contra se praesumptionem juris, atque pariter super hujus limitationis declaratione, vel applicatione magnus fuit conflictus inter Scribentes hinc inde.

Neque minor inter eosdem conflictus fuit super alio motivo, ad quod scribentes pro Actrice multas autoritates cumularunt, in decisionibus etiam deductas super materia de qua per civilistas in *l. de in rem verso, ff. de usur. & l. si certis annis, de part.* Et per Canonistas in *cap. olim, de censib.* quod scilicet uniformis annua praestatio in sensu civilistarum per decem & in sensu Canonistarum per triginta, vel quadraginta annos probaret legitimum titulum census ex insinuat ad materiam dicti textus in *cap. olim, & in sua sede sub tit. de censib.* ac etiam occasione monetæ sub tit. de Regal.

gal. & sub altero de personis. atque desuper quoque magna fuit lucta.

Quo vero ad alteram causae inspectionem, super quantitate hujusmodi fructuum, seu usurarum; Pariter hinc inde magnus factus fuit cumulus frigiditatum; Siquidem dicebatur ex hac parte, quod in materia usuraria attendendum semper est quod minus, Et ex altera; quod cum Partes fecerint raxam, quae attendit illorum temporum conditione, justa, & verisimilis erat; ab ea recedendum non esset; Potissimè verò ob utilitatem à debitore in eadem quantitate reportatam in extincionem propriorum censuum ad eandem rationem, faciendum magnum cumulum autoritatum super conclusionem, de qua supra, hoc tit. *disc. 12. & in aliis,* ut licitum sit convenire ab initio de interesse, etiam illud taxando ad certam summam; E converso autem ex hac parte distinguendo tempora, in quibus loca montium aliaque investmenta notabilem passum sunt diminutionem; Ac etiam aliam faciendum distinctionem inter tempus vitæ Erminiae, & alterum post ejus mortem in quo Ersilia filia fructus perceperat, quasi quod in primo tempore solutiones usurarum referibiles essent ad alimentaria filiae debita; Secus autem in altero.

Multum quoque certando super altero puncto an bona fides, vel justa excusatio in hac usuraria materia admittenda veniret, adeout informationes, quae desuper fiebant, pro currenti abusu continerent volumina; Ac propterea in ista praesertim causa illam expertus sum naufragivum moderno corruptelam pluries declaratam, praesertim sub tit. de judic. *disc. 35. & in Relat. curiae, disc. 46. & in apusulo Italicò de stylo.*

Omnia verò praemissa pro meo sensu super sua videbantur, quoniam cum non ageretur inter extraneum feneratorem, seu negotiatorem, in quo depravata feneratori intentio, vel suspicio caderet, & suffocatum debitorem, qui ob pecuniam indigentiam cum illa interpretativa coactione, quam idcirco lex praesumit in debitore solvente usuras ex relatis, apud Bich. *dec. 72. repetit. dec. 69. p. 9. rec. & passim,* sed ageretur inter patrem & filiam, ita de bono, & aequo concorditer procedentes, atque in re quae attendit illorum temporum conditionem, nimum verisimilis erat, nec non praemissa essent de apicibus, adeout vix excellentibus Jurisconsultis cognita essent; Hinc inserti observabam, quod in ambabus nobilibus matronis, quae hujusmodi fructus, vel usuras ab haeredibus arcta sanguinis conjunctione artinentibus, ac spontè solventibus exegerant, magna bona fides exuberasse videbatur; Praesertim dum non agebatur de pecunia ferotibus & negotiationibus destinata, sed de pecunia dotali, de sui natura dest. inata investimento, ut ex fructibus mulier vivat, dum etiam in Ersilia filia idem doris titulus concurrebat.

Ac propterea judaismi speciem redolere videbatur desuper applicare illas genericas propositiones, quas in hac materia habemus, cum praesupposito concursu illorum requisitorum, quae saltem à lege praesumuntur, mutui scilicet veti, vel interpretativi, cum depravata intentione feneratori ex parte mutuantis, & suffocacionis mutuatarii, in quo lex praesumit deficientiam voluntatis solvendi illas accessiones, quae omnia in mulieribus fructus recipientibus pro eam pecunia dotali; ut ex illis accessionibus alimenta percipiant, nullatenus congruere videntur; Ac propterea manifestus error semper visus est desuper applicare illas genericas propositiones, quae adversus feneratoris ad sublevandum suffocatos debitores apud antiquiores prodierunt.

Et praesertim circa supra insinuatam conclusionem de invalido praepro testatoris; quod haeres pendente solutione legati quamvis repetibili aliquem fructuum moderatum solvere debebat, semper visum est profus irrationabile judaismum, vel irrationabilis superstitio legale, quoniam non urgeant circumstantiae redolentes affectacionem, vel fraudem usurarum, quia nempe providus testator conscius depravatae intentionis creditoris, cui sub nomine legati pro recognitione veritatis, & exoneracione conscientiae aliquam summam praestari mandaverit ex eadem interpretativa, vel praesumpta coactione potius quam ex libera voluntate ad alliciendum creditorem, ne haeridem suffocaret; ita disposuerit, sed quando ista, vel similes circumstantiae cessant, non videtur quamnam ratio suadeat hanc prohibitionem, dum volens testator, poterat illum, cujus favore hujusmodi dispositionem fecit, haeridem instituire, sive in longè majori commodo honore, idedque id semper mihi visum est quoddam irrationabile judaismum legale.

Atque his statibus, in ista causa semper habui difficultatem, nimumque huic parti proficuum fuisset, si meo adhaesisset consilio, non negligendo oblatam honestam con-

cordiam, quod tamen fortè referendum videtur potius aliis defensoribus, qui praedictis generalitatibus innixi formiter credebant quod bonum jus foveretur, quomò propterea debitum in forte jam extinctum esset, quinimò quod notabilis summæ repeticioni locus esset; Ac propterea concludendo, mihi quamvis succumbenti resolutiones in substantia non displicuerunt, non tamen placuit modus extendendi desuper decisiones, atque tot propositiones generaliter desuper cumulandi juxta ponderaciones, de quibus in relatione Curiae, lib. 15. *disc. 32.* occasione agendi de Rotæ decisionibus, ac etiam in dicto opusculo de stylo, ob inconveniens, quod parum docti judices, omnia quae legunt insinuat in decisionibus, attendunt tanquam decisiones, non reflectendo an incidenter, vel principaliter, neque distinguendo casuum circumstantias; De stricta siquidem juris censura conclusiones potius huic parti assistere videbantur, sed facti circumstantiae simul junctae magnam aequitatem, ac bonam faciem inducebant pro altera parte; Ideoque rectè adaptari dicebam assumptum Medicorum, pulsus bonus; urina bona; & aeger moriturus Ac propterea semper magis, ac magis edocemur quam clarus error sit procedere cum generalitatibus, vel cum autoritatum, & conclusionum cumulis, cum revera decisiones caufarum pendeant saltem pro majori parte ex singulorum casuum circumstantiis, ad quarum distinctionem, ac respectivè combinationem est principaliter reflectendum.

BONONIEN. CONTRACTUS  
PRO HEREDIBUS N. MANSINI.

Responsum pro veritate.

De eodem contractu, de quo supra, *disc. 11.* nuncupato pacti francandi, an usurarius censendus sit, quando rei incertitudinem habeat, ut propterea fructus in fortem imputandi sint necne.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Materia usuraria quomodo tractari, ac decidi debeat.
- 3 De pluribus effectibus resultantibus ab imperfectione contractus emptionis, & vendicionis ratione incertitudinis rei, vel pretii.
- 4 De materia hujus invaliditatis, vel imperfectionis ratione incertitudinis.
- 5 Qua species incertitudinis non vitiet.
- 6 Quod non sit immorandum in superfluis evagationibus, sed immorandum stricte in puncto praefato controversiae.
- 7 De autoritatibus agentibus de puncto praefato, an hac imperfectione casisset usuram pro restitutione, vel impuratione fructuum.
- 8 De rationibus ob quas, data etiam imperfectione, emptor faciat fructus suos.
- 9 Dubietas excusata à mala fide.
- 10 Quod in materia usuraria non detur excusatio ratione ignorantiae Juris, quod declaratur.
- 11 De circumstantiis ponderandis pro bona, vel mala fide.
- 12 Quando circumstantiae excusantes admittantur, & de usuris pupillaribus.
- 13 Quod non intret imputatio fructuum in fortem in praesudicium tertii, quod exemplificatur.
- 14 De aliis circumstantiis in hac materia attendendis, & quomodo ea decidi debeat.

D I S C. XXXIX.

Juxta illum contractum in Lombardia, praesertim vero in Civitate Bononiae, adeo frequentem, pacti francandi nuncupatum; cujus mentio habetur supra, *disc. 11.* quod scilicet in forma contractus emptionis & vendicionis, datoti pecuniae receptor vendit rem, cum pacto redimendi, eodem contextu venditor ab emptore eandem rem conducit sub annua pensione, adeout spectata naturali veritate, in effectu videatur species census, vel constitutionis annui redditus pro pecunia; Administratores jacentis haereditatis ejusdem de Paleortis, emerunt à Commendatario Mansino tantam ratam ejusdem ejus praedii, vel possessionis, quanta caderet sub valore scutorum sex millium, nullis specificatis finibus ejusdem praedii, quod erat longè majoris valoris; Quare post plurium annorum decursum, venditoris haeredes, contra possessores postmodum detectos

dicta hereditatis emptionis praesentationem excitarunt, quod stante dicti contractus nullitate ob incertitudinem rei, adeo ut deficeret unum ex tribus essentialibus requisitis emptionis & venditionis, ita resolvetur in mutuum implicitum, sive interpretativum, & per consequens, quod fructus hoc medio tempore soluti, tanquam indebiti & usurarii in sortem imputandi essent; Hinc desuper ex parte eorumdem haeredum venditoris meum pro veritate iudicium experitum fuit.

Contra requirentes, pro dicta praesentationis improbabilitate sensu respondendum ex plerisque circumstantiis facti, cuius potius quam juris ex pluribus in praecedentibus insinuatis, & praesertim latius *disc. 12.* ista usuraria materia videretur, adeo ut in ea magis ac frequentius verificari videatur ille, in omni poene materia nimium frequenter insinuatus error, qui iustitiam, & Moralium cibus est quotidianus, procedendi scilicet cum solis generalitatibus, & cum scriptorum traditionibus in abstracto, non distinguendo casus, vel effectus, pro quibus respective scriptum fuerit, vel a Tribunalibus decisum, dum exinde in dies tot resultant aequivoca, iustitiae, & veritati praedicialia, & tamen est praedicare in deserto, ob nimium radicatum abusum in illis, qui cum eo sunt jam educati, abolendum tamen, ut spero, apud nunc supervenientem juventutem.

Dicebam itaque quod duae desuper cadunt inspectiones, Una scilicet generalis super validitate, vel invaliditate dicti duplicis contractus venditionis & locationis respective ob rei incertitudinem ad omnes effectus exinde resultantes; Et altera, posita etiam de stricta juris censura nullitate, adeo ut ea detecta, licitum esset à contractui recedere, super hoc speciali effectu exinde resultante, restitutionis, vel imputationis fructuum, medio tempore perceptorum; Si quidem ad plures effectus de huiusmodi specie invaliditatis contractus queri solet; Primo nempe inter ipsos contraheutes, vel habentes causam ab eis ad effectum poenitentiae, quodque uni eorum, altero invito, licitum sit ab eo recedere; Secundo pro iure tertii, quia nempe venditores eandem rem duobus vendente, intret questio cuius sit potior conditio, quam secundus emptor ob invaliditatem primi contractus praetendat; Et tertio ad illos effectus qui sunt sequela domini, quales sunt fructus, tam naturales & proprii, quam etiam intellectuales, seu praesentiales, consistentes in iurisdictione, vel in iure praesentandi, ac similibus, quam etiam ad effectum periculi peremptionis, vel diminutionis, aut commodi meliorationis.

Nolui autem assumere inspectionem generalem super duobus prioribus effectibus, de quibus aliis relatis agunt *Beatus conf. 159. lib. 1. Caeph. conf. 159. Gabr. conf. 64. pariter lib. 1. Magon. dec. Lucen. 20. & 21. Andreol. conf. 271.* qui percipiunt istam speciem incertitudinis rei, de qua etiam agit per *Rotam dec. 130. p. 5. rec.* Et de altera specie imperfectionis resultantis ab alia incertitudine pretii plenè apud Merlin *dec. 567. & 605. repetit. dec. 72. & 748. par. 6. rec. & in Romana locorum montium 11. Februarii 1667. coram Taja,* apud quos varias habentur distinctiones, ac etiam sunt ponderationes, an res sit integra, necne, sive an intret aequitas canonica moderativa rigoris juris civilis; Et in qua materia aliquid etiam insinuat in sua sede *sub tit. de empr. & vend. praesertim, disc. 4. & 5.*

Id etiam nimiam importaret, evagationem meis occupationibus, & generali saltem antiquo curiae, & meo particulari stylo contrariam, dum contineret laborem inane, ob dilemma, quod aut contractus dicendus veniebat validus, & perfectus ab initio ex eo quod ista esset species incertitudinis, quae non viariet, dum non agebatur de venditione certae quantitatis, puta quia venderentur decem iugera praedii, quod esset centum iugerum, quo casu major incertitudo adesse dicitur, sed fuit venditio per quotam pro rara valoris, ac propterea cum idem valor ex peritorum iudicio alii que aestimationis speciebus verificari valeat, ita dici potest inducta quaedam communitio pro indiviso, ut propterea commune sit periculum casus, qui contingere potest ex deductis per *Rot. d. dec. 130. p. 5. rec.* ubi concordantes; Et tali casu cessabat omnis questio in radice tanquam ex cessante illo invaliditatis praesupposito, quod quaestioni causam praebet; Aut vero ad alios effectus poenitentiae scilicet; vel potioris iuris secundi emptoris in contractu, qui de stricta censura invalidus & imperfectus dici posset, & tunc si non produceret dictum effectum restitutionis, vel imputationis fructuum, quia nempe posita etiam invaliditate ob facti circumstantias, iusta intret excusatio à tali restitutione, vel imputatione inanis labor, ac superflua evagatio remaneret assu-

mere dictam inspectionem validitatis, & perfectionis, dum posita etiam imperfectione, & in validitate non resultat ille praecisus effectus, de quo agitur.

Atque in hoc praesertim, nemo modernorum, sed etiam antiquiorum, seu magis mediolorum inter antiquos & modernos, Consulentiū extra curiam Romanam, dignosci videtur error, vel abusus, quod scilicet per speciem formalis tractationis totius materiae istam ab alio assumunt, nimiumque evagantur in iis, quae sint superflua, vel non necessaria cum inani chartarum repletionem, & quod magis est, fixo punctum praecisum controversiae intratum relinquant, sive nimium leviter agunt, ut prodigiorum tenentes styli, abundandi in superfluis, & deficiendi in necessariis.

Quamvis itaque ex praemissa circumstantia, quod ista non esset talis incertitudo, quae contractum vitaret iuxta firmata per *Rotam d. dec. 130. p. 5. rec.* cum aliis ibi allegatis, ac etiam plenè apud *Cyriac. contr. 255.* ubi allegantur *Butar. Honded. & alii,* pro validitate contractus in genere etiam ad praedictos alios effectus respondendum videretur; Attamen relinquendo in hoc locum veritati, atque sine istius praesudicio praesupponendo etiam quod de stricta censura, ad praefatos alios effectus, pro imperfectione ac invaliditate responderi deberet; Adhuc tamen ad istum praesum effectum imputationis fructuum, contrarium probabilius videri dicebam, duas pariter efformando inspectiones, unam scilicet, pro magis abhorrito merè pragmatico more cum solis auctoritatibus absque alio discursu, vel ratiocinio; Et alteram pro genio ac stylo in forma discursiva, per rationes, & principia.

Attenta prima inspectione, quamvis pro usuraria pravitare, quae de consequenti producit fructuum restitutionem, vel imputationem, urgeat punctuale *conf. 55. Parisi lib. 2.* quod apud omnes de materia imperfectionis ob istam incertitudinem agentes; pro ratione dubitandi deducitur, ut per *Cyriac. d. contr. 255. n. 19. & seq. praesertim n. 21.* In contrarium aliae urgent auctoritates, de quibus apud eundem *Cyriac. ubi supra, n. 22.* qui contrarium concludit; Potissime quia ultra ponderationem à me fieri solitam super nulla, vel nimium levi auctoritate Consulentiū ac invaliditate responderi debet; Adhuc tamen ad istum praesum effectum imputationis fructuum, contrarium probabilius videri dicebam, duas pariter efformando inspectiones, unam scilicet, pro magis abhorrito merè pragmatico more cum solis auctoritatibus absque alio discursu, vel ratiocinio; Et alteram pro genio ac stylo in forma discursiva, per rationes, & principia.

Assumendo itaque alteram pro meo sensu ac genio meliorem inspectionem ratiocinativam; Dicebam in primis quod ex praemissis auctoritatibus, ac tot distinctionibus, & declarationibus, quae per eos ponderantur hinc inde negari non potest quin iste sit juris punctus nimium dubius, cuius certa veritas vix peritissimis, & excellentibus Iuriconsultis innescit; Ideoque ista dubietas apta est produceri bonam fidem, vel saltem excusare à mala fide, & per consequens, ut etiam in ipsomet principali contraheute id sufficeret ad excusandum à restitutione, vel imputatione fructuum perceptorum, & consumptorum ex deductis *supra dicto disc. 12. & 17. ac etiam sub tit. de camb. & sub altero de cens. pluries.*

Et quamvis in hac usuraria materia verius magisque receptum sit, ut juris ignorantia non excuset, muliebri, vel rusticana, seu mercantili, aut militari simplicitate non obstante, ne aliàs fraudibus, & usuris lata via aperiat, dum volentes lucrosos, & fructiferos inire contractus, peritos consulere possunt, ac debent. Attamen ut praesertim advertitur *supra, d. disc. 12. & disc. 17.* id rectè procedit in iure claro, puta in cursu cambiorum sine requisitis realitatis, aut in conventionem usurarum pro mutuo certo sine requisitis lucri cessantis, vel damni emergentis, secus autem ubi contraheutes facere voluerunt contractum licitum, cum tamen non constito de fraudis, vel simulationis efficacibus argumentis, quae concurrerant in casu, de quo agit *Parisi. d. conf. 55. lib. 1.* invaliditas huius contractus penderat à subtilitate juris nimium dubii, cuius ignorantia reputatur iusta, dum assimilatur ignorantiae facti; Ac propterea postquam haec in certa invaliditas detecta est, operativa quidem remanet pro tempore futuro, ac etiam pro praeterito respectu fructuum decursum, & non solutorum, sed quoad iam perceptos, & consumptos in statu bonae fidei, vel mediae, id est non malae possitivae, videtur rigor irrationabilis habens de claro iudicium.

Clarius verò attentis particularibus istius casus circum-

stantiis, quoniam non agebatur de pecunia per ipsum dominum data, adeo ut cadere valeat suspicio, vel praesumptio depravati animi feneratorii, quod scilicet habens in intentione facere mutuum usurarium absque aliquo incurfu periculi peremptionis, vel deteriorationis ipsius rei, ita callidè, & fraudulenter mutuum palliare volerit sub simulato nomine istius contractus, studiosè negligendo rei emptae certitudinem, ut ita immunitis à quocumque eius periculo, vel casu esset, in quibus terminis, vel cum quibus praesuppositis intrat illa dubitandi ratio, quae desuper haberi solet; Ea verò in hac facti specie considerari non posse observabam, cum contractus initus esset per administratores haereditaris jacenti, sive stantis in suspensio ad commodum haereditatis nativitate, iuxta sorte casum, de quo *sub tit. de fideic. disc. 188.* vel similem, ac propterea calliditas, ac depravatus animus feneratorii naturaliter dari non poterant in ipsa haereditate, cuius erat pecunia, vel in futuro haerede adhuc incerto, & non extrante; Minusque moraliter dari poterant, vel supponi debebant in administratoribus, ut potè non exinde commodum proprium reportantibus, cum praesumptio delicti non detur sine utilitate, ut advertitur *sub tit. de restam. disc. 39. & pluries alibi.*

Quamvis etenim ubi contractus esset clare usurarius & infectus, ista circumstantia, vel similis non excusaret, dum hodie per iuris canonicam dispositionem sublatæ quoque sunt illae usurae pupillares, quae à iure civili permittuntur, solusque favor pupillorum, vel minorum, aut similibus sub aliena legali, seu necessaria administratione viventium, consistit in mora irregulari, cum praesupposito tamen aliorum requisitorum, contra tertium; Atque contra tutores, vel administratores currant eorum favore usurae, non tanquam accessiones lucrosae, sed in ratione damno, & interesse ob non factum illud investimentum in licitas occasiones fructiferas, quod faciendum erat de pecunia retenta otiosa ex deductis supra, hoc *ead. tit. disc. 13. & 15.* Ac propterea neque favore Ecclesiae, vel piaecausae, cessantibus legitimis requisitis usurarium, vel accessioem iustificativis, illarum cursus datur, ut patiter agendum de usuris legatarum habetur *supra, disc. 29. & 30.* Attamen id procedit in casu certo & claro, eodem modo quo supra in mulieribus, vel rusticis, & aliis est insinuat; Sed ubi agitur de actu ambiguo, atque inspectio pender à puncto, an adsit, necne mala fides ac depravata intentio, tunc huiusmodi circumstantiae nimia consideratione dignae sunt, ad permissum effectum, imputandi, vel restituendi fructus jam perceptos, & consumptos, adeo ut pupillus, vel minor sive Ecclesia, aut alter, in quo ratio malae fidei, ac depravatae intentionis non urgeat, ita remaneret de proprio damnificatus cum consumptione, vel diminutione sortis principalis; Secus autem respectu fructuum extrantium verè, vel aequipollentè, adeo ut contendat de lucro captando, ut ponderatur *supra, d. disc. 17.*

Multò verò magis, ubi ob vitium, seu prohibitionem realem, sive ob interesse tertii, fors principalis, cuius imputatio, vel consumptio ita per debitorem opponitur, hanc peremptionem, vel diminutionem pati non valeat; Puta (ex. gr.) in Ecclesia, vel pro loco, quod Praelatus, vel administrator non potest alienare, vel diminueri sortem destinatum investimento, & per consequens ista distrahi, vel minus non potest, cum illis diminutis solutionibus, quae in dies, & tempora factae sunt sub nomine fructuum, quos Praelatus, vel administrator consumpsit, sed sibi imputet debitor qui solvit, eique solum contra ipsum Praelatum, vel administratorem danda est actio repetitionis, quatenus ratio malae fidei eam concedat; Idemque in pecunia spectante ad haereditatem fideicommissariam, sive aliàs extrate debentem, pro iure & interesse tertii, puta pro evictione, vel cautela, ex iis quae habentur *dec. 175. p. 11. rec. & sub tit. de censib. disc. 25. cum similibus.*

Nimium considerandum quoque esse observabam circumstantiam necessitatis investimenti pecuniae haereditatis sub administratione existentis, necnon frequentiam istius contractus in hac Civitate, & conventionem fructuum in summa solita, & moderata, quodque haeredes postmodum superventi, qui fructus exegerunt, in optima fide versati sunt, iuste scilicet credentes, quod prohi administrators, qui contractum fecerant, illum validè, & legitimè fecerint, non inquirentes huiusmodi legales subtilitates, vel superfluitates; Et per consequens multa simul juncta concurrerant, ex quibus huiusmodi praesentio mihi omninò improbabilis videbatur, quamvis haeredes, qui huiusmodi fructus exegerunt, nullo fideicommissi onere premerentur, adeo ut fors principalis esset libera, & ab eis consumptibilis, multò verò magis,

ubi accederet quoque dicta circumstantia, quod essent fidei commissio gravati, ac propterea prohibiti essent sortem distrahere; atque cum huiusmodi considerationibus, quae resultant à singulorum casuum circumstantiis in istarum controversarum decisione procedi debent, non autem cum solis propositionibus generalibus, non distinguendo callidum, ac depravatum feneratorium, qui studiosè usuras palliare studuerit, ab eo qui cum bona fide versatus est, credens facere actum licitum, aliàs non facturus, cum isto casu (ut praemissum est) materia sapiat clarum iudaismum.

CORANA, SEU VELITERNA CONTRACTUS PRO PETRO THOMAUTIO CUM N.

CUM N.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Petro.

De eadem materia, de qua supra, *disc. 2.* super contractu societatis ad caput salvum, & an intret Bulla Sixti V. Et de locatione mercionii.

S U M M A R I O M.

- 1 Facti series.
- 2 De auctoritatibus probantibus, quod contractus sit usurarius.
- 3 De stylo agendi de iustitia negotii principalis etiam in iudiciis executivis.
- 4 Quod exceptio usura non impediatur processum executivum.
- 5 Quod consulentiū non sit deserendum, ubi contrarium sit decisum.
- 6 An intret in hac materia Bulla Sixti V. & de eius materia.
- 7 Quando adesse dicatur capitale salvum, & an id inducat usuram.
- 8 De mixtura pecuniae in contractu locationis.
- 9 Si pensio est excessiva, non per hoc intret usura.

D I S C. XL.

Offidens Petrus quoddam adificium pro aptatione pellium, quod vulgò Conciaria nuncupatur, illud cum instrumentis, & pellibus locavit N. pro annua pensione scutorum quinquaginta ad certum tempus, facta scilicet valuatione pellium, & instrumentorum in valore concordato scutorum quatuorcentum, deindeque datis in causam ejusdem negotii sive centum pro aliarum pellium emptione, aucta fuit pensio ad alios scutos decem, atque locatore pulsante debitorem, pro dictae pensionis solutione, excipiebat iste de usuraria infectione contractus; quòd; propterea nulla deberetur accessio, quinimò quod solum cedere deberet in sortem; Introductaque causa coram A. C. iudicatum fuit pro actore, atque reus acquievit, & curavit se concordare.

In disputationibus itaque desuper habitis. Scribentes pro Conductore Reo convento excipiente de usura potissimum fundamentum constituebant in deductis apud *Fatinac. conf. 162. lib. 2.* ubi in his specialibus terminis consimilis locationis probatur, quod ad istam usuraria pravitatis, deducendo etiam plures Morales agentes de materia Bullae Sixti V. super societate ad capitale salvum, & praesertim *Azor. institut. moral. tom. 3. lib. 9. c. 3. g. 7.* cum quo ex nostris forensibus pertran-

sit *Carleval. de iudic. tom. 2. disp. 7. n. 22.* Fortius verò dicebant usurariam pravitatem convinci ob mixturam pecuniae numeratae, cum qua mutuum non solum implicitum, sed explicitum inesse dicitur, dum ab ipso initio cum instrumentis data quoque fuit quaedam summa pecuniaria calculata in dicto valore, & postea factum augmentum cum aliis scutis centum, circa quod dicebant, quod licet instrumentum, vel apocha desuper initia cantaret de pecunia numerata, attamen revera esset debitum proveniens ex eadem pensione duorum annorum jam decursum, ita ut in effectu fuisset convertere fructus in sortem, ut produceret fructus excessivos decem pro centenatio, dum in scutis decem factum erat augmentum.

Scribens Ego pro Locatore actore, duas efformabam inspectiones; Unam scilicet ordinis super processu executivo in vim obligationis Cameralis per hanc exceptionem non impediendo, & quam solum inspectionem in proposito sufficere dicebam; Et alteram ad superabundantiam, & ad tollendam omnem umbram à mente Iudicis super ipsius meritis negotii principalis; Idque ob commendabilem quidem Curiae styli insinuationem *sub tit. de iudic. disc. 42. & 44.* quod scilicet quamvis de stricta juris censura, in huiusmodi, vel simili-



in illis iudiciis executivis, ac etiam in possessionis, & præsertim retinendæ, & reintegrandæ non admittantur exceptiones in bono iure, quæ reservantur ad peritiorum, quoties non sint omnino clara & certa; per rem iudicatam, vel per confessionem Partis, aut per publicum instrumentum clarum; Sive quod consistat in mero puncto juris, unde in continenti decidit de iure, sive sola apertura librorum; Adhuc tamen incidenter, & pro gustu deducuntur ea, quæ bonum jus concernunt; Porro ad occurrendum ne alius Signatura iustitiæ rescibat de appellatione cum clausula translativa iuxta deducta *cod. tit. de iudic. disc. 37.* agendo de materia appellationis, ac etiam in *relatione Curia, disc. 31.* occasione agendi de hoc Tribunali Signaturæ iustitiæ.

Quatenus itaque pertinet ad primam inspectionem ordinis, ultra propositionem generalem, super qua multa colligit *Grass. de except. c. 28.* & alii consimiles moderni practici Collegatores, quod scilicet exceptio usurarum, ubi non sit omnino clara, & certa, non impediat iudicium executivum. Dicebam quod in præcis, & punctualibus terminis consimilibus, imò magis dubii contractus, id firmatur per Rotam apud Ubaldo *dec. 163. n. 1. & seqq. & 193. n. 20. & seqq.* quæ sunt repetita *dec. 540. & 580. p. 2. rec.*

Quo verò ad alteram inspectionem meritorum, dicebam proprie verificari, quæ dicuntur per Franc. *dec. 260. nu. 5. & 6.* & pluries insinuatur circa DD. auctoritates, præsertim *disc. 35. de iudic.* quod scilicet quando allegantur consilia perpetuo reputanda suspecta, & modica auctoritatis, quoties non sint decisiva ad veritatem, per quæ, ac inspicere debent decisiones, quæ desuper prodierunt, dum in eodem casu præsidio, cum quo Farinac. tanquam Fiscalis scribebat pro accusatore, vel pro Fisco more Criminalistæ, contrarium fuisse decernit per Rotam in mox allegatis decisionibus coram Ubaldo, quatum primam ego jam deduxi supra, *hoc tit. disc. 2. n. 12.* ubi in specie respondetur ad istud cons. Farinac.

Et quoad auctoritatem Azorii, cuius tantum incidenter non examinatum articulo est relator Carleval. *ubi supra.* advertebam quod agit in genere de bulla Sixti V. super contractu Societatis ad caput saluum pro frequentiori usu iniri solitum super animalibus peremptio, ac periculo de sui natura magis subjectis; Et nihilominus etiam in eo casu pro exclusione usuræ frequentius responderi consuevit, ut patet apud Dunoz. jun. *dec. 45.* Millin. *dec. 12. dec. 126.* post Zacch. *de oblig. Cam. & advertitur supra. d. disc. 2.* Multo itaque magis in hac specie contractus, in quo agebatur de taberna, seu mercimonio constitente Universitatem, tam ratione loci materialis & instrumentorum vulgò stigliorum pro huiusmodi mercimonio exercendo admixto cum artificio, & cum pellibus, & meretibus, quam etiam ratione avviamenti iuxta distinctionem, de qua supra, *disc. 15. & 16.* ubi occasione agendi de puncto, quod in pretio huiusmodi negotiorum intrant terminis iuris *in l. curabit, C. de act. empt. habetur*, quod rectè cadunt sub contractu locationis, & conductionis, istaque est potissima ratio, ob quam dicti fructus recompenfativi intrant.

Omniemque difficultatem cessare advertebam ex eo quod tunc in hac materia proprie intrat ratio dubitandi, quando verificetur circumstantia capitalis salvi, quia nempe Socius, vel Conductor assumat in se periculum cuiuscumque casus; Et nihilominus etiam in tali casu non intrat usura, quando per implicium contractum asecurationis, Conductor obtineat illius proportionatam mercedem, cum diminutione, vel condonatione personis, vel lucris, multo verò magis ubi ut in præfenti ista susceptio periculi non verificabatur, quoniam licet adesse valutatio mercium, & instrumentorum in summa certa scutorum quatuor centum; Attamen ista suam habet probabilem causam, atque prudenter id actum fuit, ut in casu distractionis, vel culpa deteriorationis tollerentur lites super liquidatione, ac sciretur quid Conductor restituere tenetur; Ad instar illius improprie estimationis, quæ ad eundem effectum fieri solet in bonis, quæ danur in dotem, quamvis dentur tanquam species inestimata, cum similibus; Ideoque cessante pacto expresso in contrarium, contractus censetur initus iuxta suam naturam, ut periculum casus fortuiti sit locatoris pro exclusione usuræ, & delicti.

Demum quoad mixturam pecuniæ, quæ aliquam inferebat difficultatem, deducebam eadem, quæ præcisè habentur *supra, d. disc. 16.* Dum huiusmodi negotia universitatem constituentia constari dicuntur tam ex meretibus in eis existentibus, quam ex instrumentis, & avviamento, ac etiam ex nominibus debitorum, & pecunia pro negotiis, & operariorum manutentione, atque dum per aliam summam postea datam

augebatur corpus, dicebam iustum, & rationabile videri, quod augetur pensio, eo modo quo si locata vinea (ex gr.) decem petiarum pro convenita pensione, Locator daret Colono aliquam summam in pecunia, ut emeret alias duas, vel tres petias vineæ adjacentis, ex quibus vinea efficeretur major tanquam per speciem alluvionis, augendo pensionem ad proportionem; Et de mixtura marui cum locatone agit *supra, disc. 4.*

Et quamvis difficultatem inferret quantitas pensionis, quæ ita stante concordia certificatione valoris in forte, erat ad rationem decem pro centenario, & ultra; Attamen, ultra quod in huiusmodi mercimoniis periculosis fructus, vel pensio solet esse longè major, quam in bonis stabilibus, adeo ut periculum si pars pretii, ut pluries ad vertitur præsertim occasione officiorum, aliorumque iurium ad vitam; In omnem eventum, postea etiam excessu, quoties contractus in substantia, seu genere est licitus, intrant potius termini iustitiae, & lesionis ad terminos textus *in l. 2. C. de rescind. vend. ut in proposito locationis ad vertitur supra, hoc tit. disc. 4.* & pluries in terminis fructuum recompenfativorum, pro pretio rei venditæ, ac etiam in terminis censuum, & cambiorum, cum similibus, & sic intrat restrictio, seu moderatio, non autem usura, ideoque reflectendo ad solam veritatem, visum est, quod bene ita iudicatum fuerit.

### U R B I N A T E N. P E C U N I A R I A P R O L I V I O B O N A V E N T U R A C U M M. D U C I S S A E T R U R I Æ V I C T O R I A D E R U V E R E.

*Discursus pro veritate.*

An, & quando conventio usurarum pupillarium facta per Tutorem cum debitore pupilli valeat, & quomodo.

#### S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *An & quando valeat pactum super interesse favore mutuatoris.*
- 3 *De usuris pupillaribus.*
- 4 *Interesse non potest excedere veritatem destinati investmenti.*
- 5 *Quid ubi destinatum investmentum cessavit, an duret conventio.*
- 6 *Quando observantia partium in hac materia attendatur.*
- 7 *De excusatione ab imputatione usurarum exactarum ob bonam fidem.*
- 8 *An procurator possit recipere a debitore solutionem sortis, si debeantur fructus.*

#### D I S C. X L I.

Cum Livius Bonaventura esset debitor ultimi Ducis Urbini defuncti circa annum 1631. superflite ejus herede universali in allodialibus Serenis. Domina M. Etruriæ Ducissa Victoria ex filio prædefuncto nepre in pupillari ætate constituta; Hinc ejus Tutores, & administratores declarata voluntate, quod ut propria satisfecerent obligationi, investire volebant pecunias pupillares in honestis fructiferis occasionibus; & præsertim in locis montium Florentiæ, tunc fructantibus ad rationem quinque pro centenario, sequutum est quod Livius de anno 1633. se obligaverit solvere fructus pendente solutione debiti ad eandem rationem quinque pro centenario.

Quamvis autem de anno 1645. dictus Mons fuerit suppressus, atque erectus alter cum dotis augmento ad rationem quatuor pro centenario, adhuc dictus Livius post hanc innovationem continuavit solvere fructus ad dictam rationem conventam, quinque pro centenario, atque cum esset debitor in notabili summa fructuum decutorum, solvit quibusdam ejusdem Creditricis jam effectæ majoris Procuratoribus, & ministris, aliquas summas in causam debiti in sorte principali.

Istaque facti serie sic stante, de tribus dubitari contigit. Primum nempe de validitate præfate conventionis, & cursu fructuum ab anno 1633. ad 1645. ad rationem quinque pro centenario. Secundo de eodem cursu fructuum ad rationem quatuor iuxta Montem de novo erectum ab anno 1645. usque ad præsens; Et tertio an dicti Procuratores creditricis recipere poterint a debitore solutiones in causam sortis, dum de eo tempore summæ solutæ debebantur in causam fructuum.

Super

Super primò puncto de plano favore creditricis contra Livium pro validitate conventionis respondendum censui, quoniam quidquid DD. materiam involvendo cum solita varietate dicant, verior, magisque recepta est opinio, ut licitum sit etiam ab initio inter mutuamtem, & mutuatarium pacisci de interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, etiam in summa certa, & uniformi, quæ sit justa, & verimilis iuxta plenè firmata per Rot. apud Ubaldo. *dec. 178.* cum aliis à me relatis *sup. hoc tit. disc. 12. n. 24. & 35.* & pluries in aliis præsertim *disc. 18.*

Ex ea ratione, quod mutuum debet quidem ex parte mutuantis esse gratuitum, adeo ut ei causare non debeat illas inter lucrosas accessiones, quæ ex loco usu pecuniæ, ac temporis beneficio resultant, sed non debet redundare in damnum mutuantis, ut amittat illud honestum lucrum, quod aliis fuisset percepturus, ex investmento, vel negotiatione pecuniæ, ideoque mutuataris tenetur ei reficere totum id, quod interest.

Difficultas itaque cadere solet super istiusmodi verissimam, ac receptam conclusionem applicatione, circa quam versari solet plurimum Scribentium æquivocum, quando conventio sit pro damnis, & interesse in genere non deducendo ad speciem certum investmentum, quod habeat fructum certum, & uniformem; Sed quando partes se restringunt ad investmentum certum, cuius certa, & prompta sit occasio, atque certi sunt fructus citra omne negotiationis periculum, tunc videtur casus indubitatus, ut ita distinguendo habetur deductum *dicto disc. 18. de usur. num. 10. vers. Aut. igitur de altera;* Atque ita docet quotidiana praxis etiam in ipsa Urbe, ubi rigorosius quam alibi in toto mundo proceditur in hac materia usuraria, quoniam si ego habeo mille destinata in emptionem locorum montium, amicus autem, qui pecunia indigeat, recipiat mutua eadem mille cum obligatione solvendi illos fructus, quos percepturus fuissim ex locis montium acquirendis, nulla cadit difficultas, atque si id sequi posset ex protestatione iuxta præxim positam per *Cast. in l. 3. ff. de leg. quod certo loco*, nil prohibet deduci in pactum, quoties ab isto non pendeat certificatio interesse facti generici, & incepti, in cuius casu tantum cadere possunt rationes dubitandi in isto casu excitatæ per amicum meum Conciolum.

Sed punctum esse dicebam in facto, sive in applicatione, quoniam duæ aderant circumstantiæ dictas difficultates omnino removens. Primum scilicet quod agebatur de pecunia pupillari, quæ de sui natura ex juris dispositione investienda erat in honestas turas occasiones fructiferas; Et secundò quod declaratum fuit investmentum certum, & productivum fructuum certorum, & uniformium.

Atque licet vera essent ea quæ ab eodem Conciolo deducebantur circa usuras pupillares hodie per legem Canonicam sublatas, quodque solum illa procedunt in odium Tutoris, vel alterius administratoris, non tanquam usuræ, sed tanquam damnæ, & interesse ob non factum investmentum, ad quod ex debito officii, Tutor tenetur; Attamen pariter ex facto cessare dicebam difficultatem, dum Tutores propriæ satisfacere volebant obligationi, atque destinatum fuerat investmentum, quod sequutum non fuit ex facto, & culpa ipsius debitoris, cui proinde illa suffragari nullatenus debet.

Unicam rationem dubitandi, donec duravit dictus Mons, cadere posse considerabam, quando fructus consueti percepti non fuissent, ut quoad alios particulares, qui loca in eo monte possidebant, ob tempora accidentalia belli, dubitari posse videbatur, quasi quod huiusmodi inerusuria tanquam subrogata eodem jure regulari debeant. Verùm ista difficultas non videbatur verificabilis in praxi ob notoriam qualitatem creditricis, quæ sine dubio per administratores montis integrè satisfacta fuisset, si investmentum sequutum esset.

Majus fundamentum ex parte Livii debitoris constitui posse dicebam in secundo tempore ab anno scilicet 1645. post dicti montis extinctionem, dum ex dicto tempore prærium Montis restitutum, non dato novo investmento utpotè redactum ad pecuniam, remaneret infructiferum, & per consequens cum ista interversaria eatenus dici valeant licita, quatenus sint subrogata loco fructuum, qui ex ipso investmento percipi debuissent; ita ex natura subrogati, cessante principali, cessare debet id quod ejus loco subrogatum est, ut receptum habemus in fructibus recompenfativis ad terminos text. *in l. curabit, C. de act. empt.* quoniam si ipsa res pereat, vel infructifera reddatur, cessat etiam fructuum cursus ex deductis *sup. disc. 7.* ac etiam habemus in illis inter-

versariis, quæ curantur contra debitorem, qui susceperit in se onus cambiandi juxta *dec. 7.* post *Salgad. in l. ab yr.* cum aliis pluries relatis *sub tit. de Cambiis*, quoniam si mundina non generetur, vel cambia nullam importarent utilitatem, tunc interesse conventum non debetur, quamvis conventio sit licita, cum similibus.

Neque ob stare posse videbatur, quod eadem creditrix verisimiliter pecunias investivisset in isto novo monte, qui in substantia spectato effectu, videtur idem cum primo cum solareductione fructuum ad minorem rationem, quoniam juxta opinionem, quam sequitur Rota, & Curia Romana, etiam in fortiori casu interesse damni emergentis, quod est magis favorabile, & benignè tractandum, requiritur declaratio animi ex deductis *hoc cod. tit. disc. 14.* eo quia poterat immutata voluntate, ubi hæc pecunia in aliis usibus.

Tunc autem istud debitoris fundamentum irrelevantis esse advertebam, quod subsequuta observantia esset conformis huic immutationi, quod scilicet exacti fuissent fructus ad minorem taxam redactam quatuor pro centenario, quoniam ista observantia esset interpret voluntatis utriusque, super continuatione ejusdem investmenti. Sed quatenus in facto cum univocis, non autem cum æquivocis probationibus constaret de continuatione ad antiquam rationem quinque pro centenario, tunc dixi, quod de stricta, & rigorosa juris censura sustentabile esset asumptum, quod excludatur animus in hoc novo investmento, quodque propterea post sequutam extinctionem Montis, nulli deberentur fructus, atque soluti imputandi essent in sortem. Cum præsupposito tamen, quod causa tractanda esset in Curia, in qua proceditur cum huiusmodi rigoribus, qui extra eam ubique damnati sunt, atque nullatenus recepti.

Adhuc tamen mihi videbatur, quod motivum esset sustentabile respectu fructuum, seu usurarum decursarum, & non solutarum, adeo ut ageretur de excusando debitorem ab earum solutione, ac de impediendo lucrum debitori, sed respectu illarum, quæ jam solutæ, & consumptæ fuerant, nimium dubitabam ex ponderationibus, de quibus supra, *disc. 12. & 17.* ac etiam in hoc Supplemento, *disc. 39.* dum in creditrice nulla considerari poterat calliditas, ac depravatus animus sonerandi, atque consumptio earum, quæ per ministros exactæ fuerant ob qualitatem personæ, in bona fide fuit.

Quo verò ad tertium punctum, ille erat potius facti quam juris tam circa procuratorum potestatem recipiendi etiam solutionem sortis principalis juxta questionem disputatam *sub titulo de Cens. disc. 24.* quamvis in isto casu, in quo agitur de simplici credito pecuniario, facilius intreret potestas Procuratoris ad exigendum, quam in dicto alio casu sortis census.

Eatenus tamen ista potestas procedit quando constat de vera, & reali solutione, aliàs quam per simplicem confessionem, quæ in Procuratore, vel alio administratore non sufficit ex deductis per *Surd. dec. 229. n. 24. cum seq. dec. 374. nu. 2. & seq. p. 3. rec. cum aliis deductis lib. 8. de Cred. disc. 40. n. 6. & 10.*

Posita potestate si quietantiæ erant expressæ in causam sortis, cessat illa questio, quæ disputati solet in materia solutionis simpliciter factæ per debitorem, an potius cadere debeat in unam, quam in alteram causam, quoniam procedit in dubio, secus in claris, ut in *l. cum plur. seqq. ff. de solut. cum concordam. apud Cavaler. dec. 165. n. 2. & 3. Cell. dec. 190. n. 9. & dec. 206. n. 6. & passim.*

Et quamvis juris regula sit, quod solutiones debent prius cedere in causam fructuum, quam sortis, atque Procuratores malè egerint, recipiendo sortem, non prævia solutione fructuum, attamen id operabitur, quod principalis habeat actionem contra ipsos Procuratores malè officium suum exercentes ad id quod interest, sed non exinde videat inferri posse ad inefficaciam solutionis.

### B O N O N I E N. F R U C T U U M C U M J O. B A P T I S T A P I N Z I R A N O.

*Responsum pro veritate.*

De eadem materia, de qua supra, *disc. 15. & 16.* fructuum recompenfativorum pro pretio mercium, quæ vendantur tanquam universitas, an scilicet debeantur post mortem venditoris illi hæredi, cui interdictum sit mercionium; Et an post ipsarum mercium peremptionem.

SUM:



Omnes tamen isti quatuor casus extranei erant ab illo præsentis controversiæ, in quo propriè caderet dicebam ea quæ in specie transactionis habentur apud Bich. *decis.* 16. quod scilicet transactio non caderet super usuris, neque earum conventio aliquam haberet correceptivitatem eo quia licet esset solum super credito quantitatis in forte, an deberetur, necne, ac propterea desuper sequuta sit concordia, quæ reducat quantitatem ab uno præsentem, ad aliam minorem, cujus solutio differatur cum conventionione interim solvendi fructus, vel usuras ex sola ratione dilationis ut expressè cantabat conventio, istoque casu titulum transactionis nullatenus salvare potest huiusmodi conventionem, ut potè resultatrem ex sola causa dilatae solutionis, cum mutuo implicito, sive interpretativo iuxta firmata *d. dec.* 16. *Bichii*.

Et quam vis Scribentes pro actoribus insisterent in eo quod remissa esset fors principalis pœnæ in medietate; Attamen id non faciebat ad rem quoniam remissio proprietatis in parte sequuta fuit ad solum effectum obtinendi in proprietate aliam partem lucri, quod possessores fideicommissi contendeabant mulieri deberet solum in usufructu, stante quod ex matrimonio fuerat superstitis filii, adeo ut etiam in rara promissa adesset porius clara læsio ex hac parte.

Ex his autem liquere videtur quod descripta censura etiam pro quatuor annis huiusmodi accessiones erant indebitæ, & usurariæ ut potè conventæ ac solutæ ex sola ratione temporis, ac dilationis, ut etiam expressè in instrumento dicitur; Nil obstante quod non esset in facultate creditoris petendi debitum iuxta distinctionem, de qua supra, *disc.* 38. quoniam si ita esset, sequeretur quod pro quocumque debito pecuniario

pro quo concessa sit dilatio, conveniri, ac exigi possent usuræ dum dilatio pendente, creditor prohibitus est exigere; dicta enim distinctio procedit in legato, eo quia in illa medio tempore quo legatarius ad fortem agere non potest, ipsæ accessiones videntur principaliter legatæ, tanquam annuæ præstationes stantes de per se *ut eod. disc.* 38. advertitur, ac propterea clarum esse dicebam æquivocum istos terminos ad rem applicare; Adhuc tamen reflectendo ad veritatem resolutionis in hac parte non displicuit, atque consului Fabio ut acquiesceret ex diversa ratione, quod scilicet istæ accessiones dici possint pars contractus, quodque earum intuitu Angela contenta fuerit illa quantitate in forte, qua aliàs contenta non fuisset.

In reliquis autem in eodem sensu veritatis justam, benè que fundatam credidi resolutionem, quodque in hoc rigorosè processum sit, non obstantibus considerationibus bonæ fidei in muliere, ejuque hæredibus, huiusmodi subtilitatum ignaris, de quibus supra, *disc.* 12. & 17. & in aliis plurius, ex eo quod in substantia dicta transactio injusta, & læsiva esset, dum revera nulla proprietatis mulieris debita erat, non quidem ex persona propria dum illa solum usufructum ad vitam præterire poterat, minusque tanquam hæresiliæ, quia potius eadem proprietatis citra omnem difficultatem debita erat fideicommissio, à quo nunquam abdicata fuit ex deductis *d. disc.* 137. *de dote*. Et sic ut ad effectum extenuandi fortem indebitam, atque repellendi actores ab assequutione annualitatum non solutarum, rectè iste rigor procederet, secus autem ad effectum repetendi excessivè solutum ultra fortem, atque bona fide consumptum ex deductis præsertim *d. disc.* 17.

- 26 *Quid de præstatione.*
- 27 *De remissione, vel condonatione usurarum.*
- 28 *An usura imputetur ipso iure, vel repetantur conditione indebiti.*
- 29 *De probatione solutionis usurarum.*

III.

- 30 *An mixtura mutui cum emptione, & venditione, vel cum locatione, & conductione producat usuram.*
- 31 *De venditione ante tempus cum anticipata solutione pretii ex novo taxati.*
- 32 *De venditione ad credentiam, seu habita fide de pretio, an contineat usuram ob alterationem pretii.*
- 33 *Ratione periculi potest percipi aliqua accessio.*
- 34 *De usura in contractu societatis, & de contractu trino.*
- 35 *An & quando detur usura in legato, vel in donatione.*
- 36 *Et quid in iudicium sententis, vel arbitrorum laudis.*
- 37 *An, & quando in deposito intrat usura.*
- 38 *De fructibus pignoris, & de anticrisi.*
- 39 *De montibus pietatis an pro mutuo super pignoribus accessiones recipiant.*
- 40 *De usura in cambio præsentis inter unam speciem & alteram moneta.*
- 41 *De aliis permutationibus.*
- 42 *De usura in censu perpetuo, seu vitalitio, & in societate officii.*
- 43 *De usurariis causis cognoscit solum Juxta Ecclesiasticus & de quibus laicus.*
- 44 *De penis.*
- 45 *De cambio maritimo, seu nautico s. g. n. v.*
- 46 *De usura in fidei jussore, vel asecuratore.*

IV.

- 47 *De erronea opinione Judæorum ut eis liceat usuras exercere cum Christianis.*
- 48 *Contrarium verius, & quod Judæus conversus ad fidem debet eas restituere.*
- 49 *Christianus Judæi cessariarius, vel mandatarius usuras non exigit.*
- 50 *De ratione ob quam Judæis usura permittantur.*
- 51 *De moderationibus, vel taxis.*
- 52 *De usuris censensim quid importent.*
- 53 *De taxa usurarum Judæicarum in Orbe.*
- 54 *De conclusione, ut usura non possint excedere, vel duplicare fortem.*
- 55 *De tacita minoracione, vel reductione, ob exactionem triennalem.*
- 56 *Valet reductio ad minorem summam sub certa conditione, qua non impleta, vel defecta continet prima conventio.*

I.

*Prognostica super usura definitione, prohibitione, ac requisitis, aliisque generalitatibus ad materiam introductionem.*

**M**utuum dantes, nihil inde sperare, vel ex mutuatarii obligatione consequi debere, utriusque novi, & veteris Testamenti, Divina lex prohibet, ideòque omnis accessio usurariam habet infectionem, eaque prohibita est, quamvis modica sit; Divinum etenim oraculum, non plus, vel minus prohibet, sed nihil sperandum, vel assequendum esse præcipit, ex inde resultat ut in usuris materiæ parvitas non detur, idque verius est, magisque receptum; Minusque rusticitatis, vel sexus, aut imperitiæ, vel consuetudinis excusatio, aut pupillaris ætatis, vel piæ causæ favor admittitur, cum divinum sit negativum præceptum, absque personarum exceptione semper obligatorium, ideòque usuræ pupillares quoque sublatae sunt.

Ei verò Pontificia potestas non derogat neque dispensat, cum Vicariæ, seu pontificiæ potestati, in iis quæ juris divini sunt, interpretandi solum, vel declarandi, non autem corrigendi, vel dispensandi jus tribuatur.

Naturæ quoque juri, plerique hanc referunt prohibitionem, ea moti ratione, quod cum pecunia, vel altera æquipollens materia, cui mutuum, saltim interpretativum congruit, naturaliter sterilis, ac infructifera sit, idcirco naturæ adversari dicitur ille fructus, ac infructifera sit, idcirco naturæ adversari dicitur ille fructus, eave superfæratio, quam humana industria, vel malitia producit; Fabulæ verò speciem ista consideratio continet, cum secluso utriusque sacre pagine divino jure, quod Christianæ, & Mosæicæ fidei respectivè professores obligat, apud alias gentes, Idolorum cultores, vel alterius falsæ Religionis professores usuras, in

usu licitas fuisse Græcorum, & Romanorum, aliarumque nationum historiæ, ipsæque leges civiles docent, earumque excessiva quantitate, pro politica Reipublicæ administratione prohibita, vel moderata; Civiles verò leges in Catholico Orbe in hac usuraria materia per sacros Canones, in terris etiam Imperii ipsoque sæculari foro, omninò correctæ, ac abolitæ sunt, etiam illæ quæ pupillarum, vel Ecclesiæ, piæ causæ favore disponunt; Idèoque erroneum est in huiusmodi causarum decisione, illas attendere, nisi rationi, vel æquitati à Jure canonico probate, innixæ sint, atque pro factorum canonum fomento ac observantia, vel interpretatione solum adhibeantur.

Duplex autem requisitum pro ejus verificatione usura desiderat; Primò nempe mutuum verum, vel interpretativum, sine quorum uno, vel altero ea non datur, dum in aliis contractibus, quamvis inæqualibus, vel prohibitis, nullitas, ob legis prohibitionem, vel ob consensus imperfectionem, vel injustitiam, aut ob circumventionem, sive inæqualitatem datur non autem usura; Et secundo obligatoria conventio, ea etenim cessante, id quod mutuatarius mutuatori ex gratitudinis, vel antidoralis obligationis motivo spontè impendat, usuras non redolet.

Obligacione verò accedente, nedum pecuniaria, vel alterius rei utilis accessio, sed etiam servitii, vel famulus, vel obsequii, aut clientelæ præstatio, aliudve simile, quod pretio æstimabile sit, damnarum quoque usuram importat.

Quamvis autem in omnibus, viventium, ac mortuorum actibus, vel dispositionibus, usura sit verificabilis, in emptione & venditione scilicet, locatione, permutatione, ac deposito, aliisque nominatis, vel innominatis contractibus, ac etiam in legatis, aliisque ultimis voluntatibus, quinimò in iudicium, vel in Arbitrorum sententis, aliisque similibus, ideòque primo aspectu erronea convinci videatur superius insinuata propositio, ut sine vero, vel interpretativo mutuo usuraria infectio non detur, quodque in aliis injustitia, seu læsio, non autem usura cadat; Adhuc tamen, vera & firma propositio est; dum ob alterativa pacta, seu alterativas circumstantias, à vera propriæ illius actus natura deviantes, ille corrumpitur, atque in alteram occulti interpretativi contractus mutui naturam transit, ideòque usurariæ infectioni subjacet.

Illæ verò accessiones, quas ex credita, seu aliis retenta pecunia, aliave æquivalenti specie, vel quantitate ejus Dominum, vel creditorem, licitè consequi, ac retinere, praxis docet, non eam lucrativæ accessions habet speciem, quæ ex sola Partium conventionione resultat, sed alteram accessionem, quæ interesse rationem habet ob damnum passum, sive ob lucrum amissum, ideòque generica est duplicis interesse distinctio, quorum unum lucris cessantis; Alterum verò damni emergentis nomen, seu vocabulum habet; aliis quoque vigentibus interesse speciebus ex naturalis æquitatis, vel ex onerum restauratione resultantibus, ut totius materiæ discursus, vel progressus docet.

Hoc autem interesse ex mutuantis, non autem ex mutuatario utilitatem mutuum produxerit, si mutuantis nil interst.

*a disc. 3. 11. & 15. in de Camb. disc. 13. b disc. 12. c disc. 4. d disc. 12. 27. & 29.*

II.

*De interesse mutuatione lucris cessantis, vel damni emergentis, aliisque speciebus interesse.*

**D**amni emergentis illud est interesse, quod mutuator ex mutui causa in re propria patitur, quia nempe ob defectum mutuatæ pecuniæ, quam in extinctionem proprii æris alieni erogaturus fuisset, usuras, vel in usuram, sive censuum fructus proprio creditori solvere coactus esset, aliudque damnum pari.

Dupliciter verò istius interesse resectio sequi solet, ac potest. Primò nempe per explicitam mutuantis, ac mutuatarii conventionem, quia scilicet solvente illo qui pecuniam habeat, in proprii debiti dissolutionem rogare; Altero autem, qui pecunia indigeat, eum rogante, ut sibi mutuum præstet, pacificatur iste rescere totum id, quod ex usuram, vel censuum causa, mutuator proprio creditori præstaturus; Istaque conventionis specie justa, licitay à Jure quoque canonico reputatur, quoniam gratuitum quidem mutuatoris officium esse debet, non tamen sibi damnosum, ac præjudiciale; Dummodo sincera sit conventio, non autem usurarum pallium.

Et secundo ubi ob mutuatarii moram, in mutui restitutione

# S U M M A S I V E C O M P E N D I U M

Eorum, quæ continentur in hac Lib. V. Parte prima.  
De Usuris, & Interesse.

I.

Proemialia super usuræ definitione, prohibitione ac requisitis, aliisque generalitatibus ad materiam introductionem *an. 1. ad 12.*

II.

De interesse mutui ratione lucris cessantis, vel damni emergentis, aliisque speciebus interesse *an. 12. ad 29.*

III.

An, & quando detur usura in contractibus emptionis, & venditionis, locationis, & conductionis, societatis ac similibus, ac etiam in legatis aliisque ultimis voluntatibus, vel in iudicium sententis, aut arbitrorum laudis *an. 30. ad 44.*

IV.

De Usuris Judæorum; Ac generaliter de aliarum licitarum, vel permissarum usurarum reductione, seu moderatione *an. 45. ad finem.*

## S U M M A R I U M.

I.

- 1 *Mutuum dantes ex divino præcepto nihil recipere possunt.*
- 2 *Non datur parvitas materiæ, sed nihil percipi potest.*
- 3 *Non excusat sexus, vel rusticitas, aut consuetudo, vel pupillaris ætas, aut favor piæ causæ.*

- 4 *Papa non dispensat super usuris, sed solum declarat.*
- 5 *An usura sint prohibita de jure natura, vel gentium.*
- 6 *Leges civiles in materia usuraria sunt generaliter correctæ, & quales non.*
- 7 *Non datur usura sine mutuo vero, vel interpretativo.*
- 8 *Exigitur item conventio obligatoria.*
- 9 *Usura cadit in omni commodo, vel onere etiam intellectuuali.*
- 10 *Quare detur usura etiam in aliis contractibus, ac etiam in ultimis voluntatibus, & in sententis.*
- 11 *Accessiones hodie licite sunt in ratione interesse, & quod tripliciter illud sit, atque non est regulandum ex persona mutuatarii, sed mutuatoris.*

II.

- 12 *De interesse damni emergentis, quale sit & de jure requisitis.*
- 13 *De altero interesse lucris cessantis, ejuque requisitis.*
- 14 *Mora semper est necessaria, & de duplici specie mora.*
- 15 *De usuris dotalibus.*
- 16 *De usuris, vel fructibus recompensativis favore venditoris, vel emptoris.*
- 17 *De interesse contratutores, & curatores, aliosque administratores legales.*
- 18 *De eodem contra mandatarium suscipientem onus investimenti.*
- 19 *De usuris usurarum seu anatocismo, & quando cesset.*
- 20 *De usuris, & interesse debitis fidei jussori, vel mandatario solventi de suo.*
- 21 *De usuris feudis.*
- 22 *De usuris pro mutuo factio Principi, vel Reipublicæ.*
- 23 *De usuris in contractu cambii.*
- 24 *An valeat conventio cum taxa ab initio.*
- 25 *Voluntaria solutio usurarum non reddit eas licitas.*





ne, vel compensatione periculi, vel damni, quod idem opus annexum habeat, in pignorum peremptione, seu debitorum decoctione, aut ministrorum infidelitate, aliisque casibus, & contingentis. Vel pro iusta refectione illiusque casibus, quod verè, ex licita, & prompta fructifera occasione, obtineri possit, ideoque prorsus erroneus est illorum stylus, qui cum generalitatibus procedunt, atque in abstracto questionem disputant.

Quamvis autem illa usurarum suspicio, vel infectio, quæ in Cambii contractu cadit, ut superius insinuatum est, propriam, peculiaremque habeat sedem. In localibus tamen, seu literarij cambii ea versatur, tractatio. Sub ista verò usurarum sede, illud cadit cambium, quod verè permutationis inter præsentem speciem, inter unam, scilicet, & alteram præsentis monetæ speciem, quarum utraque in loco currat, æqualemque habeat intrinsecum, seu legalem valorem, extrinsecum autem, & accidentalis valoris diversitas, à meliori, vel commodiori materiæ qualitate resultat; Ut in eo contingit cambio, quod inter æneam, & argenteam, vel auream monetam fiat, sive inter eandem argenteam, vel auream majoris, vel respectivè minoris commercii, juxta collybistam institutum, seu professionem; Id autem à tempore, vel dilacione decisionem recipit; Si enim collybista, aliusve cambiator alterum contrahentem circumveniat in permutatione, quæ inter utramque præsentem pecuniam fiat, injustitiæ ac læsionis, vel falsitatis, non autem usuræ vitium dignoscitur; Ubi verò alicujus temporis dilatio accedat, ejusque ratione pro pecunia majoris commoditatis, vel existimationis accepta, meliorem in eadem quantitate restituere oporteat, puta argenteam, vel auream pro ænea, vel aureos feutos novam pro aureis feutis, antiquarum stamparum acceptis, usura inest in meliori exitu in seculo, vel accidentali valore, qui accessionis veram speciem habet; Idemque in permutatione aliarum rerum, quæ functionem in genere recipiunt.

De Usura verò, quæ in consignativi census perpetui, seu vitalitii contractu cadit, vel in altero societatis officii in suis respective sedibus particulariter agitur. f

Omnium autem præmissorum, ac simillium, quæ universam hanc usurariam percutiunt materiam, ubi de his decidendis agatur, quæ juris sint, usurariam infectionem includentibus, vel excludentibus, Ecclesiasticus forus est competentens, incompetens verò secularis, qui eorum solam cognitionem habet quæ facti sint, sive quæ ad facti decisionem tendant, pro restitutione scilicet, vel imputatione illarum usurarum, quas Canonica lex tales esse jam decreverit, unde propterea incidens, vel occasionalis sit juris cognitio pro eodem effectu; Vel pro altero poenarum, ac judicii eriminalis, quod à proprio instituto est extraneum.

Nauticum scenus, quod alicubi maritimum dicitur cambium, usuræ quæstionem habet, cum aliquibus decidendam distinctionibus, non de facili sub compendio explicabilibus, ideoque in sua sede vivendis.

Idemque in ea usuræ quæstione, quæ in fidejussionis, vel afsecurariis contractu cadit quoties tamen verum, vel interpretativum accedat mutuum, sine quo usura non intrat.

t disc. 4. u. ibid. x disc. 3. & 36. a disc. 1. 2. & 40. b disc. 29. & seqq. & 38. c de Cred. disc. 25. & 68. d disc. 9. & 10. & de Cred. disc. 135. e de Camb. disc. 24. f de Conf. disc. 9. de Societ. offic. disc. 12.

IV.

De Usuris Judæorum, ac generaliter de aliarum licitarum, vel permissarum Usurarum reductione, seu moderatione.

Pinantur Judæorum Rabbinii, ac Moisaicæ legis interpretati, ut usurarum prohibitio veteris Testamenti, cum quo ipsi vivunt, ejusdem Religionis, vel sectæ sequaces percipiant, supponendo quod lex prohibeat sub fœnore mutuari fra-

tti suo, ideoque cum Christianis, vel Maumethanæ sectæ sequacibus, utpote non fratribus, id licitè agere posse credunt. Falsa verò, atque omnino erronea opinio est dum in Judæis etiam, aliisque infidelibus, usura est illicita, & prohibita; Idque nimium inspicere refert; Vel ad actionis denegationem pro usurarum assecurione; Vel ut infidelis ad fidem conversus à non exactis abstinerere debeat, exactas verò restituere, nisi ad majus bonorum conversionis ad fidem, remissio fiat.

Atque hinc manat, ut fidelis, qui Judæi, vel alterius infidelis cessionarius, vel mandatarius esset, vel alio quovis titulo, vel nomine, has usuras exigere, vel percipere prohibeatur. g

Quamvis autem pro ipsius Romane Curie, aliarumque Catholici Orbis partium praxi, Judæi vel noni publicè exercent, atque pecunias super pignoriis, vel cum aliis cautionibus mutuent sub usuris, quæ certam, atque genericam taxam, cum publica, & legitima auctoritate factam, non excedant, atque pro eis assequendis, judicis officium, aliave juridica remedia concedantur; Non tamen usurarum canonizatio, vel positiva permissio, sed conniventia, seu prohibitionis abstentio est, eò quia de hujusmodi infidelium desperata salute, ob majorem, magisque substantialem fidei defectum, ob minoram peccata, Ecclesia non curat, neque sollicita est, bene tamen curam, ac sollicitudinem eorum conversionis ad fidem habet, ut ea sequuta, istud, aliave crimina impediatur.

Pro Republica verò prudenti regimine, & nepulorum sanguis in magno excessu exhauriatur ab hujusmodi fœneratoribus quibus Hyrudinis, vulgò sanguisucæ attributum congruit, moderationes pro temporum, aliarum circumstantiarum exigentia sunt; Non quidem ut intra summam taxatam usura licita declararetur, sed ne permittatur excessus antiquorum Romanorum exemplo, qui licet in statu infidelitatis, ac idolatriæ adhuc viverent, divini oraculi præceptum non agnoscendo, vel agnoscente nolendo, usuras, ac fœneratitiam artem, permitterent; Adhuc tamen modum desuper per non excessum, non autem per necessarium ascensum, præscribere consueverunt, illam decernentes taxam majorem, quæ centesimarum usurarum dicitur, eaque à nostris primis magistris, & interpretibus, ob linguæ latinæ corruptionem perfectamque deficientem notitiam, malam habendo interpretationem pro æquali cum sorte singulo quoque anno reputata est, ut eam adæquet, ac propterea, ut vulgò dicitur, essent ad rationem centum pro centum; Earum autem vera interpretatio est, ut quolibet centesimo mense, fortis adæquario fieret, quod in quolibet anno solati ex duodecim constituto mensibus, rationem duodecim pro centenario importat; Atque ad hanc rationem currentes Judæorum usuræ taxatæ sunt.

Sortem verò usuras excedere, vel duplicatè non posse, eorundem Romanorum civiles leges disponunt, ideoque fœneratori imputandum esse, cur ante centesimi, vel biscentesimi mensis lapsum, de exactione debiti sollicitus non fuerit; In his tamen odibilibus usuris, istam legis prohibitionem procedere est receptum, quæ solo Judicis officio ex ipsius legis benignitate conceduntur, non autem ubi stipulationis, vel actionis jure, sive ubi non odibiles, ac illicitæ usuræ sint, sed licitè lucri cessantis, vel damni emergentis interusura.

Earumdem quoque odibilium usurarum reductionem lex præsumit per triennem continuatam exactionem ad minorem conventam rationem; Licita autem summæ conventæ moderatio, seu minoratio, sub certa conditione fit, ut debitor ab ejus implemento cessante, vel alias conditione defecta, vel non incepta majores conventas exigere liceat.

De aliis autem in sua sede, atque apud eos, qui de materia formiter tractant, videri poterit.

g disc. 5. h disc. 5. & seqq. i ibidem. l de Camb. disc. 16. & alibi.

Finis Partis Primæ Libri Quinti.

JO: BAPTISTÆ CARD. DE LUCA

Libri Quinti Pars Secunda,

DE CAMBIIS.

ROMANA CAMBIORUM

PRO HÆREDITATE PHILIPPI VALENTIS CUM MARCHIONE MARCELLO RAYMUNDO.

Casus disputatus in Rota & decisus ut infra.

De Cambiis platealibus an valeat, ubi circūlata, seu continuata sint de plateis ad plateas absque mixtura nundinarum, & in quo differant à nundinalibus; Qua occasione agitur de cambiorum origine, introductione, natura & continuatione. Et quatenus cambia præsertim platealia sint excessiva; redolentia magnum damnum debitoris, & respectivè lucrum creditoris, An ex hoc remaneant invalida & usuraria, vel potius sit locus eorum reductioni, seu moderationi.

S U M M A R I U M

- 1 Falsitas.
2 Decisionis causa.
3 De punctis, inspectionibus disputatis.
4 De impugnatione cambiorum platealium, eorumque differentia à nundinalibus.
5 Quod constitutio Pii V. pariformiter tractet platealia, & nundinalia.
6 Quod platealia sunt magis licita, quàm nundinalia.
7 De origine & introductione cambiorum platealium.
8 Nundina cambiatorie in Italia quando introducta sint.
9 De Doctoribus antiquis loquentibus de cambio locali, seu plateali.
10 Cambium plateale magis necessarium est, quàm nundinale.
11 De realitate concurrente tam in platealibus, quàm in nundinalibus, & de scutis mercarum.
12 De causa introductionis cambii per nundinas.
13 Continuatio, seu circūlatio in Italia quando introducta sint, ac nundinalibus.
14 Quomodo intelligatur hac prohibitio, & qua dicatur continuatio prohibita.
15 De recursu an sit prohibita & quando.
16 De ratione discrepancia inter Juristas, & forenses, ac Theologos, seu Morales.
17 Quando cambium plateale sit suspectum de usura, & de cambii regularibus & irregularibus.
18 In bilanciis nundinarum non adnotantur cambia cum se ipso.
19 An possibilis, seu facilis suppositio spaciorem cum anti-datis reddat illicita cambia platealia.
20 Ubi inter usura, seu usura sunt nimium excessiva, actus redditur in totum usurarius & nullus.
21 De Decisione Sac. Consilii Neapolitani super invaliditate cambiorum platealium.
22 Quando dicatur adesse magnus excessus importans lesionem enormissimam.
23 Quod in cambii regularibus, non intrent termini lesionis & excessus, & respondetur ad dictam decisionem Sac. Consilii Neapolitani.
24 Quando contractus tractu temporis, vel ex alio accidenti efficitur nimium injustus & iniquus, reducendus est ad justitiam, & equitatem.
25 Mandatarius adhibere debet bonam fidem pro mandante, & quam culpam præstet.
26 Declaratur ut non procedat in mandatario in rem propriam.
27 In actibus spectatur initium, non quod casus deinde præbuerit.

Card. de Luca, Lib. V.

Equafratis ad instantiam creditorum Pauli & Nicolai de Manulensibus per Congregationem Baronum in vim Constit. 41. Clementis VIII. ac expressis venalibus castri, Montis Calveli, Alviani, Artiglianti & Podii juxta forum, de qua, sub tit. de feudis ad materiam Bullæ Baronum disc. 77. cum plur. seq. eisque licitatis per Marchionem Marcellum Raymundum pro pretio æstimando ad rationem fructuum; Cum ad ejusdem Bullæ præscriptum, licitator exhibere deberet cedulam bancariam alicujus probati in Urbe mercatoris; Hinc illam obtinuit à Philippo Valente in summa scut. 230. mil. sub conventione mercedis taxatæ in annuis scutis 500. Verum opponentibus creditoribus de præfata cedula insufficientia ob præsentem castrorum valorem in longè majori summa, aliam Philippus concepit cedulam indefinitam pro toto pretio, quod à perito declaratum fuit scutorum 353. mil. nulla in hac secunda facta conventionem, vel taxa mercedis, & cum consueto pacto in utraque adjecto, ut in eventum in quem campfor cogetur aliquam summam solvere, posset eam absque aliqua interpellatione a quibuscumque, etiam à seipso accipere ad cambium & recambium per quascumque nundinas, plateas, & mundi partes, atque ita continuare usque ad effectivam solutionem. Cum autem illinc ad breve tempus emptor prædictus ob quoddam præsentem delictum bannum capitale passus esset, unde campfor quædam pecuniarum summas in vim cedule solvere coactus fuit. Hinc in vim dictæ pacti eas posuit sub cambiis cum seipso ejusque ratione bancaria, prius inter Urbem & Civitatem Neapolit., deinde vero ob superventa impedimenta revolutionum popularium, inter Urbem & Civitatem Venetiarum, cum quæ multorum annorum spatio continuatum fuit; Cumque ad plures annos ad instantiam creditorum ejusdem emptoris per eandem Congregationem Baronum castra prædicta ad formam dictæ Bullæ vendita fuissent, atque in pretio depositato efformatus esset creditorum concursus, inter quos fuit hæreditas præfati Philippi interitum defuncti pro dictis summis solutis una cum cambiis & recambiis magnam summam constituentibus; Opponentibus aliis creditoribus de dictorum cambiorum invaliditate, vel excessu Congregatio Baronum, juxta ejus summariam modum procedendi provisionaliter, & absque partium præjudicio decrevit deliberari Valentini summas debitas ad rationem cambiorum nundinalium; Verum huic provisionali decreto non acquiescentibus aliis creditoribus, eisque, ac etiam ipso Marchione Raymundo interim in gratiam restituto, Signaturam gratiæ adeuntibus, commissa fuit causa appellacionis in Rota coram Veroespino cum clausula translativa si quid exequendum, unde assumpta disputatione dubii ex eodem rescripto resultantis, An mandatum esset exequendum, illoque proposito sub die 14. Junii 1660. resolutum fuit affirmativè, dictaque resolutio confirmata 10. Martii, & 14. Decembris 1662. & 28. Januarii 1664. in quibus posterioribus decisionibus, habita acerrima disputatione, an cambia platealia valeant & debeantur, pro validitate judicatum fuit, cum eorum moderatione, seu reductione ad limites nundinalium, ita tamen, quod debitor solvere deberet pecuniam liberam, sin minus supplere id, quod importaret vinculi æstimatione, unde propterea valutaris locis montium habitis, in quæ pretium castrorum investitum erat, ob consuetum vinculum eis adjectum, ad rationem scut. 60. pro quolibet, relaxatum fuit mandatum pro summis debitis; Verum neque dicto Raymundo acquiescente, denuòque adeunte eandem Signaturam gratiæ, per istam iterum rescriptum fuit de appellacione in Rota coram Priolo cum eadem clausula, si quid exequendum; Atque proposito dubio sub die 11. Januarii 1669. ob difficultates habitas super validitate prioris mandati relaxati per Veroespium, ex eo quod in actis producta non essent

essent aliqua spaccia, ex integro responsum fuit mandatum esse relaxandum pro ea residua summa, quam cambia importarent, approbando in omnibus precedentes resolutiones, tam circa validitatem cambiorum platealium, quam circa eorum moderationes ad limites nundinalium, dilata resolutione circa aliam crediti partem resultantem a diminutione pretij locorum habitorum ratione vinculi, ob difficultates desuper habitas, dictaque resolutio confirmata fuit, sub die 17. Junii 1669. coram Bourlemont subrogato, & in hoc statu causa reperitur.

In hujusmodi igitur multiplicibus disputationibus habitis in Congregatione Baronum in Signatura gratia; & in Rota, plures fuerunt puncti, seu articuli tractati; Primo nempe & principaliter, super valida, vel invalida continuatione, seu circulatione cambiorum per solas plateas absque mixtura nundinarum. Secundo quatenus generaliter & in abstracto valida essent, stante quod detegerentur valde excessiva, itaut in aliquibus annis, juxta debitoris prentensionem, importarent secula circiter 40. pro centenatio, juxta assertionem autem creditoris, facta annorum persequatione, importarent pro toto tempore ad rationem 19. pro centenatio, vel parum plus. An ob dictum magnum excessum remaneret invalida & usuraria, vel potius locus esset dicte moderationi; Tertio, an potuisset campfor pro pecuniis solutis in vim cedula ad formam pacti ponere debitorem sub cambiis absque interpellatione; Quarto, an dictum mandatum, seu factus cambiandi expressisset, per mortem naturalem creditoris, vel per mortem civilem debitoris ex banno capitali resultantem; Quinto circa eorumdem cambiorum defectum, ex eo quod correspondens non esset publicis bancheris, neque tractatum implementum sequutum esset per hancum publicum; Sexto, circa libertatem pecunie, & an a summa debita & respectivè soluta in locis montium vincularis, deducendum esset id quod vinculum minuit de valore, & dealis; De primo autem, & secundo puncto utpotè principalioribus agit in hoc discursu, de reliquis verò disc. seq. Quatenus igitur pertinet ad primum, super validitate cambiorum platealium, eorumque continuatione, seu circulatione per solas plateas absque mixtura nundinarum; Scribentes pro Raymundo debitore, inter quos ex iuristis erat idem Turre, adhuc vivens author tractatus de cambiis, pro majori parte erant Theologi, seu Morales, pro invaliditate magnum fundamentum constituebant in auctoritate ejusdem Turre in annotationibus ad dec. 33. Rota in seculum post dictum ejus tractatum, ubi advertitur, continuationem cambiorum rectè dari posse, vel de nundinis ad nundinas, vel de nundinis ad plateas, & e contra, non autem per solas plateas absque mixtura nundinarum, atque in hac auctoritate insistebant iurista; Theologi autem ulterius progrediendo, ponderabant plura inconvenientia, quæ in hujusmodi cambiis platealibus dari possunt. Primo scilicet, quod ita pro libito callidi feneratoris vicies, ac tricies in anno & ultra cambiari possent cum inveniunt lucro creditoris, & respectivè damno debitoris, quod in nundinis non procedit, cum sit preænitus numerus quatuor nundinarum pro quolibet anno; Secundo circa fraudes, quæ fieri possunt in pretio, seu valore cambiorum, ac etiam in confusione & falsitate spacciorum, quorum neutrum sequi potest in nundinis, ubi pretia uniformia à publico foro taxantur, ac etiam per publicos Consules, seu officiales adnotantur omnes tractæ, omniaq; spaccia in eo singularum nundinarum calculo, qui inter negotiatores dicitur bilancio di fiera. Et tertio quod in sensu ferè omnium moralium, ac etiam ex iuristis, Merendæ & Leotardi, cambia per plateas sustineri debent pro prima vice, reliquæ autem successivè continuationes, seu circulationes continent merum figmentum, ac pallium usurarum, dum creditores sunt certi de fini literarum reditu, ac tractatum non implemento, idè quod totum est figmentum, & nudum pallium absque realitate pro essentiali requisito desiderata per Constit. 118. Pij V. quæ est materia cambiorum norma & magistra, atque super his longissimas informationes, ac poenè volumina retexebant, in ultimis præsertim binis disputationibus habitis in Signatura gratia, nimium pungendo Rotæ decisiones super hujusmodi cambiorum validitate, ut supra editas coram Verospio.

Scribens pro creditore, reflectendo etiam ad solam veritatem, atque istius sensu retento, dicebam figmentum potius consistere in hujusmodi præsentia invaliditate cambiorum platealium, dum iidem scribentes, præsupposita existentiali literarum, seu spacciorum, quæ ad formam dicte Pianæ constitutionis in utraque cambiorum specie omnino necessaria est, admittent validam continuationem, seu circulationem nundinalium, cum posita istorum validitate, nulla poenitus subesse videretur ratio; cur una species valida, & altera invalida censenda esset.

Ad quod probandum, ultra auctoritates à me, ac aliis pro hac parte scribentibus deductas, & relaxas in eisdem decisionibus Royalibus, ponderabam eandem Pianam constitutionem pariformiter & absque aliqua differentia disponere de nundinis, ac plateis, Quinimo expressè supponere adesse regiones, seu provincias & loca, in quibus nullæ celebrantur nundinæ; unde cambia per solas plateas, seu loca exerceri contingat, ut in §. 2. ibi, neque realia cambia alias quam pro primis nundinis, ubi illa celebrantur, ubi vero non celebrantur, pro primis terminis &c. abusu illa vejesto cambia pro secundis & deinceps nundinis, seu terminis exercendi, & sic alternativè loquitur de nundinis & plateis eodem themate retento absque aliqua profusa differentia, unde cum habeamus legem hujusmodi cambiorum species indefinitè exæquantem, non videtur cuinam fundamento hujusmodi excogitata differentia inmixta sit.

Præterea magis ab alto materiam reassumendo, dicebam quod in concursu hujusmodi specierum, magis valida & canonicè reputanda sunt platealia, quam nundinalia, itaut de istis potius quam de illis dubitandi occasio supersit, cum tam inspecta antiquitate, seu origine, quam etiam Reipublicæ & commercii necessitate, vel commoditate, ac etiam actus realitate, minorique alienatione à fictionibus & mendaciis, absque dubio potior sit conditio platealium, quam nundinalium.

Attenata siquidem antiquitate, seu origine & introductione, adhuc sub judice lis est, an hujusmodi cambia localia per literas de Civitate ad Civitatem, vel de provincia ad provinciam, cognita & usitata essent temporibus Romanorum, eorumque imperio in his præsertim occidentalibus partibus durante, aliquibus affirmantibus, Aliis verò magis communiter negantibus, istumque cambiorum usum retentibus commercii necessitati post scilicet in Italia, aliisque partibus occidentalibus dictum Romanum Imperium, quando ob tot barbarorum incurfiones, plurimumque dominorum diversitates, practicabilis non erat transmissio pecuniarum de loco ad locum, minimeque communicatio mercium & victualium, Tum ab nimiam monetarum diversitatem, Tum etiam ob pericula evidentia in itinere, ut ad vertit idem Turre d. ejus tract. de cambiis, disp. 1. quæst. 4. num. 20. cum seq. Et sic ista introducta fuit antiqua per plura secula priusquam, præsertim in Italia, haberetur usus hujusmodi nundinarum cambiorum, quas hodie in Italia habemus introductas per Januenses de anno 1527. ex testimonio ejusdem Turre ubi sup. nu. 40. eum de dicto cambio literatio & locali, cum certo præsupposito validitatis loquuntur Bald. in leg. 2. Cod. de usuris rei jud. num. 2. & in leg. 3. Cod. de exercitior. action. & in rub. Cod. de constituta pecunia, numer. 1. ubi de cambio à Civitate Perusii ad illam Neapolis, de quo etiam Petrus de Ubaldis in tract. de duobus fratribus, par. 5. num. 34. Calderin. conf. 11. de usuris, ubi de cambio à Civitate Januæ ad illam Alexandriæ, Laurent. de Ro. luphis in cap. consilium, par. 2. quæst. 26. num. 8. & par. 3. numer. 1. inter tract. magnos, tom. 7. fol. 22. d. terg. & 36. ubi de cambio inter Venetias & Florentiam, Antonius de Rosellis de usur. num. 60. ubi de cambio à Venetiis ad Flandriam & Angliam d. tom. 7. fol. 68. a terg. Hieron. Lucen. de cambiis veris sequitur alius terminus in secundo, num. 7. & seq. inter dictos tract. tom. 6. fol. 409. d. terg. ubi numer. 20. exemplificat à Civitate Luccæ ad illam Venetiarum, & nu. 24. exemplificat à Mediolano ad Lugdunum, & generaliter de hujusmodi cambiis localibus, priusquam in Italia dictus usus platealium intruderetur, Roman. conf. 94. num. 1. & conf. 114. num. 4. & melius conf. 238. num. 6. & 9. Alex. conf. 61. num. 13. lib. 2. Decius conf. 562. in princ. Salicet. in auth. ad hac, num. 10. in princ. qu. 11. Cod. de usuris, Jas. in leg. cum sitos porulos, C. de summa Trinitate, in prima lectione, n. 64. & in 2. lectione, n. 39. Joan. de Anania in c. fin. de usur. n. 46. & ceteri, qui scripserunt ante dictam introductionem nundinalium per plura secula, ac etiam ante editionem Constitutionis Pianæ, & post eam omnes pariformiter loquuntur indefinitè de utraque specie, præsertim Scacc. hoc tract. §. 1. q. 7. p. 1. n. 41. cum seq. Gait. de cred. c. 2. tit. 8. n. 1305. cum seq. Rotæ d. dec. 33. post Turr. & ceteri.

Igitur ex præmissis patet, inspecta origine & antiquitate, usum platealium magis habitum fuisse; Idemque inspecta necessitate commercii, quod necessarium est inter Civitates & provincias ob communicationem mercium & victualium, nulla verò necessitas ita præcisè arget ut habeantur hujusmodi nundinæ pro cambiorum usu principaliter intro-

ductæ; & sine quibus Italia vixit per tot antecedentia secula, in quibus solum habitus fuit usus illarum nundinarum, quas vulgò mercatos dicimus, & de quibus habetur actum, Sub tit. de Regalibus, non autem hujusmodi nundinarum cambiorum, cum apud antiquiores, aliqua solum ræra mentio habeatur illorum cambiorum, quæ fieri solebant per nundinas Lugduni, & Bisanthii.

Accedit etiam major realitas, quoniam cambia platealia exercerentur mediatis scutis auri veris, cum quibus tanquam moneta ubique expendibili, atque habente ubique pretium ferè uniforme, tanquam per æquivalentiam commutarentur diversæ monetæ unius provinciar, seu principatus cum illis alterius, & sic cum realitate, ac absque aliqua fictione; Secus autem in nundinalibus, quæ exercerentur mediante quadam moneta imaginaria nuncupata scutorum mercatorum forsitan usitata in dictis nundinis antiquioribus Lugduni & Bisanthii, dum hunc terminum scutorum marcarum inter antiquiores invenio solum apud Hieronymum Lucensem loco supra citato inter tract. magnos modernos, tom. 6. fol. 409. d. terg. unde intrat fictio continens mendacium, quamvis non peccaminosum, quod scilicet monetam regionis convertere prius oportet in scutos auri nuncupatos scamparum, qui currunt in cambiis platealibus, ac deinde isti convertuntur in scutos marcarum, non existentem in rerum natura, igitur prius vanum est dicere, quod magis licitus censeri debeat actus continens figmentum, ac majorem circuitum, quam actus qui sine aliqua fictione exercetur per veritatem.

Scribentes in contrarium, tam Jurista, quam Theologi, agnoscentes præmissa nimium ad evidentiâ convincere, replicabant infectionem cambiorum platealium non esse generaliter, & indefinitè intelligendam, cum primum cambium, quod ita realiter per literas fiat ad effectum transportandi in monetam de loco ad locum, sit absque dubio licitum & necessarium, sed dicebant infectionem consistere in continuatione, seu circulatione continente nudum figmentum; Verum hæc videbatur replicatio omni fundamento destituta, quoniam eadem ratio adamussim absque imaginabili differentia urget in altero cambio nundinali, dum juxta ejus originem, seu introductionem cambium literatum pro nundinis, tam ratione diversitatis monetarum, quam ratione periculi, verè & realiter introductum fuit pro prima vice ad effectum habendi pecuniam numeratam in nundinis pro emendis ibi mercibus, vel animalibus, ista verò continuatio, seu circulatio introducta ex causa negotiationis, ita continet figmentum in una specie, ac in altera, absque aliqua differentia; Hinc proinde pariformiter per dictam Pianam Constitutionem in una, vel altera specie continuatio prohibita fuit, & cum eodem præsupposito indefinitè prohibitionis continuationis in utraque specie procedunt omnes iuriste & Morales, ideoque hæc differentia nullum habet fundamentum, quoniam, vel utrumque cambium debet esse solidum, vel utrumque validum.

Æquivocum autem, in quod inciderunt aliqui scribentes, qui subjunctæ materię peritiam non habentes, solumque transcribendo antiquiores, damnant hujusmodi continuationes, seu circulationes illas vocantes mera figmenta ad fraudandas usuras, consistit in eo, quod terminum continuationis accipiunt de facto, non autem de jure, quod scilicet de una platea ad alteram, vel de una feria ad alteram eadem pecunia per plures annos sub cambiis giret; Verum hoc est æquivocum clarum, benè tamen dilucidatum per Rotam dec. 304. nu. 3. d. 4. rec. & in Romana pecuniaria, seu cambiorum 19. Junii 1616. coram Sacrato impressa post Spad. conf. 267. lib. 2. num. 28. & seq. & demum moderniori tempore in Romana, seu Januæ cambii 26. Junii 1652. coram Bichio, dec. 290. num. 7. & 8. p. 11. rec. cum quibus proceditur in hujus causæ decisionibus, præsertim in illa 10. Martii 1662. coram Verospio, & in altera 11. Januarii 1669. Priolo, quod scilicet continuatio, quæ in verbis prohibita est per dictam Pianam constitutionem, est illa, quæ sequatur ex necessitate conventionis, quia nempe debitor volens, admitti non possit ad solvendum debitum, seu adimplendam tractam in primis nundinis, sive primis terminis, sed cogatur invitus continuare per nundinas, vel terminos sequentes; Secus autem ista libertate accedente, quoniam tunc impletur illud primum cambium, illaque tracta habet suum effectum à correspondenti, cum illo termino qui dicitur requiritur; Deinde verò pro reimbursemente formatur recambium, quod dicitur cambium omnino novum, & ex integro, itaut quidquid sit in foro interno, & quoad intentionem, de qua ad solum Deum inspicere pertinet; Quatenus concernit forum externum, tot censentur novi contractus, novaque cambia ex integro, quot sunt nundinæ, seu termini.

Atque si attendere volumus in verbis DD. hujusmodi circulationes damnautes tanquam meta figmenta, ut sunt præsertim Justinianus de camb. qu. 4. latè Merenda in ejus tractatu de cambio nundinali, & Leotar. cum eo procedens q. 26. & in appendice ad qu. 39. in fine operis post qu. 100. pariformiter loquuntur de plateali, ac nundinali, quinimo istud magis percutiunt, sed revera est æquivocum, in quod de facili incurunt scolasticæ alii, qui cum sola lectione librorum absque peritia fori & negotiorum in magnis Civitatibus, & emporiis de his materiis tractant.

Occasione autem hujus replicationis, iidem scribentes in contrarium, præsertim Morales divagabantur circa prohibitam recursum, cum qua creatur recambium juxta sensum Soti de justit. & jur. lib. 6. q. 10. art. 1. Comitul. l. 3. moral. q. 15. Duard. de cambiis, §. 1. q. 42. n. 35. Leotar. d. q. 26. n. 1. cum seq. Sed de ista opinione Soti dubitavit Navar. conf. 3. l. lib. 5. de usuris, cujus opinio magis recepta est, ubi præsertim agit de cambio cum seipso, ut per Scacc. de cambiis q. 6. gl. 1. nu. 4. & seq. Gait. de cred. c. 2. tit. 7. n. 1393. cum seq. & his adherere videtur Rota apud Merlin. dec. 636. n. 1. Sive recipienda est distinctio tradita per Lugo de just. & jur. tom. 2. disp. 28. l. 7. d. n. 37. cum quo pertransit Giballin. de usuris, l. 5. c. 1. art. 9. §. 2. ad finem, Quod scilicet aut correspondens habet proprias, vel alienas pecunias etiam ejusdem campfortis promptas, ex quibus literarum implementum, saltem virtualiter sequi possit, & tunc cambia sublineantur, Aut nullas habet, itaut certum sit literas impleri non posse, easque omnino vacuas redituras esse, & tunc secus, quam distinctionem admittente etiam videtur Duard. d. §. 1. q. 40. d. n. 21. ad 38. Et de licita recursum, ubi præsertim agit de cambio cum seipso, benè etiam habetur in dicta Romana, seu Januæ cambii 27. Novembris 1651. & 18. Martii 1652. coram Bichio cum aliis in dictis hujus causæ decisionibus, præsertim illa 10. Martii 1662. Verospio.

Tota verò dubitatio in hoc consistit circa forum internum regulandum ex intentione creditoris, & an sciret ab initio impossibilitatem implementi, de quo in foro externo videndum non est, quoniam Ecclesia non judicat de internis; Atque ex hoc resultant discrepantiæ, quæ habentur inter Morales & Juristas, utpotè procedentes cum principiis omnino diversis. Et nihilominus si quæ difficultas desuper cadit, illa pariformiter percutitur tamque speciem platealium & nundinalium, & sic dicta inspectio extranea erat à puncto controversiæ, in qua præsupposita validitate continuationis, seu circulationis nundinalium, cadebat solum dubitatio circa platealia, an scilicet eodem jure censenda essent.

Unica igitur probabilis ratio dubitandi de validitate platealium magis quam nundinalium, consistit in superius innuato periculo usurarum resultantem à multiplicatione cambiorum & recambiorum ejusdem pecunie in eodem anno, ac etiam ab usura, quæ inesse potest circa majus, vel minus cambii pretium ratione temporis, seu majoris, vel minoris termini ad implendam tractam, quasi quod tunc ita fieret majus creditoris lucrum ob usum pecunie ratione dilationis, in quo propriè consistit usura, ita occultando mutuum interpretativum.

Istam difficultatem benè excitavit doctus iurista Lupus in ejus mercantili patria Florentina benè in his materiis versatus in capit. naviganti. de usuris, commentar. 3. §. 2. num. 72. in illis ultima impressionis anni 1611. alias nu. 30. in illis prima impressionis particularis, ac etiam inter tractatus magnos, Unde propterea idem n. 75. monet & laudat, etiam in plateis ad hujusmodi suspicionem, vel periculum tollendum taxarentur pretia uniformia, eodem modo, quo in nundinalibus; Verum hæc difficultas hodie militare potest in illis cambiis, quæ creantur per Civitates & loca parva, quæ inter negotiatores non veniunt sub nomine platearum, quia nempe non sint emporia & loca mercantilia habentia formalem forum mercatorum, à quo singulis hebdomadis taxentur pretia auri, seu aggie, atque uniformis cambiorum, seu negotiorum regula statuat cum uniformi usu terminorum, itaut tam pretium cambii, seu aggie, quam tempus ad implendam tractam pendant à partium conventionibus, in quibus dari potest circumventio resultans à calliditate feneratoris & à suffocatione indigentis debitoris, & successivè intrare potest usura, & quam speciem cambiorum meritò idem Turre appellat irregularium, dum ita nullam habent uniformem & determinatam regulam; Dicta verò difficultas non intrabat in hac facti specie, in qua agebatur de cambiis exercitis inter magnas Civitates mercantiles, ac prima-



ria emporia, sub platearum nomine venientia, in quibus singulis hebdomadis taxatur pretium auri, seu aggru à foto mercatorum cum lisis etiam impressis, ac etiam terminus, accessus, recessus, & usus post acceptationem, est uniformis & generalis, unde propterea conventio partium nihil operatur, nullamque alterationem inducit, ita ut idem sit lucrum & respectivè damnum veritatis negotiatoris, ac inexpertæ muliercule, aut rusticæ, vel infantis; Et sic ad praxim redacta est illa cautela, quam tradit Lupus ubi supra, & consequenter dicta ratio dubitandi est vera, sed manifestum erat æquivalentem in applicatione ad casum, quia prorsus vanum est dubitare de validitate in genere, ideòque adnotatio Turre ad dec. 33. post ejus tract. remanet sine fundamento.

Ad diversitates autem inter unam, & alteram cambiorum speciem consideratas per scribentes in contrarium ut supra, bene Rota in decisione 11. Januarii 1669. Priolo reassumit responsiones quas dabamus Ego & ceteri pro hac parte scribentes, quod scilicet in ordine ad facilem suppositionem spacciorem, quæ sequi potest per plateas, & non per nundinas, id non procedat in cambiis, quæ girantur cum se ipso; in quibus neque in nundinis illa adnotantur in bilanciis, in quibus solum adnotantur tractæ effectivæ, quæ ibi impleri debent, juxta attestations mercatorum & negotiariorum fere omnium platearum Italia; Et ulterius antedictæ, & suppositiones in dubio non sunt præsupponendæ, potissimè in notoria, & probatæ fidei negotiatoribus, & campforibus tenentibus libros fideles, & bene regulatos juxta temporum distinctiones, ut de his omnibus, tam per ocularem inspectionem, quam ex peritorum relationibus Rota certificari voluit. Nullibi enim cautum est in jure, ut sola delicti possibilitas, seu major facilitas reddere debeat actum illicitum, & intrinsecè malum, quoniam etiam in testamentis, instrumentis, cedulis, & apocis, alitque scripturis eadem possibilitas adest, unde major, vel minor facilitas præbet quidem causam sufficientem Superioribus ad congruas provisiones de se per capiendas, sed hæc sola potentia, donec provideatur, non irritat actum.

Et quoad circumventiones, atque indigentis debitoris suffocationes, atque inconvenientia in una, & non in altera specie ponderata, jam supra responsum est, ac advertitur in decisionibus, præsertim in illa coram Priolo, quod scilicet omnes hujusmodi difficultates hodie sublatae sunt ob pretiorum, ac terminorum uniformem, & generalem determinationem in plateis mercantilibus introductam, unde propterea factum partium nihil operatur, Et consequenter pro meo iudicio tot tantaque Jurisconsultorum responsa, & Theologorum vota super hoc puncto edita, plura volumina constituentia, prorsus inanem laborem, magnamque æquivocorum congestiem continere videbantur.

Alicujus majoris probabilitatis erat altera oppositio, seu inspectio excessivitatis, quam pro meliori methodo subdividituebam in tres alias inspectiones: Unam scilicet in genere, an dato cambiorum magno excessu, exindè resultent actus vitiosi in totum, ita ut nulla cambia debeantur; Secundò pariter in genere, an positò excessu sit locus reductioni, seu moderationi de justitia, vel potius ex quadam non scripta æquitate, quod satis refert ad effectum libertatis pecuniarum, de quo disc. sequenti; Et tertio quid in hac specie, in qua creditor constitutus erat debitoris mandatarius ad cambiandum, tam per nundinas, quam per plateas, an saltem ratione mandati male administrari diceretur in dolo, cujus exceptione repelli posset.

Quoad primum, scribentes in contrarium mordicè insisterant in assumpto, quod ubi excessus usurarum est magnus ac intolerabilis, reddat contractum illicitum, & usurarium, & sic illum vitiat in totum, deducendo in terminis specialibus cambiorum superius allegatam auctoritatem Lupi in c. Naviganti. de usur. comm. 3. §. 2. n. 72. & Turre disp. 3. qu. 1. n. 20. & generaliter ea, quæ tam in censibus, quam in aliis conventionibus habentur deducta per Mastrell. dec. 245. nu. 47. quæ seq. Staiban. jun. resol. 64. n. 20. seq. Cenc. de cens. qu. 47. nu. 2. Cumulando etiam ea quæ, ceteris allegatis, habentur apud Fontanell. dec. 64. cum seq. & per Rotam in Romana transact. 19. Aprilis, & 28. Junii 1660. coram Verospio in proposito emptionis, & venditionis, ut in casu magni excessus intret nullitas actus ab initio cum restitutione fructuum, alitque effectibus resultantibus à nullitate, qui non resultent à rescissione ratione ordinariæ læsionis enormis, ut in sua materia sub tit. de empt. & vendit.

Atque ad hæc in specie comprobanda adducebant decisionem Sac. Consilii Neapolitani relatum per Molphee, in summa. tract. 12. cap. 7. num. 300. cum seq. & Duard. de cambiis

18

19

20

§. 2. quælibet, per quam ratione magni excessus declarata fuerint invalida cambia girata inter Civitates Neapolis, Barii & Littii, solumque creditorum adjudicatum fuit quoddam moderatum lucrum, potius tanquam ininteresse lucrifensantis, quod ibi etiam sine requisitis Castrensis in leg. 3. ff. de eo quod certo loco, utpotè notoris decerni solet, quam ratione cambiorum, atque super hoc objecto magnus rumor fiebat.

Verùm cum sensu etiam veritatis, dicebam illud esse levissimum, nulliusque momenti; Tum quia etiam si verifemur in casu, in quo intraret dicti termini læsionis cum distinctione enormis, vel enormissimæ, adhuc cessabat applicatio, dum ad effectum, ut læsio dicatur enormissima, producens dictos effectus ratione doli præsumpti, illa requiritur in magno excessu, super quo, an & quando adesse dicitur, nimis variant DD. ex iis, quæ habentur plenè deducta per Castill. lib. 7. contrrov. cap. 83. & seq. Atque opinio allegantem læsionem favorabilior, ac benignior est illa, quæ firmatur apud Fontanell. ubi supra, & quam sequuta est Rota in dicta Romana transactio coram Verospio, ut scilicet læsio sit ultra bessem. Quæ etiam opinio admittit, cessabat applicatio, dum constabat cambia nundinalia, facta peræquatione, importare dimidium ejus, quod importarent hæc platealia, & consequenter intrabat læsio ordinaria, quam enormem dicitur juxta terminos text. in l. 2. C. de rescind. vendit. cap. 2. & 3. de empt. & vendit. ex qua non resultat dictus effectus nullitatis, sed solum alter rescissionis, seu reductionis ad justitiam, & qualitatem, & sic difficultas cessabat ex facto.

Et ulterius, ubi etiam talis indifferentia accederet inter unam & alteram cambiorum speciem, quod inæqualitas esset ultra bessem. Adhuc tamen cessabat applicatio ex jure, omniaque præmissa remanebant à casu controversiæ extraneæ, cum solum adaptari possent dictis cambiis irregularibus, in quibus, pretii ac temporis ratio proveniat à partium privata conventionione, in qua cadunt dicti termini læsionis, & circumventionis, seu doli præsumpti. Secus autem in cambiis regularibus, qualia dicuntur hæc per plateas, in quibus introducta est taxatio generalis pretii ac temporis, cum tunc totum proveniat à casu, ac à temporum contingentiis, nihil autem à facto partium. Et consequenter omnes dicti termini remanent prorsus extranei, & inapplicabiles; Atque ita respondebam ad dictam decisionem Sac. Consilii relatum per Molphee, & Duard. ubi supra, quoniam tunc in dictis plateis Barii, Littii, & similibus intra idem Regnum, non habebatur eadem pretiorum taxatio, quæ in plateis primariis ac magnis Civitatibus introducta erat, in istis quoque plateis inferioris ordinis hodie usitata.

Hinc proinde cessantibus terminis doli præsumpti, omninò corruerat præsentia infectio actus, quæ ratione dicti doli resultat, minusque diesbam intrare dictos terminos textus in l. 2. C. de rescind. vendit. & c. 2. & 3. de empt. & vendit. super reductione contractus ad justitiam, & æqualitatem, ita ut, juxta secundam inspectionem supra subdividitæ, de justitia locus esset reductioni, seu moderationi quoniam cum nulla adesset partium conventio, consequenter adesse non poterat eorumdem circumventio, cum cujus præsuppositio dicta jure procedunt; Et successive debitoris læsio magis provenite dicebatur à casu, in cujus contingentiis non intrant dicti termini læsionis, sed potius alii æquitatis deducti per DD. ex dispositione text. in cap. suggestum, de decimis, ut scilicet, quando contractus etiam in sui origine justus & licitus, ex temporis, vel aliorum accidentium contingentiis efficiatur injustus & iniquus, debeat, ex judicis officio reduci ad justitiam & æqualitatem, ex iis quæ super ista conclusione habentur ceteris collectis apud Theod. dec. 226. Capyc. Latr. dec. 18. Theodor. alleg. 23. atque ad intelligentiam d. c. suggestum habentur in Calagurritana decimarum sub tit. de decimis; Sed neque id in hac facti specie intrabat, cum ad hunc effectum requiratur maximus, & intolerabilis excessus, qui sapiat speciem iniquitatis, ut apud allegatos advertitur, quod in præsentis doli non poterat, dum, ut dictum est, neque aderat læsio ordinaria ultra dimidium.

Difficultas igitur pro meo iudicio restringebatur ad dictam tertiam inspectionem indebiti exercitii mandati, quod debitor creditori dederat, quoniam cum mandatarius tanquam mandantis administrator, & fiduciarius sequi debebat bonam fidem, adeò ut ne dum latam & levem, sed etiam juxta unam opinionem, etiam levissimam culpam præstare teneatur, ut advertitur in Romana locat. vena ferri sub tit. de regal. disc. 117. ex deduct. per Hatprecht. in §. is qui, in fit. de mandato. n. 21. & seq. utique ab ista deviasse videbatur eligendo

24

25

do viam magis rigorosam cambiandi per plateas, dum habeat alteram viam minus damnosam & moderatam.

Super hoc objecto Ego & ceteri pro creditore scribentes respondebamus, & Rota in 1. dec. 14. Junii 1660. cor. Verospio admittit responsionem, quod scilicet dicta conclusio de bona fide præstanda per mandatarium in eligendo viam minus damnosam more probi, & diligentis administratoris, procedat in eo puro, & simplici mandatario, qui in rem & gratiam mandantis tanquam purus minister, & fiduciarius negotium explicare debet, secus autem, ubi est in rem & utilitatem propriam, & pro ejus relevatione ab interesse lucrifensantis reportare potuisset ex pecunia pro mandante soluta, quoniam tunc proprium, non autem mandantis negotium facere dicitur, & consequenter pro seipso tenetur esse diligens paterfamilias, potissimè verò stante gravi onere, cui per cedulam indeterminatem se subjecerat, ob quod ex improviso, stantibus præsertim subsequitis infortunij emporis, decoctionibus, ac omnimodam supplantationem pati potuisset, ideòque sibi impoterat mandans, cur talem effectum facultatem tribuat gerenti negotium proprium, ac negotiatori illudenti majori utilitati.

Ista responsio de stricto jure rectè procedebat, sed ex quadam non scripta æquitate malam faciem habere videbatur, stante contrario communi usu negotiatorum, quod scilicet moderno tempore girus cambiorum per solas plateas non sit usitatus, sed solum per nundinas, ideòque faciendo rem omninò insolitam, resultare videbatur quædam species mala fidei; Melior tamen erat responsio admittit in decisionibus præsertim illa 11. Januarii 1669. coram Priolo, quod de tempore, quo iste girus cambiorum initium habuit, fere nulla differentia adsit inter unam & alteram cambiorum speciem, quinimò in facto docebatur, quod aliquibus temporibus casus præbuerat interusura cambiorum per plateas esse magis moderata, quam per nundinas, accidentaliter deinde sequuta tractu temporis ista alteratio, adeò ut quando mandatarius unam de duabus viis elegit, convinci non poterat de dolo, seu mala fide positiva, quoniam attenditur initium actus, non quid postea produxerit casus, qui ita potuit se habere ad lucrum ac damnum juxta regulam text. in l. de fideicommiss. C. de transact.

Et quamvis in campforibus aliqua major certa utilitas adsit per viam platealium quamvis nundinalium ratione provisionum, quæ nundinalibus sunt quatuor in anno, in platealibus autem sunt octo circiter, non videntur tamen hæc circumstantia talis, quod redoleat dolum, malam fidem positivam potissimè quia aliquod extraordinarium lucrum, etiam de justitia, tolerabile videbatur in compensationem dicti gravis periculi, unde quamvis ex quadam epicheia, & non scripta æquitate damabili dici non posset dicta moderatio ad limites nundinalium, facta prius per Congregationem Baronum, deinde per Rotam, & cui idem creditor acquievit, Attamen id referendum erat magis aequitati quam rigori justitiæ, quod nimium inspicere refert ad alium effectum libertatis pecunie, de quo disc. seq.

S U M M A R I U M.

- 1 De varietate opinionum, ac stylorem materia.
- 2 De validitate cambiorum platealium eorumque moderatione.
- 3 Unde proveniant varietates, & inconvenientia.

ADNOT. AD DISC. I. & II.

IN ista materia cambiorum sequitur idem, quod circa varietatem opinionum, ac stylorem ad vertitur in adnot. ad disc. 1. de usur. Ideòque ibi deducta huic materia quoque congruunt, ne idem cum vicio superfluitatis repetatur. Causa verò contenta in his duobus primis discursibus longum ulteriorem habuit processum, qui adhuc durat ob nimium induratum cor debitoris, qui alias dicitissimus, poenè in statu paupertatis cum ejus cervicosa duritie se constituit, pluresque proderunt postmodum resolutiones præsertim 12. Martii 1671. & 12. Decembris 1672. coram Calaraju; Et ex quibus decisionibus recensitis disc. 1. habentur aliqua impressæ nempe par. 13. rec. dec. 30. 121. 234. & 473. & part. 14. dec. 126. In omnibus autem approbatus fuit punctus principalis super validitate cambiorum platealium, eorumque reductione ad nundinalia ex æquitate juxta deducta disc. 1. solumque aequalis involutio adesse visa est in aliis punctis, qui continentur in disc. 2. circa provisiones, & partitas, quæ poni potuerunt sub cambiis, ac etiam circa obligationem præstandi cautionem, circa quam approbata fuerunt jam deducta super æquitate non dividenda, quamvis cum aliqua

Card. de Luca, Lib. V.

variatione proveniente ex eo, quod in hujusmodi materiis procedatur more Juristarum pragmaticorum, cum iis, quæ in libris repetuntur ad licentiam, absque peritia practica negotiorum, & subjectæ materiæ.

E A D E M.

Data campfori facultate accipiendi & girandi super ipsum solvendæ, An cambiari possit cum seipso, & sine interpellatione. Et an talis facultas expirat per mortem naturalem, vel civilem unius, vel alterius ex contrahentibus. De justificatione spacciorem; An præcisè requiratur per exhibitionem literarum in actis; Et an correspondens debeat esse Bancheus, ac literæ, seu tractæ debeant impleri per Bancum. Et de libertate pecuniæ solvendæ cedulæ pro ejus reintegratione, ac provisione cedulæ quantæ sit.

S U M M A R I U M.

- 1 De articulis, seu punctis disputatis.
- 2 An possit quis cambiari cum seipso, & quando.
- 3 Potest hæc facultas cambiandi cum se ipso extrinsecus probari.
- 4 Distinguntur plures casus, an & quando ad effectum ponendi debitorem sub cambiis requiratur necne illius interpellatio.
- 5 An mandatum datum creditori ad cambiandum expirat per mortem naturalem, vel civilem mandantis, vel mandatarii.
- 6 Mandatum necessarium datum in rem, & gratiam mandatarii est irrevocabile, ideòque per mortem non expirat.
- 7 Mors civilis ex delicto, & banno habetur præ morte in odium delinquentis, non autem in favorem.
- 8 Idem de filio ingrato, professo, ejecto, vel apostata, hære. de indigno, & similibus.
- 9 An cambia præcisè sint justificanda cum literis, & quomodo remissivè.
- 10 De virtute clausula, si quid exequendum, ut data essent nullitate mandati judicis à quo, possit illud ex integro decerni.
- 11 An correspondens debeat esse Bancheus, & an litera cambi, seu tractæ debeant impleri per Bancum.
- 12 Quid requiratur ut possit aperiri Bancus.
- 13 De intelligentia provisionum ut litera cambi solvantur per Bancum.
- 14 De salario, seu mercede augenda ad proportionem periculi, vel incommodi.
- 15 Mors, seu provisio cedula est ad duo pro cementario.
- 16 Quomodo regulanda sit provisio cedula, seu premium fideiussionis, & quid sint due cedula.
- 17 Provisio cedula campforis est privilegiata, & deducitur ante omnia.
- 18 Examinatur ratio diversitatis provisionis, præstanda pro cedula.
- 19 An debeat compensatio crediti ex una causa cum debito ex alia causa diversa.
- 20 Si campfor habet pecuniam depositam in Banco sui debitoris debet istam accipere, & non ponere debitorem sub cambiis.
- 21 An compensatio fiat ipso jure, vel ope exceptionis.
- 22 Vincula minuent valorem locorum monium.
- 23 Creditor, cui dantur loca monium, vel pecunia vincularia, an petat à debitore id quod vinculum minuit.
- 24 An dicatur sequuta solutio per cedulæ cum eo ipso, quod creditores faciunt quietantias sicut pecunia in ejus Banco relinquatur in depositum pro investimento; Et an sufficiat formam chirographi impleri per aquipollens.

D I S C. II.

REtenta eadem facti serie, de qua in præcedenti, de pluribus aliis in hujus causæ disputationibus respectivè super istorum cambiorum validitate, debito, & liquidatione, actum fuit pro tollendis objectis debitoris, Primò scilicet, an facultas concessa campfori ponendi sub cambiis summas in vim cedulæ bancariæ solvendæ, exerceri potuisset cum seipso propriaque ratione bancaria. Secundò quatenus possit, an pro singulis partitis solutis, pro quibus debitor possit

tus est sub cambiis, debuerit iste interpellari, Tertio an eadem facultas expirasset, per mortem naturalem Philippi creditoris, vel per civilem Marcelli debitoris, stante ejus banno capitali. Quarto circa justificationem realitatis cambiorum, quomodo fieri deberet; Quinto an eadem realitati obstarret, quod correspondens, in quo cambiorum girus habitus fuit, non esset publicus bancheius, neque litera per bancum impleta essent. Sexto circa quantitatem provisionis, seu mercedis debite campfiori pro cedula. Septimo cum idem campfior haberet in banco in computo currenti depositam quamdam pecuniarum quantitatem ejusdem Marcelli debitoris, an pro summis in vim cedulae solutis debuerit facere compensationem cum seipso, atque pro hac rata eundem debitorem non subicere cambiis. Et octavo stante, quod pecunia retracta ex pretio castrorum per Congregationem Baronum non solvitur, nisi cum cautione de restituendo primario emptori in casu evictionis, & secundario creditoribus anterioribus, vel posterioribus, sive loco cautionis eadem pecunia investitur in loca montium, ita vinculata, an iste creditor pretendere possit pecuniam, liberam, sive supplementationem ejus, quod vinculi valor importat.

Primus punctus de plano sublatu fuit ex solo facto, stante expressa facultate cambiandi cum seipso, qua concurrente, hodie receptum est, ac passim practicum, id licite fieri posse absque aliqua incompatibilitate, ob reduplicationem, seu pluralitatem diversarum personarum formalium diversis respectibus concurrentem in eadem persona materiali, Una scilicet creditoris, Altera mandatarii debitoris, Et tertia bancheii, seu campfioris dantis sibi ipsi tanquam mandatarii debitoris pecuniam ad cambium, Turr. hoc tract. disp. 1. q. 15. num. 10. Rota Genue. dec. 1. num. 27. & dec. 32. num. 4. Gait. de cred. cap. 2. tit. 7. n. 1393. nu. seq. Rota apud Merlin. dec. 636. & dec. 274. part. 5. rec. cum aliis in hujus causae decisionibus, praesertim illa 10. Martii 1662. coram Perospio, Atque hoc jure passim vivitur absque difficultate, cum id non respiciat validitatem & intrinsicam naturam cambiorum, sed solum voluntatem mandantis, quae ubi specificata non est, in dubio non presumitur; Verum etiam in casu non specificationis adhuc extrinsecus imò praesumptivè, vel administrativè, sive à posteriori pro observantiam justificatur, ut habetur praesertim actum in Ravennaten. seu Faventin. cambii, hoc tit. disc. 12.

Super secundo puncto interpellationis faciendae debitori singulis quibusque vicibus; De solutionibus pro eo factis, ac de initio cambiorum, patitur modica habitata fuit disputatio in jure, dum illae difficultates, quae initio habebantur, ob diligentiam melius adhibitam sublatæ fuerunt ex facto, docendo de hujusmodi interpellationibus; Occasione autem agendi de hoc puncto in dictis primis disputationibus, cum hinc inde materia involvi videretur, cumulando auctoritates, quae casus inter se omnino diversos percutiunt; Hinc proinde advertebam plures casus in proposito, pro tollendis aequivocis, congruè doctrinarum, seu decisionum applicatione distinguendos esse; Primus enim est, ubi nulla praecedente pactione, seu facultatis concessione, cedulista, vel fidejussor, aut procurator, sive quicumque tertius pro moroso debitore solvens cum sua pecunia, pro istius reintegracione, & ne illam otiosam retineret, intendat eam ponere sub cambiis, seu alias investire in fructiferas occasiones, aut ab aliis tantundem accipere ad interesse, & tunc non intrant termini peculiare cambiorum, sed potius alii generales interesse lucris cessantis, vel damni emergentis, cum finem respectivè requisitorum justificatione, ex iis quae pluries habentur in sua materia. sub tit. de usuris, ideoque auctoritates, & decisiones percutientes hos terminos generales, extraneæ remanent ab ista particulari materia cambiorum.

Alter casus est, ubi per debitorem, seu principalem data est creditori, seu fidejussori facultas capiendi pecuniam ad cambium, quatenus ipse statuto tempore illam non solveret, ita ut debitum ex una causa, seu uno contractu in alteram converteretur, & tunc verius ac receptum est, ut non obstant mora, quae per lapsum statuti temporis ipso jure contrahi dicitur, juxta terminos textus in l. magnam. Cod. de contrahen. & committen. stipulatione, adhuc tamen requiratur interpellatio, ut ita debitor certificetur creditorem vel le uti sibi concessa facultate quia potuisset illa non uti, idque per debitorem credi valeat juxta decisionem in Romana cambiorum 3. Junii 1618. coram Manzanedo, de qua in Romana praesertim cambiorum 30. Aprilis 1655. coram Dunoletio inter suas dec. 962. & in aliis; Sed pariter id non percutit validitatem ac intrinsicam naturam contractus cam-

bii, sed voluntatem ipsius mandantis, eodem modo quod superius dictum est in puncto praecedenti, Unde si mandans expressè hujusmodi interpellationem remittat, atque assensum praebat, ut illic facti casu, absque alia interpellatione aequivalentem summam accipere possit sub cambiis, tunc id rectè fieri potest, quoniam cum ipse sit directus & purus debitor, eo ipso quod statuto tempore non solvit, scire potuit & debuit casum evenisse, ut ita distinguendo habetur apud Merlin. d. dec. 636. d. dec. 374. p. 5. rec. dec. 379. part. 2. & in aliis Atque ita docet praxis quotidiana depositationum montium Baronialium alumentium in se quas solvendi fructus locorum montium singulo quoque bimestre cum dicta facultate, quam illic exercere, cum principales rectè sciant, vel scire debeant quod hujusmodi negotiatores, neque per momentum tenent pecunias otiosas, atque istud praesertim negotium cambiorum exercent, & consequenter non intrat dicta excusatio, quod debitor credere potuerit creditorem hujusmodi facultate usurum non esse, cum ista credulitas rectè intrerit quando qualitas personae creditoris ita suadet, ut est in casu, de quo agitur in d. Romana cambiorum 3. Junii 1618. coram Manzanedo, ubi de afflictu casuali facti per Capitulum cujusdam Ecclesiae, sub conventionione, ut affectuatio pensionem statutis temporibus non solvente, licitum esset locatori debitam pecuniam ad cambium accipere.

Tertius est casus institoris, seu alterius, puta fidejussoris, aut administratoris, cui pro negotiis explicandis, seu pecuniis statutis temporibus solvendis facta sunt aliqua assignamenta, ex quibus id explicandum sit cum facultate, quod eis deficientibus, licitum esset accipere pecuniam ad cambium, & tunc Rota creditit, ut deficientibus assignamentis, mandans interpellari debeat, ex eo quod credere potuerit negotium fuisse explicatum cum assignamentis jam factis, de quorum defectu si fuisset certificatus, supplivisset aliunde, neque passus esset intercurris cambiorum subijci, ut in Anconitana cambiorum coram Carillo inter suas dec. 282. alias 22. parte 9. recent. & in eadem 18. Junii 1646. 8. Martii, & 2. Augusti 1649. coram Pentingerio, quantum ultima est impressa, dec. 346. p. 10. rec. licet istas decisiones veras non habuerit Camera in Romana partitorum inter Falconerium & Farsetum, Atque inspecta veritate videatur punctus decidendus pro iudicis arbitrio regulando ex singulorum casuum particularibus circumstantiis denotantibus bonam, vel respectivè malam fidem creditoris, vel administratoris, & mandatarii, dicta facultate utentis, spectato praesertim usu negotiatorum. Sed ubi cessat dicta credulitas mandantis, quod scilicet negotium aliunde & ex assignamentis impleri potuerit, atque cesset etiam dicta alia credulitas, quod creditor dicta facultate forsitan non esset usus, tunc nulla subest ratio, quae hujusmodi interpellationem exigat.

Et hunc dicebam esse casum nostrae quaestionis, etiam si non adesset dicta interpellationis expressa remissio, per quam omnis difficultas cessabat, quoniam perfecta emptione, debitor seu mandans scire potuit ac debuit totum pretium promptè solvendum esse, atque dum ipse non solverat, credere potuit & debuit, quod illud solveretur per campforem, & illicò attenda ejus conditione usum dicta facultate, cum adaptabilis non esset illa credulitas, quae ratione personae creditoris cadebat in d. Romana cambiorum coram Manzanedo.

Quoad tertium punctum expirati mandati per mortem naturalem mandatarii, vel civilem mandantis, tam in Rota, quam in Congregatione Baronum, scribentes pro debitore magnum fundamentum constituunt in auctoritate Caball. conf. 145. lib. 2. Verum in utroque Tribunali haec auctoritas omnino neglecta fuit utpotè nulli probabili fundamento innixa; movetur enim ipse auctoritate Socci. jun. conf. 112. num. 12. lib. 1. sed clarum est aequivocum; Socinus enim agit de revocatione mandati ad donandum resultante per mortem naturalem mandantis, & sic de mereo & simplici mandato voluntario, quod in solam gratiam mandantis recipitur à mandatario tanquam purum officium, seu ministerium gratuitum; Secus autem ubi agitur de mandato necessario in gratiam & rem propriam mandatarii pro implemento obligationis & contractus correspondivi; hoc enim non solvitur per mortem, tanquam stipulatio, seu obligatio faciendi, activa & passivè tranfit in haeredes, ex ea clara ratione, quod revocatio resultans ex morte dicitur ficta & praesumpta, fictio autem, seu praesumptio non potest plus operari quam veritas, Unde quemadmodum debitori danti hoc mandatum praclusa est facultas illud

illud expressè revocandi, adeo ut expressa revocatio non intrerit, multo minus intrare potest tacita, seu ficta resultans ex morte, Trentacin. variar. res. lib. 2. tit. de procurator. res. fol. io. n. 7. & 9. Mantig. de tacit. lib. 7. tit. 23. nu. 40. & seq. Buratt. dec. 440. n. 2. & 3. Merlin. dec. 436. nu. 15. quia data correspondivitate mandatum corrumpitur ac tranfit in alium contractum, ex iis quae habentur in Romana economia sub tit. de contrah. & alibi pluries.

Potissimè verò in ordine ad mortem civilem ratione banni capitalis resultantem ab ipsius debitoris delicto, quod ei commodum & utilitatem causare non debet in damnum & prajudicium creditoris innocentis, contra positivi & naturalis juris principia, cum ita cupiosè agentes pro mortuis habendi sint quoad favorabilia, non autem quoad odiosa, juxta ea, quae in jure habemus de filio familias ingratu amittente jura suis, & patriae potestatis quoad favorabilia tantum, in odiosis autem remanent sub dicto vinculo, Si vè religiosi professi apostatant, vel ejeti, in odiosis & obligatoris habendi pro professi & religioso, Ac heredis indigni, habendi in odiosis pro tali, cum similibus, super quibus scribens tanquam Advocatus ad satisfaciendum ignaro vulgo superfluas evagatorias retexebam longas allegaciones, praesertim in primis disputationibus circa initia professionis ac more juvenum, quibus id congruere videretur, Et sic nulla, vel satis modica disputatio super hoc motivo habita fuit.

Circa quatenus punctum justificationis cambiorum, cum jam adesset spaccia, seu litera redditus quas utri praesupponentes alias accessus, receptum est sufficere juxta ea quae frequenter in aliis hoc eodem titulo habentur, opus non fuit assumere quaestionem disputatam infra in Romana cambii de Sfortiis, & in Romana de Nigrone, seu Benetis, disc. 6. & 7. An scilicet realitas justificari possit cum libris, alii quae extrinsecis, etiam praesumptivis, seu administrativis probationibus, quamvis ipsa litera materiales non habeantur; Credebam tamen in disputationibus habitis coram Verospio, (& Rota eundem sensum habuit) necessarium non esse illatum formalem productionem, ac rigorosam recognitionem, perinde ac si ageretur de apocis, vel scripturis, in quibus unicum totum actionis fundamentum consisteret, quoniam ut adveniret in allegatis disc. 6. & 7. ex auctoritate ibi deductis, in puncto juris, juxta opinionem in aliis Civitatibus & Tribunalibus magis communiter receptam, accedente pacto, sufficere etiam libri creditoris bene & mercantiliter tenet.

Et licet Rota sequendo opinionem magis rigorosam, ad se certificandum de realitate literarum, istas desideret, easque velit inspicere, Attramen sufficere debet, quod hic effectus sequatur etiam per extrajudicalem inspectionem, tanquam pro librorum & pacti ad iudicium exclusivo suspicionis fraudis usurarum, non autem pro principali fundamento intentionis; Quia tamen in ultimis disputationibus habitis in Signatura gratiae, scribentes pro debitore, ad effectum obtinendi commissionem appellationis etiam in suspensivo, & cum clausula translativa executionis, in hoc defectu nihil minus insisterent, atque aliqui ex votantibus in eo se fundarunt, idcirco in alia instantia coram Priolo, ad hujusmodi difficultatem tollendam, dicta spaccia producta fuerunt, Adeoque id impressionem fecit, quod in dicta resolutione

11. Januarii 1669. coram Priolo, responsum non fuerat de exequendo mandato in praecedenti instantia per Verospium, relaxato, sed illud de novo decretum fuit, ut fieri solet, quando dubitatio oritur super utilitate mandati relaxati per primum judicem, quod alias iustum in toto, vel in parte reputatur, cum receptum sit talem esse virtutem, seu operationem clausulae, si quid exsequendum, ut non solum iudex ad quem exequi valeat mandatum per judicem à quo decretum, sed etiam illud ex integro decernere & relaxare, quatenus primum, nullitatis, vel excessus defectu laboraret, ut in Romana renunciat. 27. Maii 1651. Cerro. Beneventana dotis 27. Junii 1653. Bichio, Romana, seu Januensis dotis 2. Decembris 1665. Ovalora, & sepius.

Quoad quintum obiectum, seu punctum invaliditatis cambiorum, ex eo quod correspondens non esset bancheius, neque tracta, seu litera impleta essent per bancum, duplici fundamento nitebantur scribentes pro debitore; Primo ex declaratione Sacr. Congregationis registrata apud Turr. de camb. disp. 3. q. 1. in prolegomenis post. nu. 33. in illis verbis, Secundum eandem rationem bancariam, permanentem; Et secundo quoad cambia gitata per Civit. Neapolis, quod per Regias pragmaticas, tertiam, ac sequentes & septimam sub tit. de literis cambii, disponeretur literas cambii,

seu tractas per publicum bancum impleri debere, neque alias implementi justificationes admitti, quod etiam supponebatur dispositum in Civitate Veneriarum.

Verum hoc erat leve obiectum de facili solvibile, quoniam dicta declarationes prodierunt pro sola Civitate Januensium, ubi magna bancheiorum copia habetur, & nihilominus dicta verba, tanquam dubia & incerta significacionis, etiam in eadem Civitate magnas inter negotiatores produxerunt difficultates, ad quas removendas, opus fuit denuò acquirere eandem Congregationem, novaque declarationes obtinere registratas apud eundem Turr. ubi supra, numer. 37. Tali quae ex attestacionibus plurium mercatorum & negotiantium ferè rotius Italicae est communis usus, quod etiam mercatores fundacarii, seu alii negotiatores formalem bancum non aperientes, recipiunt ac impleta tractas & literas cambii, atque super cambiorum giro scripturam formalem tenent, Potissimè verò in Civitate Neapolis, ubi per Regias provisiones disponitur, non posse aperiri publicum bancum nisi praestita cautione in summa scut. 150. m. quod est moraliter impossibile, ideoque bancum publicum, ut plurimum ibi habetur solum aliquae pie domus hunc fundum habentes, & tamen infinitus est numerus negotiantium super cambiis. Prudens quidem & commendabilis esset dicta provisio, quando esset moderata & practica, unde propterea videtur extremum vitiosum. Sicuti è conversò vitiosum est alterum extremum Urbis, quod cuilibet liberum est bancum aperire, absque eo quod saltem in apertura negotii talem faciat obligationem, quod deponentibus eorum pecunias, seu alias banci fidem sequentibus, consultum esset cum hypotheca, per quam intraret ordo temporis & prioritatis, adversus eos, qui postea cum hypotheca multoties collusivè contrahentes ita totum absorberent, quod videretur magnum inconveniens, ut non semel adveniret in sua materia sub tit. de Credito.

Et quoad necessitatem implendi literas, seu tractas per bancum publicum, id conrinebat aequivocum clarum, cum hujusmodi provisiones, prudenter quidem ac justè edita, percutiant illas tractas, seu literas cambii, quae per veram & effectivam pecuniariam solutionem impleri debent ad favorem tertii, idque, ut occurreret fraudibus & falsitatibus receptarum privatarum, cum quibus exhibentes tractas, seu literas cambii ad protrahendas ad mentes & annos solutiones desatigabatur, secus autem ubi agitur de his literis pro giro cambiorum cum seipso, & talis est inconcussa praxis.

Sextum fuit disputationis caput super quantitate provisionis, seu mercedis cedulae; Cum enim in prima limitata ad summam scut. 230. m. provisio convenia esset in annis scut. 500. praetendebat debitor, quod secunda cedula indefinita, eodem jure regulanda esset, augendo solum dictam taxam conventionalem proportionabiliter & pro rata summae majoris, ad quam cedulista se obligaverat, constituendo fundamentum in regula, de qua apud Zacch. de salario, q. 19. n. 1. cum sequ. de Doctore conductione ad legendum, sive famulo ad serviendum pro certo salario, quod si reconducat, reconductio censeatur pro eodem salario. Sive de salario proportionatè augendo ad ratam laboris, seu muneris aucti, atque in prima conventionione non contenti.

Et conversò autem ex parte creditoris praetendebatur, per secundam cedulam indeterminatam complectentem totum valorem castrorum; primam evanuisse, atque omnino novatam esse, & consequenter, quod cessante conventionione, atque rebus remanentibus in puris terminis juris, dicta merx, seu provisio deberetur juxta consuetudinem Urbis, quae est ad minus duorum pro centenatio, ut habetur apud Greg. decif. 161. Ad quod probandum ego & ceteri pro eodem creditore scribentes duo adducebamus fundamenta, Unum resultans ex axiomate generali, quod quilibet dispositio intelligenda venit, rebus in eo statu permanentibus, ad quod plenè colligit Additionator ad decif. 513. par. 4. rec. tom. 3. nu. 5. & seqq. & n. 21. Et alterum, quod hujusmodi emolumentum dicitur merx periculi, ad cujus proportionem regulari debet plus & minus juxta periculi majorem, vel minorem probabilitatem, Mantig. de tacit. lib. 6. tit. 6. n. 6. Apont. conf. 19. lib. 2. Leotar. de usur. q. 23. n. 31. Rota apud Gregor. d. dec. 161. & dec. 679. part. 1. divers. Et itèd cum per secundam cedulam indefinitam absque dubio campfior majori periculo se exposebat, quoniam peritus declarare poterat valorem in summa ingenti, pro cuius parte sibi consultum, non remaneret in bonis emptoris forensis, hinc intrabat dicta ratio proportionis, ac novationis, seu recessus à prima conventionione.

Resolutio in hoc puncto fuit, ut pro summa contenta in pri-

prima cedula deberetur proviso conventa in scutis 500. pro reliquis autem scutis 127. m. debitis in vim secundae cedulae, tanquam in casu omisso debita esset merx consuetudinaria ad rationem duotum pro centenario, ut patet ex *decis. 28. Novembris 1659.* Venosio, in qua solum de hoc puncto agit; Ibique etiam firmatur hujus mercedis, seu provisionis potioritas, ut scilicet dicatur debitum privilegiatum, licet ante omnia detrahendum ex pecuniis emptoris, quae ad manus campforis pro ejus reintegratione venirent juxta punctualiter firmata *dec. 679. par. 4. divers.* Ad quod conferunt quae habentur apud Salgad. *in labyr. par. 3. cap. 9.* super potioritate mercedis, seu provisionis debitae administratori patrimonii positi sub concursu, quia in effectu non est creditum, sed in pensam necessaria respiciens etiam servitium & commodum ipsorum creditorum, ideoque ante omnia deducenda; Dicitaque resolutio ita distinguens, referendo ad veritatem, mihi quamvis scribenti pro assecurione mercedis consuetudinariae pro tota summa, vis est iusta & probabilia, non quidem ex generali regula deducta in decisione desuper edita de non extendenda conventionem de casu ad casum, cum in puncto juris probabilis dici possit, secundam cedulam indefinitè complectentem totum pretium à perito declarandum attendendam esse, non curata prima, tanquam pro hujusmodi novationem abolita; Sed ex dicta altera ratione proportionis periculi, dum in dicta certa & determinata summa scut. 220. m. cedulista dici poterat tyrtus, & moraliter certus de exemptione à quocumque damno, dum bona quae emptor possidebat in Urbe ipsaq; castra ita acquiranda, sine dubio tanquam per speciem notorii superabant dictam summam, & sic verè periculum respidebat in secundo additamento ratione incertitudinis.

Septimus disputationis punctus fuit circa liquidationem summae per cedulistam solutae, pro qua potuerit ponere debitorem sub cambiis; Cum enim debitor praedictus ante hujus scutum haberet in banco ejusdem campforis quandam summam pecuniarum in causam depositi & ad liberam dispositionem, ut vulgo dicitur à conto corrente; dubitatum fuit, an quando campfor in vim cedulae certas summas solvere coactus fuit, pro omnibus potuerit ponere debitorem sub cambiis, vel potius jure compensationis debuerit deducere dictam summam, quam habebat in manibus; Et quamvis de stricto jure probabilis videretur creditoris praesentio, quam etiam in congressibus, in quibus puncti examinantur pro veritate, nimium fovebant seniores Advocati, ex diversitate stationum, ob quam in eisdem personis materialibus representantur omnia diversa personae formales, & successivè diversa dicuntur debita & credita ex omnino diversis causis, unde propterea regulariter non intrat compensatio; ex iis, quae habentur collecta per Amar. *resol. 17. add.* ad Gregor. *dec. 266. Graff. de except. cap. 16.* Gratian. *discept. 938. numer. 2.* Salgad. *in labyr. par. 2. cap. 28.* Nihilominus ego tunc junior ab initio fui in contrario sensu, Tum ex punctuali *decis. Rota in Romana computorum 23. Martii 1618. coram Cocino*, ubi in specie firmatur, quod haec distinctio intellectualis juris subtilitate resultans, atque ad alios effectus juris vera, ex quadam naturali aequitate, ac in odium usuratum attendi non debet isto casu, & cum quo fundamento processit Rota, ita juxta ipsum votum resolvendo eadem die 28. *Novemb. 1659. coram Verospio*; Tum etiam ex facti circumstantiis, quod scilicet debitor ob quadam imputata delicta jam fugam ab hoc Principatu arripuerat, atque processum erat ad acta praeparatoria banni capitalis, unde non urgebat ratio manualis & quotidiani usus dictae pecuniae, quae proinde retineri solet in computo currenti, & non commiseri cum aliis negotiis, unde si dictus deponens absens & inquisitus dedisset mandata, seu ordines pro dicta summae solutione, absque dubio campfor ita constitutus in periculo proprio iacturae, recusasset dictos ordines implere, faciendo quandam speciem arresti, seu sequestri penes seipsum pro ejus indemnitatem; Et consequenter nulla ratio exigere videbatur, quod dictam pecuniam ita penes se retineret otiosam, & pro aequivalenti percipere deberet usuras, seu accessiones cambiorum, dum non agebatur de deposito regulari pecuniae obligatae in sacculo, ita ut dici possit, quod fuisse violare legem depositi, sed agebatur de deposito irregulari, quod in substantia, & quoad effectum importat magis creditum quantitatis, seu generis, Unde considerabam adaptari posse terminos, seu rationem text. in *l. curabit. Cod. de action. empti*, super repugnante aequitate habendi eodem tempore in manibus rem & pretium; Sive quod intraret recepta distinctio, quam habemus in questione, an compensatio fiat ipso jure, vel ope exceptionis, quod scilicet, ubi

agitur de odio usuratum, & de impediendo illarum cursum, omnino verius, ac receptum sit compensationem intrare ipso jure, ut caeteris plenè collectis firmatur per Rotam *dec. 409. num. 21. & seq. part. 9. rec.* ubi allegantur Apont. *conf. 19. lib. 2.* Fontanell. *de pact. claus. 6. gloss. 2. par. 6. num. 61. & seqq.* & aliis.

Demum cum pretium redactum ex secunda venditione dictorum castrorum erogatum esset in loca montium, cum vinculo, primario ad favorem emptoris in casu evictionis & molestiarum, secundario autem pro cautela creditorum anteriorum & posteriorum postmodum venientium, Atque indubitatum sit hujusmodi vincula minuere valorem intrinsecum locorum montium juxta vinculum numerum, ac majorem, vel minorem periculum probabilitatem, juxta ea, quae super hujusmodi diminutione habentur in *Romana locorum montium de Oricellariis, & in Romana de Mutis sub tit. de Regalibus ad materiam locorum montium, disc. 39. & 32.* Atque de facto ista loca montium stante dicto vinculo aestimata fuerant ad rationem scutorum 60. pro quolibet. Hinc otra est dubitatio, an stante dicta reductione cambiorum platealium ad nundinalia, deberet creditoribus bonificari id, quod importaret diminutio resultans ex dicto vinculo, ita ut in effectu assequeretur pecuniam liberam. Et ita determinatum fuit in ultimis decisionibus *14. Decemb. 1662. & 28. Januarii 1664. coram Verospio*, dando optionem debitori intra certum terminum solvendi pecuniam liberam, & reassumendi loca montium, vel quod creditoris imputanda essent ad dictam rationem sc. 60. pro quolibet.

De hoc autem, tam in ultimis disputationibus habitis in 22. Signatura gratiae, quam in alia instantia in Rota *cor. Priolo & Boulemani*, fuit dubitatum, stante quod istud vinculum resultat à facto Principis, quod importare dicitur casum fortuitum à creditore supportandum, absque eo quod regressum pro indemnitatem habere valeat adversus debitorem, juxta ea, quae habentur sub titulo de fendis ad materiam *Bulle Baronum in Romana de Anguillaria, & in alia Romana doctis de Casarini, disc. 97. & 99.* & talis est communis praxis.

Super hoc autem ego, reflectendo etiam ad veritatem, dicebam hujus questionis decisionem pendere à puncto, An dicta reductio cambiorum platealium ad rationem nundinalium importans diminutionem crediti & ultra, intraret de rigore iustitiae, vel potius ex Tribunalis aequitativo arbitrio; Primo enim casu admittebam, quod debitor bene diceret, quoniam si creditor plus de rigore sequi non deberet, cogendus esset subire vinculum de natura rei omnibus aliis creditoribus commune; Secus autem in altero casu, quoniam tunc debitor aequitativum arbitrium iudicis dividere potest, sed illud acceptare debet cum sua causa; nam alias non fuisset reducere camba platealia ad nundinalia, sed ista quoque dimidiare; Et consequenter curae supra deductis *disc. preced.* de stricto jure omnino verius esset, camba platealia esse valida & debere, ideoque dicta reductio, seu moderatio resultaret ex merè aequitativo arbitrio, debebat proinde ista aequitas aequa lance exerceri, nam alias manifestam contineret iniquitatem in praedictum creditoris, ita duplicem diminutionem & iacturam patientis; Atque retorquendo exemplum moderationis rate per Sac. Consilium Neapolitanum, de qua *disc. preced.* quod scilicet camba tunc irregularia longe excessiva & reducta ad 14. pro centenario in tali summa soluta fuerunt, ita & taliter quod creditor de facto obtineret dictam summam 14. quod in praesenti non contingeret, quoniam camba platealia importantia 19. circiter pro centenario, & reducta ad nundinalia importantia ad rationem 9. circiter solverentur, non in novem, sed in quinque, vel sex, & sic esset reductionis, atque istam credebam esse veritatem.

De pluribus aliis disputatum fuit, in facto magis quam in jure consistentibus; praesertim verò de tempore, à quo campfor ob solutiones factas in vim cedulae dici possit creditor; Cum enim per chirographum Pontificium super dictorum castrorum venditione edictum mandaretur, quod creditores, ad quorum instantiam per Congregationem Baronum facta erat dicta venditio, in actu receptionis pecuniae à cedulista deberent prestare debitam cautionem in forma, sin minus quod eadem pecunia directe in actu recipiendi deponi deberet in sacro monte pietatis, ad effectum illum investendi in loca montium, ut supra vinculata loco cautionis, creditores autem pro majore eorum commoditate factis quietantiis tanquam de recepto, fuissent contenti relinquere pecuniam in depositum in eodem banco pro eo modico tempore, quod currebat, donec invenirentur occasiones dicti investmenti; Hinc

Hinc praetendebat debitor non esse servatam formam chirographi, ac propterea ipsum non potuisse poni sub cambiis à tempore, quo creditores fecerunt quietantias, sed solum à tempore, quo sequutum erat effectum pecuniarum investmentum; Sed haec praesentio rejecta fuit, & pro meo iudicio iuste, quoniam eo ipso, quod creditores fecerunt quietantias, debitor liberationem reperavit, atque solutionis effectus sequutus fuit, eaqueque nil intererat, quod creditores pecuniam ita de eorum dominio effectam hoc medio tempore otiosam retinerent magis in uno, quam in altero banco, unde cum chirographum praescriberet dictam formam, non pro praesentia solemnitate, sed ad solum certum effectum ne daretur libera, idcirco intrat recepta propositio, quod tunc spectato effectu admittitur implementum per aequipollens, ut firmatur in *decisionibus coram Verospio*, quae super hoc puncto videntur notabiles.

ROMANA MANUTENTIONIS PRO JOANNE BAPTISTA BORRELLA. CUM N. LAMBARDO.

Casus disputatus coram Senatore Urbis, Seu Praelato Consiliario deputato, & resolutus pro Lombardo.

An cambium creati possit ex credito antecedenti sine pecunia numerata. Et an substineatur cambium si pecunia data debitori in alios usus creditori notos convertenda sit, ita ut hic certus sciat debitorem non posse cambiare in nundinis, ibique literas implere. Et de conversione cambiorum decursorum in fortem novi cambii an subsistat, vel potius importet anatocismum.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facili series.*
- 2 *Pecunia numerata in actu, sed statim restituta an annullat contractum consensualium.*
- 3 *Qualis dicatur simulatio damnata, & qualis non.*
- 4 *Cambium creati potest ex credito antecedenti ex mercibus, vel alia causa.*
- 5 *Declarantur quaedam decisiones firmantes cambium invalidum, ubi creditor scit debitorem convertere debere pecuniam in alios usus.*
- 6 *Distinguantur species cambiorum, & quale sit directum & quale obliquum.*
- 7 *De simulatione, seu figmento, quod aliqui dicunt esse in cambiis.*
- 8 *De recambiis an sint invalida & continentia anatocismum ob conversionem cambiorum in fortem, & aliqua de anatocismo, quando procedat.*
- 9 *De natura cambii est, ut nullum deur lucrum ab initio certum, sed possit etiam sors diminui.*
- 10 *Quod cambia vere non sint fructus, neque accessiones, sed sint pars sortis.*

D I S C. III.

Cum ex pluribus creditis antecedentibus, quae ex iuris censuris ab aliisque de causis, Borrella habeat cum Lambardo, constaret etiam scutis 1000. quae idem Lambardus debebat ex causa cambii contracti usque ab anno 1646. una cum fructibus, seu cambiis decursis, circa annum 1658. novum cambium constitutum esset in scutis 3500. circiter, cum enaratione pecuniae coram Notario & testibus numerata; ad effectum illam convertendi in praedictorum aliorum debitorum extinctionem, Atque post aliquorum annorum decursum creditor curasset aliqua bona debitoris exequi & subhaerari, eidemque, seu alteri, qui deinde ipsum nominavit, tanquam ultimo licitatori deliberari, praetendens debitor istius actus nullitatem ob ordinem iudicialium non bene servatum, ac etiam ob notoriam injustitiam, Tum ratione enormissimae lésionis in valore bonorum, tum ratione excessus ob infectionem novi contractus cambii, qui proinde camba, seu fructus non produceret ratione simulationis, dum probaverat pecuniam ejusdem creditoris simulatè, & ut vulgo dicitur, per mostra, ibi intervenisse, ita ut in effectu cambium creatum esset ex creditis antecedentibus, ac etiam illativè, quod ita creditor certus esset debitorem non posse acceptam pecuniam cambiare, atque in nundinis literas implere, ut ad cambii realitatem requiruntur ex fir-

matis per Rotam in *Romana cambii 18. Aprilis 1644. & 16. Januarii 1645. cor. Peuting.* Et demum quia idem cambium in parte constatum esset ex fructibus, seu cambiis decursis dicti alterius cambii, unde propterea dicebat hoc esse anatocismum in jure damnatum juxta plenè deducta per Rotam apud Merlin. *decis. 409. alias 301. p. 5. recent.* Iarè Andreol. *controv. 310. num. 1.* ubi ferè omnes cumulat. Ex his secundus Collateralis fori Capitolini mantentionem Lambardo concessit, declarando contractum praedictum invalidum & usurarium, ex hoc praesertim ultimo fundamento anatocismi.

Introducta verò post suos alios gradus juxta Capitolinam labyrinthicam praxim, causa coram Senatore, atque per istum deputato juxta stylum ingenioso Praelato in Consulitorem, hic post plures disputationes, quamvis in iis, quae juris sunt circa validitatem cambii ex infra deducendis se adaequatam declararet, nihilominus confirmavit idem, quod iudex primè instantiae fecerat, vel ex capite nullitatem, vel ex altero lésionis, ac etiam ratione in subsistentiae aliquarum partitatum, & sic ex fundamentis consistentibus potius in facto, in quo Advocati nullam habent partem, ideoque iudicatum, nec approbare, nec damnare potui, porro sic quia etiam causa Patronus singulis facti objectis bene satisfacere videretur, nihilominus ea omnia in simul unita, aliquam malam faciem praebere videbantur.

Quatenus verò pertinet ad dicta tria objecta in jure consistentia, Dicebam pro creditore scribens nullam verè subsistentiam habere, Non quidem primum, Tum quia solemnitati pecuniae numeratae, etiam ubi pro forma requiritur, ut est in censibus, ex communi observantia satisfactum esse dicitur per illius interventum, quamvis eadem immediate restitueretur ipsimet creditori in aliam causam, nisi formalis simulatio probetur ex deductis per *Cenc. de cens. qu. 50.* ubi plures colliguntur decisiones Rotae, quae moderno tempore saepius circa hunc defectum benignè se gerere consuevit, quoties antecedentia credita sunt vera & realia, stante facilitate Signaturae gratiae passim sanandi hunc defectum, ubi constat de verò credito, ut praesertim apud Royas *decis. 476.* quae est Assisen. *census confirmata 28. Martii 1653. coram Bevilacqua 23. Januarii, & 26. Junii 1654. coram Bichio, & non semel in sua materia (sub tit. de censib.)*

Tum etiam quia illa simulatio dicitur in jure damnata, quae concernit rei substantiam, ac veritatis alterationem alteri praedictalem, quia nempè cum mendacio appareat validus & licitus ille actus, qui si appareret, prout est in effectu, esset illicitus & invalidus. Secus autem ubi etiam alio modo verò licite fieri poterat, iratut nil debitoris, vel alterius contrahentis interfuit, ut saepius *sub tit. de contractibus, & sub altero de credito.* Ac pluries in specialibus terminis cambiorum occasione oppositae simulationis personae firmavit Rota praesertim in *Romana cambii 1. Julii 1658. coram Melio confirmata 24. Martii 1664. coram Otalora*, quae est *Romana cambii de Sfortis, disc. 6.*

Unde cum saepius per Rotam firmatum fuerit, quod cambium ex mercibus, vel ex creditis antecedentibus creati potest, ut praesertim in *Romana pecuniaria 5. Junii 1648. Corrado 14. Junii 1649.* Luzzozetto inter suas *dec. 829. Romana cambiorum 28. Aprilis 1651.* Venosio, & in aliis, cum nil urgere videatur, quod prohibeat. Quia si creditor de tempore contractus cogere poterat debitorem ad sibi solvenda credita, quae vera & legitima essent, hinc proinde benignè potius cum eo agere videretur se abstinendo à coactione, eademque credita convertendo in alium contractum, ex quo dilationem debitor recipit, quoties ista non est causa alicujus lucri, seu excessivae, vel alias praedictalis conventionis, quae in cambiis nundinalibus non datur, minusque hodie in illis platealibus, quae exercentur per eas Civitates, quae platearum formam habent, cum totum pendeat ab eventualitate pretii uniformiter à publico foro mercatorum taxati, ut supra in *Romana cambii, disc. 1.*

Quoad secundum obiectum deductum ex allegatis decisionibus in *Romana cambii 18. Aprilis 1644. & 16. Januarii 1645.* coram Peutingerio, dicebam illas ab ipso initio nunquam in Curia receptas fuisse, utpotè continentis aequivo-cum clarum, quo agnito in eademmet causa, in qua prodierunt, nullum habuerunt effectum, quoniam ita Rota orete-re mandante, ne ad formalem revocationem procederetur, creditor contra quem prodierant, sub titulo concordiae, aliquo modico dimisso, satisfactionem obtinuit; Et merito, quoniam, ut frequenter habetur *hoc eod. tit. praesertim in Romana locationis vena ferri, disc. 24.* Duæ sunt cambiorum species, una quae dicitur cambii directi, quia scilicet ha-



hens pecuniam Romæ, illamque cupiens in Civitate Venetiarum, vel Neapolis, eam tribuat mercatori, vel alteri ibi cambiam, quoniam si pecuniæ dator certo scit recipientem illam pecuniam, ac convertentem in alios usus, non posse æquivalentiam dare statuto tempore, & in præfinito loco, ita ut licet implementum recipere non deberent, sed inanes & vacuæ essent reversiones. Tunc quia dicitur potius actus simulatæ gestus in fraudem usurarum, & de illius validitate dubitavit Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 10. de cambio secco*, & cæteri deductis per Scacc. *de cambiis*, §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. q. n. 9. Reginald. *in praxi penitent. lib. 25. nu. 399.* Rebell. *de just. & jur. lib. 15. q. 5. nu. 3.* & cæteri in prædictis decisionibus deducti; Dictaque difficultas non resultat ex eo, an qui pecuniam recipit, eas tunc in alios usus convertat necne, ut scribentes in ista causa, ac etiam in dict. altera Romana cambiorum de Sfortiis, *disc. 6.* instabant, quia cum pecunia recipiat functionem in genere suo, etiam in isto cambio directo nil refert, quod recipiens eam convertat in alios usus, dum potest in mundinis, vel platea aliunde supplere de æquivalenti, sed punctus est in idoneitate ad dictam æquivalentiam præstandam, ex cuius concursu, vel deficientia resultat scientia dantis, an literæ essent adimplendæ, necne, & an actus esset ab initio fictus, vel verus.

Altera cambiandi species dicitur obliqua, quod scilicet debitor, qui pecuniam recipit, seu ex alia præcedenti causa debet non assumit onus cambiandi, sed sub contractu mutui, vel altero recipit pecunias pro suis debitis solvendis, vel in alios suos usus erogandas; Quia verò mutuator non intendit eas otiosas tenere, sed super cambiis trafficare, idcirco debitor pro ipsius creditoris indemnitate, & ne ex mutuo damnum, ac præjudicium recipiat, in se assumit onus capiendi tantundem ab aliis, ac girandi, vel girari faciendi super cambiis, vel eidem creditoris facultatem tribuit accipiendi ab aliis, vel à se ipso tantundem, illudque girandi, vel girari faciendi super cambiis in ipsius mutuatarii damnum, quo secundo casu plures continentur contractus explicati in d. Romana locutionis vena, *disc. 24.* ac etiam in Camerinen. *disc. seq. & in aliis hoc tit.*

Et in hac secunda specie non spectatur, an illa pecunia quæ recipitur, in alios usus convertatur necne, vel an recipiens possit æquivalentem summam in mundinis, vel in platea præstare, quoniam cambium non girat super illa pecunia, sed super æquivalentia ab aliis habenda, neque spectatur idoneitas ipsius debitoris, sed illa correspondens, qui literas est implenturus saltem cum recurra; Et licet Morales, quibus etiam adherent Merenda in *ejus tract. de cambio mundiniali*; Lector. *de usuris*, q. 26. & alii, magna Tribunalia, seu foros magnarum & mercantiliū Civitatum parum verstantes, dicant hæc continere figmenta & simulationes in fraudem usurarum. Arramen eorum dubitatio recipienda non est, tum quia ita passim & ubique publice & palam, Ecclesia tolerante & approbante, praticatur, Tum etiam quia cessante conventionis partium super majori, vel minori interusuriorum cursu ratione majoris, vel minoris dilationis temporis, in quo proprie consistit usura, vel ejus suspicio, cum totum pendeat ab eventualitate, quæ ipsius etiam debitoris lucrum causare potest, sequitur exinde cessare terminos usuræ, & in specie id vidimus praticatum in d. Romana locutionis vena ferri *disc. 24.* & in d. Romana cambiorum, *disc. 1.* In dictis etenim casibus certa erat conversio pecuniæ per debitorem acceptæ ad cambium in alios usus, atque certa erat voluntas ejusdem debitoris creditori declarata, & in pactum expressum deducta, non cambiandi, neque solvendi in mundinis, vel plateis, & tamen nunquam dubitatum fuit de validitate cambii ex isto capite, quoniam gitus cambii non est in ipsa pecunia, quæ debitori datur, sed in æquivalenti, quæ ab alio, vel à se ipso tanquam tertio accipitur ad cambium, atque hoc jure passim vivitur, quod agnovit Rota in dicta Romana cambiis, de Sfortiis 24. Martii 1664. Otalora.

Demum quoad tertium objectum anatocismi, quod deducebatur ex conversione cambiorum decursum in fortem principalem, ac novum cambium, Dicebam, quod quidquid sit, an dictus anatocismus procedat solum in usuris illicitis, de quibus, nempe usuris hebræorum agit in dec. 409. Merlini, atque admisso etiam quod eadem prohibitio procederet in quibuscumque aliis quamvis licitis usuris, interusurariis, vel fructibus, ut videretur magis communis & recepta opinio DD. de quibus ample Andreol. *dist. controuv. 210.* Extranei erant dicti termini ab istis cambiorum, quæ in recambium converti posse plenè firmatur per Surd. *consil. 540. n. 35.*

cum seq. quem solum pro omnibus allegare sufficit, & communiter tenet Ciriac. Gait. & cereri deducti per Andreol. *d. controuv. 210. num. fin.* atque ita passim docet inconcussa observantia totius nostri Orbis Catholici super recambiis, & advertitur d. *disc. 1.*

Verum ne more inspidorum pragmaticorum, præter genium & stylum, immoraretur solum in autoritatibus, potissimum cum non omnino satisfactus essem de rationibus & fundamentis deductis per Surdum, Idcirco advertentem veram hujus conclusionis rationem eam esse, quod fructus dicuntur illi qui producuntur, seu percipiuntur salva substantia vel illorum productivæ, idcirco in proposito, usuræ, vel interesturæ dicuntur accessiones contra distinctæ ab ipsa forte principali, quæ salva & integra remaneat, atque ex hac ratione accessiones ex pecunia regulariter, non concurrente speciali titulo earum justificativo, dicuntur illicitæ, quia cum pecunia sit de sui natura sterilis, ita contra naturam efficitur secunda & fructifera.

Hoc autem non convenit cambiorum accessionibus, seu interusurariis, quoniam de natura cambii realis est, ut nulla detur accessio, nullumque lucrum certum, sed creditor subiaceat potius damno & periculo diminutionis fortis principalis, *Roman. cons. 238. nu. 6. & 9. in principio, Rota decis. 315. par. 2. divers. dec. 304. nu. 5. par. 2. recent.* ac habetur deductum in dict. Romana vena ferri, *disc. 24. in dist. Romana cambiorum, disc. 1.* & in aliis frequentior.

Ideoque id quod dicitur fructus, seu accessio, est abusive, & per modum loquendi pro nostra intelligentia; sed verè torum est fors principalis tanquam unicum pretium pecuniæ quæ in uno magis valeat quam in altero; utpotè, Titius dat Sempronio ad cambium Romæ scuta mille monetæ Juliorum decem pro scuto cambianda pro mundinis Placontia, seu pro Civitate Venetiarum, cum ibi literæ implenda sint in scuris auri stamparum, seu marcarum respectivè (cum in mundinis currant scuti imaginarii marcarum, & in plateis scuti auri veri stamparum) idcirco correspondens illius, qui suscepit pecuniam cambiandam, ut impleat literas, emere debet dictos scutos, prout currunt in illis mundinis, vel respectivè in ea hebdomada, in qua maturat solutio, juxta pretium aggii quod pro majori, vel minori pecuniarum affluentia, magis & minus ponitur à vero mercatorum, atque in hac empirione consistit damnum, vel respectivè lucrum ejus, qui habuit pecunias cambiandas, quoniam dari potest casus, quod cum tanta monetæ, quantum importent, exempli gratia, scuta 970. emat tot scutos auri vel marcarum, qui sufficiant ad æquivalentiam & literarum implementum, unde propterea creditor sit potius in damno pariendi diminutionem fortis principalis; Et è converso datur casus frequentior, quod pro emendis dictis scutis ad literarum implementum necessariis non sufficiat valor dictorum scutorum mille monetæ, sed importent scuta 1030. & sic in illis 30. consistit damnum debitoris, quod ex communi usu loquendi dicitur fructus cambii junctus cum expensis provisionum; Et consequenter quando illi scuti auri, vel marcarum respectivè ita empti, & per actum occultum soluti creditori per correspondentem cum recurru recambiantur ad locum à quo ipsimet debitori qui pecunias proprias pro literarum implemento in mundinis, vel platea non habebat, dicuntur tanquam per novum contractum recambiarum illi scuti 1030. non tanquam fors & fructus, sed tanquam integra fors, atque unum & idem pretium illorum scutorum marcarum, vel auri denudè reducendorum ad scutos monetæ, istaque est ratio, ob quam substinetur recambia, atque illi qui apud vulgus dicuntur fructus, convertuntur in fortem, Quam rationem nec quidem remotè percipiunt aliqui moderni, qui in foro magnarum & mercantiliū Civitatum non versantur, cum manifesto proinde terminorum æquivoco utentes in hac materia terminis usurarum, lucrorum, fructuum, & accessionum, cum isti termini rectè quidem eadant in cambio secco, non autem in reali, in quo nullum dari potest lucrum certum, & si daretur, remanet vitiatum, ut latius in dicta Romana locutionis vena ferri, *disc. 24.* & in aliis locis citatis.

S U M M A R I U M.

- 1 Generalis animadversio ad omnes discursus.
- 2 An onus susceptum per debitorem ad tempus, isto elapso expiret.
- 3 De cambiis loco damnorum, & interesse sine literis.
- 4 An Clerici possint facere contractum cambii.
- 5 De imputatione cambiorum solutorum in excessu quibus sculetta.

Qua-

- 6 Quomodo probetur solutio cambiorum indebitorum pro imputatione, vel repetitione.
- 7 De mixtura cambii cum alio contractu.
- 8 De literis cambii, & giratis.

ADNOT. AD DISC. III. cum seq.

- 1 Equæ dicuntur in discursibus, quorum specialis mentio infra non fiat, reincidere videntur in idem, atque super eis alia non se obtulit occasio disputandi, cum multæ conclusiones, quæ prius erant valde dubiæ, nunc videantur effectæ planæ, ideoque me refero ad jam dicta.
- 2 In casu autem de quo, *disc. 9.* an scilicet onus susceptum per debitorem ad certum tempus, illo elapso expiret, videantur deducta infra *disc. 35.* ubi fit mentio, quod in ista causa in alia instantia recessum fuit à posterioribus decisionibus, & reversionum est ad primas, ut apud Ninor. *decis. 72.* postea verò causa fuit concordata.
- 3 Et ad plures dicta, *disc. 3. & 4. 8. 10.* & in aliis, an detur cursus cambiorum sine literis in ratione damnorum, & interest esse infra *disc. 32.*
- 4 Ubi etiam de quæstione, de qua *disc. 18.* an Clerici possint facere istum contractum.
- 5 Ad contenta in *disc. 17. & 28.* super imputatione cambiorum excessivè solutorum videatur *disc. 31.*
- 6 Et quomodo probentur solutiones cambiorum ad effectum imputandi, vel repetendi, *disc. 34.*
- 7 Ad casum de quo *disc. 24.* videantur ea quæ adnotantur ad *disc. 4.* de Usuris super mixtura cambii cum alio contractu.
- 8 Ad contenta *disc. 20. 21. 22. 25. & 26.* super literis cambii, videatur *disc. 33.* Ac etiam *sub tit. de Credito.*

CAMERINEN. CAMBII PRO PELLEGRINIS CUM BRACCIIS

Casus disputatus coram A. C. & in Signatura, & resolutus pro Pellegrinis, postea concordatus.

An mandatum datum ad cambiandum, seu girandum super cambiis, expiret per mortem mandantis, vel mandatarii. Ex qua occasione agitur de pluribus speciebus mandati ad cambiandum.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Distinguntur plures casus ad effectum sciendi, an susceptum onus cambiandi expiret per mortem.
- 3 Quando alicui datur pecunia ad cambiandum, qualis species contractus dicatur.
- 4 De cambio directo, & qualem speciem contractus continere dicatur.
- 5 De cambio obliquo, & quos contractus sub se contineat.
- 6 De differentia inter casum in quo debitor tribuat creditori facultatem cambiandi, & quando ipse debitor id in se suscipiat.
- 7 De casu, in quo susceptum onus cambiandi est transitorium ad hæredes, & non expiret per mortem.
- 8 Generaliter mandatum susceptum ad cambiandum non cessat per mortem.
- 9 De exclusione contractus societatis in cambio.

D I S C. IV.

Braccius per apocham se constituit Pellegrini debitorem in scuris mille jam antea habitis, atque promisit hanc summam girari facere super cambiis per aliquem Urbis mercatorem per ipsum eligendum, cuius cura & onus esset dicta cambia exercere & continuare cum scripturæ retentione usque ad debiti restitutionem, & cum pacto, quod cambia usque ad summam scutorum 7. pro singulo centenario & anno cederet ad commodum Pellegrini, totum verò plus cederet beneficio ipsius Braccii, cuius obitu sequuto, postaliquorum annorum decursum, petentibus dicti Pellegrini hæredibus sortis & cambiorum solutionem, hæredes debitoris præterdente cœperunt per mortem expiatis, vel mandatum, vel societatem, quam in præfenti conventionem contineri mordicis dicebant scribentes pro hæredibus, innixi auctoritati Scacciae de cambiis, §. 3. *glos. 3. nu. 33.* ubi

registrata quadam conventionis formula huic simili, firmat esse contractum societatis.

Pro creditoribus scribens, hoc societatis assumptum omnino negabam, sed dicebam, vel esse in casu suscepti mandati, quod uri necessarium, & ex stipulatione tanquam irrevocabile non expirat per mortem, vel (& fortè verius) esse obligationem faciendi, ad hæredes etiam passivè transitoriam; Pro materia verò dilucidatione tollendisque æquivocis, observabam plures distinguendos esse casus ob longam differentiam inter unum & alterum militantem.

Primus igitur est, ubi unus dat alteri pecuniam ad negotiandum, sive trafficandum super cambiis, certa parte lucri ad commodum recipientis pecuniam, & trafficare debentis conventa, & tunc non intrant termini debitoris, vel creditoris, quia nullum intercedit mutuum, neque pecunia efficitur de dominio recipientis, cum illa eadem sit trafficanda, sed solum cadit dubitatio, quam speciem contractus hujusmodi conventio contineat, an scilicet societatis, ut aliqui voluerunt, vel mandati ut aliorum fuit opinio, vel infirmitatis, seu contractus innominati, atque juxta has ultimas species punctualiter discussio articulo firmavit Rota in *via Mediolanen. dec. 304. & 356. p. 2. rec.* Ideoque in judicando præfertim in Curia, non quid L.D. hinc inde pro eorum ingenio voluerit tenendum est, sed quid, omnibus opinionibus examinatis, est decisum; Verum istum constantè affirmabam non esse casum nostrum, quia Braccius pecuniam aliquo tempore ante dictam conventionem receperat in alios ejus usus erogata, ejuisque in dicta conventionem se constituit debitorem ad commodum dantiū, quos consideravit uti creditores, utendo termino solutionis, qua pendente in se assumptus onus prædictum, qui termini in ista specie non cadunt, neque conveniunt.

Alter casus est cambii directi & puri, prout originaliter iste contractus introductus fuit, ubi scilicet habens pecunias in uno loco, eisque indigens in alia Civitate, vel loco, eas tradit campiori, ut pro dicto alio loco cambiat, seu literas suo correspondenti pro æquivalentis summæ solutione tradat, quo non expleto tenetur recipiens danti ad quanti interest pecuniam in loco & tempore convento traditam esse, & iste contractus dicitur, juxta unam opinionem permutationis, permutando scilicet pecuniam unius loci, cum pecunia alterius mediante eo pretio, quod loci distantia, vel diversa monetæ qualitas postulat; Sive juxta alteram est contractus locationis & conductionis, quia campior ita locat operas suas datori pecuniarum, ut eas suo proprio de loco ad locum asportet; Sive juxta alteram, est etiam institutoria, vel contractus innominati, de quibus in præfenti videre superfluum videbatur, quia neque eramus in casu.

Tertius est casus frequens & quotidianus cambii obliqui plures contractus continentis, quorum primus est veri & realis mutui, quia nempe indigens pecuniis pro ejus ære alieno exsolvendo, seu aliis indigentibus, & negotiis explendis, illas ab aliquo recipit de suo dominio efficiendas, earumque ad certam diem se debitorem constituit, sed ne interitum creditor damnum patiat ex mutuo, tenendo scilicet otiosam dictam pecuniam, quam aliis super negotiis, & cambiis trafficare destinaverat, idcirco duplitem conveniri solet, Vel quod debitor det creditori facultatem pro sua relevatione à quibuscumque, ac etiam à se ipso æquivalentem summam ad cambium, & sub eo continuandi, donec sequatur solutio. Vel quod ipsemet debitor in se assumat onus æquivalentem summam inveniendi ab aliis ad cambium, seu curandi, quod aliquis mercator dictam summam traficet & giret; Primò enim casu intrat mandatum, quod debitor tribuit suo creditori, & quatenus mandatum deducatur ad exercitium, intrat tertius actus, per quem creditor non jure suo, ut voluit Turte & alii, sed tanquam mandatarius debitoris juxta opinionem veteriorem, & in Rota receptissimam, æquivalentem summam accipit ab alio ad cambium; Secundo autem casu, ex parte debitoris intrat stipulatio faciendi, quia promittit pecuniam in æquivalenti summa ab aliis invenire, atque per creditoris relevatione curare, ut per seipsum, quatenus ad id sit aptus, vel per mercatorem ab ipso inveniendum cambiatur per mundinas, vel plateas; Et sic secundus actus consistit in dicta suscepta obligatione faciendi, & tertius adest, quatenus pro explenda obligatione pecuniam ab aliis suscipiat cambiandam.

Differentia inter unum casum & alterum est, quod in primo, ut creditor cambia & recambia petere valeat, docere debet se mandatum sibi traditum validè ad formam Constitutionis Pii 3. exercuisse, cum vera & reali transmissio-

fione spacciorum justificanda saltem cum literis responsivis nuncupatis di ritorno, atque isto casu intrat regula, quod non probata spacciorum justificatione, camba peti non possunt, quia debet adesse realitas literarum prompte implendorum, sine quibus cessat periculum consistens in transmissioe pecunie de loco ad locum, sive in jactura, qua non minus quam lucrum adesse potest in commutatione pecunie de uno loco ad alium, sive de una specie ad aliam, nempe de moneta currenti ad scutos marcarum, vel auri, in quo periculo fundatur lucri perceptio ex deductis per Lopez, de contrah. lib. 2. cap. 3. cum plur. seqq. Capyc. Larr. consult. 125. Rovit. super pragm. 1. de literis cambii, Buratt. dec. 603. Mantig. dec. 283. Rota decif. 132. part. 6. recent. Anconitana cambiorum 8. Martii, & 2. Augusti 1649. Peuringerio, Romana cambiorum 28. Aprilis 1651. Verosipio, & in aliis frequenter.

In secundum autem casu, nisi debitor probet omnes adhibuisse diligentias, & non invenisse occasionem cambiandi, creditor absque aliqua justificatione ex ejus parte facienda, petere, & consequi potest à debitore camba & recambia, quæ cucurrissent, si susceptam obligationem explevissent, non tanquam camba, quæ sine spacciis, & reali literarum transmissioe dari non possunt, sed tanquam damna & interesse non impletum susceptum mandatum, seu ob non factum id, quod si factum esset, cambiorum utilitatem produxisset, ut bene firmatur in Romana pecuniaria 5. Junii 1648. coram Corrado, & in eadem 14. Junii 1649. Dunozerro inter Juas dec. 829. & post Salgad. in labyrint. dec. 7. quæ passim in Curia recepta est tanquam magistralis, sapissimè in aliis causis approbata, itaut amplius de assumpto non dubitaret, ut sepius hoc eod. tit.

In hac ultima specie necessaria stipulationis faciendi in proposito controversa versabamur, ideoque non intrabant termini expirationis mandati per mortem mandantis, vel mandatarii, quia verè non agebatur de mandato, sed in susceptione facti, quod ob non factum trahit secum obligationem non dubitatur esse ad hæredes activè & passivè transitoriam, ad instar quarumcumque stipulationum, & contractuum, ut omiffis generatibus, in specie probari dicebam ex decisionibus in Romana multiplicis 3. Novembris 1635. coram Pirovano, & 18. Martii 1654. coram Melcio, in cujus casu emptor, qui de pretii residuo debitor remanebat, se obligavit illud investire in loca Montium, census, vel stabilia fructifera, atque fructus exigere, illoque denuò investire, ac ita multiplicare, donec certa summa constitueretur, quia, si ipse, vel ejus hæres id non fecit tunc ob non adimpletum mandatum, vel non præstitum factum promissum, tenetur ad quanti interest esse factum, quod occasione fructuum dotalium habetur sub tit. de date, & alia occasione habetur sub tit. de usuris & interesse.

Neque intrabat ratio pro alia parte exaggerata, quod electa esset industria persona, cum dato & respectivè suscepto mandati, vel facti, non fuerit voluntaria, & ratione industria personalis, prout in primo contractu pecunie datæ ad negotiandum juxta dictas decisiones 304. & 556. par. 2. rec. præterendî forte potest, sed fuerit necessaria ob creditoris reintegrationem, & ne interit ex mutuo, & permanentia suæ pecunie penes debitorem damnum patiatur; Multo magis in præfenti, dum cambiorum transmissio & continuatio faciendâ non erat per ipsummet Braccium, itaut dici valeat, sequuto ejus obitu, actum non potuisse amplius explicari, sed erat faciendâ per mercatorem ab ipso eligendum & deputandum, qui semel electus absque alia præfati debitoris opera, sive viveret, sive mortuus esset, continuationem facere poterat.

Et nihilominus, etiam in casu simplicis, & veri mandati, prout est in alio casu supra dicto, quando scilicet creditor datur facultas capiendi summam æquivalentem ad cambium, adhuc omninò veris, ac ubique receptum est, tale mandantis, vel mandatarii mortem naturalem, seu civilem non cessare, quoniam juris regula, ut mandatum per mandantis, vel mandatarii mortem expiret, procedit in mandato voluntario ex utraque parte, quodcumque revocabilis, secus autem in mandato necessario, quod ex stipulatione debitor tribuit creditori in causam, & rem propriam, donec sequatur solutio, dum illud debitor volens non potest invito creditore expresse revocare, idè minus intrat expiatio per mortem, quæ aliud non est, nisi quædam revocatio tacita, seu ficta, ut ita distinguendo inter mandatum voluntarium & necessarium plenè aliis allegatis habetur apud Trentacini, lib. 2. var. resol. tit. de procur. resol. 10. n. 7. & 9. Gabr. de procurator. conclus. 2. n. 36. Seraph.

dec. 541. nu. 3. Buratt. decif. 440. n. 2. & 3. Merlin. decif. 436. n. 11. & tanquam absolutum habuit Congregatio Baronum & Rota in Romana Cambiorum supra disc. 2. Atque in praxi est ubique receptum, nedum ex dicta viva ratione, quod mandatum necessarium in rem propriam, sicuti non potest expresse revocari, ita non revocatur tacite & fictè per mortem, ne plus operetur tacitum quam expressum, sive plus fictio quam veritas, sed etiam quia cambiorum cursus, non solum resultat ex ratione mandati, sed etiam ex ratione restitutionis damnorum, quæ alias creditor ita pati dicitur.

Allegabatur pro parte debitorum consilium Caballi 145. lib. 2. sed dictum fuit istam doctrinam fuisse rejectam in dicta Romana Cambiorum, tam in Congregatione Baronum, quam in Rota, quoniam verè iste Doctor in hac parte solemniter equivocavit, vel ad clientis affectionem ita improbabiler scribere voluit, totum enim se fundat in consil. 112. Soccin. jun. lib. 1. nu. 12. qui agit de mandato voluntario dato ad donandum, ut expiret per mortem mandantis, maxime dum hæredem reliquerat pupillum, quod omninò extraneum est à mandato necessario, & per viam stipulationis in rem mandatarii.

Magnum item fundamentum ex parte dictorum hæredum constituebatur ad probandam societatem in conventionem participatione lucri, dum conventum est, quod usque ad 7. pro centenariis sit dantis pecuniam, totum verò plus cedat commodo recipientis & cambiari debentis. Sed replicabam hoc esse æquivocum clarum. Tum quia societas importat communionem lucri & damni, ac utilitatis & periculi, quæ in præfenti omninò aberat, quia si dabatur casus, ut fors principalis absque cambiatis culpa amitteretur, vel nullum in cambiis adesset lucrum, sed potius jactura & fortis principalis diminutio, & quæ incertitudo unice salvat hunc contractum ab usura, utique Braccius nullum sentiebat damnum, neque de periculo participabat, ergo incongruus est terminus societatis, sed potius illud incertum lucrum excrevissimum summat scilicet 7. pro centenariis, dici potest salarium, seu merx institutorie, seu operæ assumptæ.

Tum clarius, quia cum Braccius esset debitor pecunie, itaut de ejus damno & præjudicio totale camba currere debuissent, idecirco voluit convenire de interesse limitato, ut scilicet dictam summam non excederet, sibi remissa, seu condonata summa excrevissent, juxta ea, quæ de hoc cambio limitato habentur plenius deducta in Romana Cambio de Sfortius infra disc. 6. & sic debitor nullum sentit lucrum, nec aliquam illius participationem habet, sed solum ita patitur minus damnum & interesse.

Et ex his A. C. pro creditoribus judicavit, relaxando mandatum executivum, tam pro sorte principali, quam etiam pro ipsis cambiis & recambiis, atque interposita appellatione, Signatura justitiae illam rejecit quoad effectum suspensivum rescribendo cum clausula sine præjudicio executionis de sola appellatione ad devolutivum in Rota, sed subsequens concordia litem terminavit.

VITERBIEN. CAMBII SEU SOCIETATIS PRO MARIO.

Responsum pro veritate.

Debitore assumente in se onus cambiandi, seu girandi pecunias sub cambiis, ac facta ex conventionem deputatione certi mercatoris, per quem cambium exerceri debeat, si deinde creditor, ut debitori rem gratam faceret cum liberet ab obligatione utendi opera dicti mercatoris, An exinde resultet omnimoda novatio, itaut inducatur etiam liberatio ab onere cambiandi.

Dissoluta societate per mortem unius ex sociis, An & de quibus lucris, vel damnis socii defuncti hæredes debeant participare.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Cambia non debentur sine justificatione spacciorum saltem per literas reditus.
- 3 Sed quandoque sine eis debentur tanquam damna & interesse.

An

- 4 An remissio oneris utendi opera mercatoris deputati liberet ab onere cambiandi.
- 5 De validitate consuetudinis, ut provisiones correspondentium reddant ad beneficium girantis.
- 6 Expensa provisionum sumi notabiles.
- 7 Cambium creari potest ex debito præcedenti.
- 8 Super conclusionem, an camba sint licita, si dans pecuniam, certo sciat recipientem non posse eam cambiare.
- 9 Quando de facili detur compensatio, seu retentio.
- 10 Non debet quis participare de damno, ubi non participat de lucro, & de materia Societatis.

D I S C. V.

IN Ita Societate inter Antonium & Marium super negotio lignorum, eaque brevi tempore dissoluta per mortem Antonii, cum hic in negotio erogasset summam scilicet 3200. devenit ad conventionem inter Camillum Antonii heredem, & Marium, ut hic retinere deberet dictam summam in negotii continuatione implicatam tanquam debitor, & ad cambium, suscipiendo in se onus cambiandi, ac girandi dictarum pecuniarum valorem per ferias, deputato ex conventionem ad hunc effectum certo mercatore; Deinde que per apocham Camilli, ut Marium ab expensis eximeret, eum liberavit ab onere utendi opera dicti mercatoris, unde cum post plures annos Marius in venditione lignorum notabilem jacturam sensisset, neque dicti cambii exercitium sequutum esset. Hinc orta est inter dictas partes controversia super duobus. Primo nempe, an camba, seu fructus deberentur. Et secundò, an Camillus Antonii hæres contribuere teneretur ad dictum damnum, seu jacturam, itaut intraret compensatio, vel retentio, atque super utroque pro veritate consultus respondi, ut sequitur.

De duobus est questio, Primò nempe an debeantur camba, dum de illorum realitate per literas, seu spaccia non doceretur ad formam Constitutionis 118. Pii V. Et secundò super compensatione, seu retentione, de qua Marius debitor opponit contra Camillum creditorem pro contributione damni, seu jacturæ passæ in negotio sociali, & super utroque puncto sentio difficultatem contra Marium requirentem.

Quatenus enim pertinet ad primum, indubitatè est camba peti non posse nec deberi tanquam camba, cum hæc hodie non dentur licita, & exigibilia sine realitate spacciorum probanda saltem per literas reditus nuncupatas del ritorno, per quas in Rota & Curia receptum est probari etiam literas accessus nuncupatas dell'andata, itaut absque tali justificatione nil profint confessiones partium, solidationes computorum, vel quæcumque alia conventiones juxta decif. 69. p. 9. recent. quæ passim in Curia circumfertur magistralis in Ravennatem. Faventina Cambii 16. Junii 1633. Bichio, & in aliis frequenter, cum sit principium indubitatum.

Verùm difficultas est, an debeantur tanquam damna & interesse ob non factum, & id est ob non adimpletum mandatum à Mario debitore susceptum girandi, seu girare faciendi pecunias per ferias juxta decisionem in Romana pecuniaria 5. Junii 1648. coram Corrado, & in Romana pecuniaria coram Dunozerro impress. post Salgad. in labyrint. dec. 7. & inter suas decif. 829. quæ pariter circumfertur tanquam magistralis, & est passim recepta in Curia, ut in Romana Cambii 8. Aprilis, & 4. Decembris 1658. & 24. Aprilis 1662. coram Cerro, & in aliis.

Cùmque susceptio mandati sit literalis, & clara, punctus est, an ex eo quod per apocham Camillus ad sublevandum Marium, ne sumptibus gravaretur, declaravit consensus præbere, ne teneatur uti opera mercatoris electi, vel eligendi pro transmissioe pecuniarum ad nundinas, ita ab hoc onere liberatus remanserit. Atque in hoc probabilis negativè respondendum videtur, quoniam dictus consensus percurrit solum relevationem oneris utendi opera mercatoris jam electi, non autem remissionem alterius præcedentis suscepti oneris girandi, & girari faciendi pecunias per ferias, Duo siquidem debitor suscepit onera, ad quorum utrumque per creditorem urgeti poterat, unum simpliciter, & indeterminatè girandi, & girari faciendi pecunias per ferias, Et alterum electionis cujusdam certi, & determinati mercatoris; Hæc autem sunt inter se merè separata, quorum unum sine altero stare potest, cum bene possint simul stare, quod Marius adstrictus remaneat mandato suscepto girandi pecunias per ferias, & tamen remaneat solutus ab alio onere id agendi per certum mercatorem Urbis, cum id facere possit per seipsum, vel alium mercatorem, vel amicum, ejusdem, vel alterius loci, unde liberatio ab hoc

secundo onere importare non videtur omnimodam novationem contractus, ac liberationem ab alio onere girandi, atque in hoc est mea difficultas.

Intereat autem Marii debitoris liberari à secundo onere, quamvis primum firmum remaneret, pro evitandis rigorosis expensis provisionum, & emolumentorum solvendum dicto mercatori de necessitate electo, ejusque compensabilibus, & quas expensas in toto, vel notabili parte poterat evitare habendo libertatem girandi per seipsum, vel mediantibus personis sibi toties quoties bene visis, quoniam consuetudo est mercatorum & cambianum, ut provisiones & emolumenta condonentur ipsi cambiandi, seu giranti, soluta solum quadam modica recognitione correspondenti, ut dec. 45. nu. 3. cum seqq. p. 4. rec. rom. 2. & habetur in Romana cambiorum, disc. 1.

Quod clarè probate videntur verba ejusdem apocæ percutientia relevationem ab expensis, quæ propriè in his provisionibus & emolumentis consistunt, ibi, accio il medemo Mario non si aggravasse di spesa; Cambia enim non sunt expensæ, sed sunt damna & interesse, quæ currunt in alocatione agii, seu emptione scilicet auri, vel marcarum in feria, in qua emptione debitor, qui onus habet cambiandi, potest etiam esse in lucto de sorte principali; Dictasque provisionum, aliorumque emolumentorum expensas esse notabiles, experti sumus moderno tempore in Curia occasione plurium controvertarum super hac materia habitatum, in quibus compertum est, dictas expensas importare tertiam partem & ultrà ipsorum cambiorum.

Minus relevat, pecunias per Marium deberi ex causa mercium, seu ligaminum, quia cum per mortem Antonii jam dissoluta esset Societas, ex tunc idem Marius volens negotium apparus continuare, atque merces, aliàs sociales, facere proprias, rectè potuit se constituere ex dicta causa sub cambiis giranda, donec restitutio sequeretur, ut habetur in eadem Romana pecuniaria 5. Junii 1648. Corrado, & d. decif. 7. post Salgad. in labyrint. Romana cambiorum 14. Junii 1649. Dunozerro inter suas decif. 829. alia Romana cambiorum 28. Aprilis 1651. Verosipio & in aliis.

Prout nec relevare videtur Marium, sciente, ac volente Camillo creditore, pecunias prædictas controvertisse in dictum appalum, in cujus exercitio & negotiatione erat continuatus, unde propterea impossibile erat easdem pecunias per nundinas girare, unde cambium sit illicitum juxta decisiones in Romana cambiorum 4. Junii 1642. & 18. Aprilis 1644. coram Peuringerio, quoniam istæ decisiones in Curia nullatenus receptæ sunt, neque de eis in foro aliqua ratio habetur in hac satis frequenter materia, utpotè continentes juris propositiones in abstracto veras, sed aliquo æquivoco laborantes quoad applicationem ad factum.

Duæ siquidem sunt species cambiorum, una est directa, 8. quia nempe habens pecunias in uno loco, eisque indigens in altero; vel in nundinis, illas debet campforti, vel alteri ut cambiaret, & isto casu si dans certo sciat recipientem conversurum esse pecunias in alios usus, neque habere modum implendi literas, ac præstandi pecunias in nundinis, vel loco convento, tunc intrat difficultas, de qua in allegatis decisionibus coram Peuring.

Altera est obliqua continens plures contractus, Primùm nempe & primarium mutui, quod creditor facit debitori de pecuniis in eos usus convertendis, Et secundum mandati, quod idem debitor dat creditori, vel quod in se suscipit interveniendi ab aliis summam æquivalentem sub cambiis, & hic secundus modus est frequens & usitatus, neque in eo intrant deducta in allegatis decisionibus, utpotè percurientia primam speciem, non istam, in qua non ipsa pecunia cambianda est, sed altera, seu ejus æquivalens, quod in hac facti specie habetur expressum, ibi, dictas pecunias, sete illarum valorem girandi &c.

Quo verò ad alterum punctum compensationis, vel retentionis, puto ex libro retento per Marium super mercibus vendendis, earumque pretio, stantibus adminiculis in facti nota deductis, sufficientissimè probari damnum, seu jacturam passim in venditione mercium, seu ligaminum, cum agatur de libro ex conventionem per Marium tenendo, adminiculo cum copiis partitarum non impugnarum à Camillo, unde in hoc nullam habeo difficultatem.

Prout modicum haberem super puncto compensationis, vel saltem retentionis, quæ ex æquitate recepta in Tribunali A. C. & in Curia admittitur etiam in casibus, in quibus aliàs de rigore juris ratione juramenti, vel processus executivi compensatio non intraret, maxime quia creditum, cujus ratione præteritur compensatio, vel retentio non

non provenit ex causa omnino diversa, sed ab eadem a qua provenit debitum, cum quo habet connexionem, quo casu facilius intrat compensatio, quoniam est potius calculus clari & accepti, quam compensatio ex deductis per Capyc. Latr. dec. 25. n. 23. & consulti. 73. nu. 27. & 28. & Rota dec. 174. n. 28. post Merlin. de pignor.

Sed mea difficultas est super insubstantia crediti, cujus ratione compensatio, vel retentio allegatur, quodque datum passum in venditione mercium, seu lignaminum cedere non debeat damno Camilli heredis Antonii, qui societatem iniit cum Marco super appaltu.

Societas enim dissoluta fuit per mortem Antonii, unde ea die totum lucrum, vel damnum in futurum contingens ex successiva continuatione negotii, cessit commodo, vel incommodo Martii, qui potuisset in annis subsequenibus vendere lignamina longe majori pretio, & cum lucro, quod totum fuisset suum, ideo ejus debet esse damnum, quod sentiri non debet ab eo, qui nullum lucrum sperare poterat, Buratt. dec. 336. n. 4. & dec. 439. n. 1.

Atque communicatio lucri & damni, non obstante dissolutione societatis, intraret solum in lignaminibus jam incisis & repositis de anno 1656. & sic preparatis durante societate ex deductis per Buratt. dec. 465. n. 1. non autem circa ea, qua obvennerunt in annis sequentibus; praesertim stante dicta novatione, seu conversione pecuniae prius positae in societate in diversum contractum cambii, per quam liquet Marium suscepisse rotum negotium in se, itaut totus casus inde contingens lucri, vel damni respectu sit solum suum, unde solus concursus praetendi potest in damno, quod obvenit in negotio jam actio, seu preparata de anno 1656. non autem in annis subsequentibus. Atque saltem negari potest hoc esse turbidum & illiquidum, quod sufficit, ut non intret compensatio, vel retentio, ut habetur dec. 225. p. 3. rec. & dec. 92. p. 9. Romana pecunia 19. Januarii 1646. 7. Junii 1647. & 10. Februarii 1648. coram Corrado, & in aliis frequentur.

Neque dici potest quod ex conventione renendi librum, ac dandi justificationes super venditionibus lignaminum, desumi possit continuatio negotii socialis ex quadam tacita societate per heredem renovata, cum ex instrumento patet id solum conventum esse pro cautela & securitate Camilli dantis pecuniam ad cambium, ut ita scilicet reddatur tutus de bona administratione negotii, quodque pecuniae exinde retrahenda in alios usus non convertantur, & hanc dixi mihi videri veritatem.

ROMANA CAMBII DE SFORTIIS PRO PRINCIPE LUDOVISIO CUM CARDINALI SFORTIA,

Casus decisus per Rotam pro Ludovisio, pendet revisio.

De justificatione realitatis cambiorum, an ad illam praecise sint necessariae literae, itaut sine illis alias fieri possit probatio neene.

De simulatione personarum in isto contractu, & an illa facultas, quae data est mercatori, cum quo iniitus fuit contractus, suffragetur alteri non mercatori, cui creditor jura cesserit, seu ad cujus commodum mercator ab initio sub ipsius simulato nomine contraxerit.

De cambiis limitatis sub conventionione, ut in casu morae, seu in alterum eventum cesset limitatio, & cambia debeantur ad rationem currentium, An factio casu talis conditionis, requiratur nova intimatio, seu interpellatio debitoris,

S U M M A R I U M.

- 1 Falsitas.
2 De oppositiombusc adversus cambiorum cursum, & cambi validitatem.
3 De conclusionione quod invalida sint cambia, ubi creditor certo scit debitorem non posse cambiare remissive.
4 An cambia justificentur per libros cambioris negativive.
5 Pro justificatione sufficiunt literae redditus.
6 De modo justificandi spaccia, & quando leviores probationes sufficiant, itaut libris etiam sit deferendum.
7 Literae an sint necessariae ad realitatem cambiorum, &

quantitas sic, an illa possint alias justificari.

- 8 De pluribus adminiculis, ex quibus, etiam amissis literis probeatur realitas cambiorum.
9 An ille, cui data est facultas cambiandi continuare possit girum post cessionem alteri factam.
10 An cambia per nobiles execeri possint.
11 Quando cessio vere non sit talis, sed potius declaratio veritatis.
12 An & quando non obstante facultate cambiandi requiratur nova intimatio debitoris.
13 De cambio limitato qualem speciem contractus contineat, & an differat a currenti.
14 Confessio partium quales defectus in cambio sanet.

D I S C. VI.

Pecunias Cardinalis Ludovici Ludovisi ab Urbe absentis in summa scilicet 15. mill. circiter existentes in Banco illorum de Acciajolis & Martellis in Urbe negotiorum, iidem ne otiosas tenerent, ex generali mandato forsan per Cardinalem, vel ejus ministros attributo, dederunt ad cambium limitatum in contracta forma cambii obliqui Duci Mario Sfortiae quod scilicet si cambiorum interesse quamdam conventam summam singulis annis excederet, illud plus censeretur ei remissum, ac per non posset, sub pacto, ut debitore deficiente in quolibet semestre a solutione ejus, quod importaret cambiorum fructus, seu interusura tunc cessare deberet dicta limitatio, itaut deberentur cambia currentia, qua conditione forsan in primo semestri, ut istorum Baronum & Magnatum consuetudo est, purificata eadem ratio bancaria continnavit cambiorum girum, constituendo in singulis mundinis dictum Ducem debitorem ad rationem cambiorum currentium, usquequod facta per eum venditione Barberinis Oppidi Vallis Montanae cum annexis, ex illius pretio satisfactum fuit omnibus creditoribus, inter quos fuit Princeps Ludovisius dicti Cardinalis germanus frater & haeres, ad quem mercatores praedicti, paulo post praefatum contractum iniitum, declaraverant omne illius commodum & incommodum spectare, ipsi nudum nomen habentibus, eidemque proinde omnia & quaecumque jura cedentibus, cui Principi soluta fuerunt seuta 22. mill. quantum importare supponebatur debitum fortis, & cambiorum medio tempore decursum.

Quia vero omnes creditores de dicto pretio satisfacti, juxta stylium Congregationis Baronum, per quam, seu per Thesaurarium cum facultatibus dictae Congregationis venditio facta fuerat se obligaverant, vel respectiva cautionis dederant de restituendo acceptam pecuniam prioribus, & posterioribus, ideoque istius obligationis vigore post aliquod temporis intervallum, princeps Burghesius tanquam creditor anterior, a dicto Principe Ludovisio avocavit secura circiter 4. mill. ac successively quidam alii anteriores creditores alias fecerunt avocationes, quapropter ut de summis avocatis se reintegrat, stante insufficiencia haereditatis dicti Ducis Martii interim defuncti, judicium instituit coram A. C. contra Cardinalem Sfortiam ejusdem Ducis germanum fratrem & insolidum obligatum, qui opponens de non justificatione cambiorum ob non exhibitam in actis spaccia, a Praelato per A. C. deputato sententiam absolutoriam reportavit, a qua commissa per appellacionem causa in Rota coram Meltio, datoque dubio, An constaret de credito, quod debeatur, sub die 1. Julii 1658. affirmativa prodiit resolutio ad favorem Ludovisii creditoris, confirmata in altera disputatione habita super nova audientia 24. Martii 1664. coram Ortalora in locum Meltii, interim ad Episcopum assumpti subrogato, coram quo pender revisio ob audientiam denuo elargitam.

Reflendo autem ad veritatem, dum praesertim de istius examine agebatur, tam in congressibus advocatorum, quam in disputationibus habitis coram quodam Cardinali communi amico, in quem oretenus partes controversiae decisionem miserant, licet altera pars istius judicio ad favorem hujus declarato acquiescere noluisse, credebam justas esse resolutiones Rotae ac successively injustas debitoris oppositiones, quae plures erant.

Prima nempe super cambi invaliditate, ex eo quod creditor certo sciret debitorem non posse acceptas pecunias cambiare, ac literas in mundinis imolare juxta decisi. in Romana cambii 18. Aprilis 1644. & 18. Januarii 1645. coram Peuting. Altera quod non constaret de cambiorum realitate ad formam Constit. 118. Pij V. dum non docebatur de spaccis legitime recognitis; Tertia quod dum cambium iniitum fuerat cum dictis negotiatoribus, istique ad paucos dies illud cesserant Cardinali Ludovico non negotiatori, cessa-

cessaverat facultas, quam debitor cedentibus dederat in cessionarium non transmissas. Et quarta quod in omnem eventum praetendi non possent cambia currentia, sed solum limitata juxta primam conventionem, non obstante pacto praedicto, ut in casu non factae solutionis statuto tempore cessaret limitatio, quoniam dicebant rei conventi defensores, ad hunc effectum necessariam fuisse intimationem, seu novam interpellacionem, ob quam debitor sciret se gravioribus uturis esse subiectum; Nulla tamen ex dictis oppositionibus substantentiam habere videbatur.

Quatenus enim pertinerat ad primam, cum tunc penderet in Rota gravissima cautela Romana locacionis vene ferri, de qua hoc tit. disc. 24. & sub tit. de usur. disc. 4. & sub tit. de Regal. disc. 117. expediebat Ludovisio dictas decisiones canonizari, cum ita longe major utilitas ei resultasset in dicta alia causa, sed revera istud movivum nullius erat momenti quoniam dictae decisiones, licet expressè non revocatae, implicitate tamen initio fuerunt habitae pro circumscriptis, ut advertitur supra, disc. 3. atque in pluribus causis ego praedicavi.

Quo vero ad secundam, quamvis scribendo more advocati dicere sufficere debere libros dictae rationis bancariae dictorum cambiorum girum justificantes, stante pacto expresso, ex communi Notariorum stylo in omnibus hujusmodi contractibus apponi solito, quod solis libris mercatoris stari debeat, Quod pactum attendendum esse, ac ita ubique servari, praesertim in Civitate Januae, quam saepius cambiorum parentem & magistrum appellat, & testatur Turre decambii, disputat. 3. qu. 10. num. 12. plenè ceteris allegatis probat Rovit. conf. 103. num. 2. lib. 2. quia non prohibetur debitor in ejus praedictum creditoris fidem sequi.

Nihilominus in hoc nullum constituebam fundamentum, quia cum periculosum sit in materia usuraria solus creditoris, vel ejus confidentiarii fidem sequi, dum ita de facili sevas usurus fieri posset, atque cambium sicum exerceri, ideoque Rota nunquam hujusmodi propositionem recipere voluit, sed semper necessariam credidit justificationem per ipsa spaccia, seu literas ex deductis dec. 636. apud Merlin. & latius, dec. 132. p. 6. rec. atque hoc jure passim vivitur in Curia, in qua, praesertim in Rota rigorosius forte quam par est in hujusmodi materia proceditur, & habetur in Romana pecuniaria de Benetis, hoc tit. disc. seq.

Est quidem verum, quod non requiruntur omnes literae accessus & recessus, sed ista tantum vulgo nuncupatae del ritorno judicantur sufficientes, cum aliae ita per necessarium antecedens supponantur, ut saepius eadem Rota firmavit apud Metlin. dict. dec. 636. n. 2. & 3. Royas dec. 458. n. 2. dec. 302. n. 2. p. 4. rec. dec. 274. n. 6. p. 5. dec. 171. n. 1. par. 7. Romana disquisitionis 26. Junii 1630. cor. Coccino, cum aliis in prima hujus causae decisione coram Meltio, in qua favore creditoris prodiit resolutio; sub ea tamen conditione, quod dictae literae recessus jam exhibiti deberent formiter recognosci, ut post editam decisionem, non sine magno hujus partis incommodo, dum non agebatur de facto reventi, sequutum fuit.

Super hac autem recognitione, in aliis disputationibus habitis coram Ortalora subrogato, tam ante quam post decisionem coram isto editam, videbatur apud aliquos ex DD. non levis esse difficultas, ob aliquas exceptiones, quae dabantur contra personas testium; Verum inspecta etiam veritate mihi difficultas non videbatur considerabilis, quoniam quaecumque exceptio; quam testes paterentur, sanata, seu suppleta remanebat ex multis circumstantiis, quae in reliquis Europae partibus & Tribunalibus, etiam singulariter reputatur sufficiens ad probationem, ut praesertim sunt libri mercatoris bene & mercantiliter tenti ex supra allegatis; Ideoque attenda etiam dicta rigorosa opinio; sufficere indubitanter debent pro adminiculis quomocumque exceptionem suppleantibus, ut in specie de libris unitis cum literis habetur apud Buratt. dec. 603. Merlin. d. dec. 636. & practicae admodum fuit in Romana cambii, disc. 1. in qua ad spacciorum adminiculum Rota coram Veropio contenta fuit extrajudiciali relatione Periti, quod libri essent bene & mercantiliter tenti, quamvis in alia instantia coram Priolo opus fuerit illa exhibere, ut ibi.

Quinimo etiam si iste literae repertae non essent, adhuc absolute dicebam ad justificationem sufficere tot adminicula simul unita; Quicquid enim sit, an ad realitatem cambiorum omnino necessaria sint spaccia, vel illa possint alio modo probari, admitta etiam prima opinione, quam constantiter sequitur Rota, ut ad ipsam realitatem omnino requirantur literae, Attamen quando illae amitterentur, seu aliis casu perirent, Card. de Luca, Lib. V.

praclusa non videtur via, earum veritatem per alias probationum species justificare, etiam adminiculativas, ubi praesertim non agitur de facto recenti, ut in praesenti, dum agebatur de facto annorum 30. circiter, quoniam probatio aliis quam per literas non percutit ipsa cambia eorumque realitatem, sed percutit probationem ipsarum literarum, ut per Turr. in addit. ad d. 35. post ejus tractat. lit. F. & sentit Rota apud Seraph. decif. 946. & decif. 70. num. 4. cum seq. par. 6. recentior. Atque ubi non haberetur auctoritas, satis abundare videretur ipsa ratio naturalis, ubi praesertim agitur de facto potius antiquo quam recenti, ac de negotio jam finito per subsequutam solutionem, quo casu etiam debitoris confessionem aliis in hac materia non sufficientem ex deductis, decif. 69. par. 9. recentior. passim recepta, ex adminiculis omnino attendendam esse, dicebam in Romana pecuniaria de Benetis, disc. seq.

Cum enim istae literae confici soleant per parvas schedulas, atque sequa jam solutione, & sic sopito negotio, ut plurimum negligantur, ubi praesertim notabilis temporis silentium accedit. Hinc proinde possent infinite fraudes committi, atque totus mundus litibus involui, dum debitores, praesertim decessi, in quibus frequentius viger malitia & livor inexplicabilis contra creditores, seu ardens desiderium redeundi ad priorem fortunam statum, Unde toti insistant in revolvendo certas veteres, ita possent hujusmodi literas, quae negliguntur, occupare, ac lacerare, deindeque omnium cambiorum solutorum repetitionem cum nimia facilitate obtinere, quo nil absurdus.

Ideoque occasione istius & aliarum causarum, frequenter dicere solebam, me laudare quidem Rotae zelum non sequendi aliorum Tribunalium laicalium opinionem, ac praesertim deferendo super cambiorum justificationem cum solis creditoris, vel ejus confidentiarii libris, seu partium confessionibus, ob usurarium fraudem, quae inesse potest, sed non videri commendabile ad modicum desiderare literarum existentiam, praesertim in casu dictarum circumstantiarum, cum Rotae opinio intelligenda veniat discretè ac spectato sine, ob quem illa tenetur, cum hoc non sit sacramentum aliis non sciendum nisi cum forma praefinita.

Adminicula vero quamplura in praesenti urgebant, etiam sine literarum existentia omnino idonea. Primum nempe resultabat ex libris bene & mercantiliter tentis praedictae celeberrimae & probatissimae rationis bancariae, stante praesertim pacto, ut eis stari deberet; Si enim in sensu magis communis opinionis extra Curiam frequentius receptae, isti soli sufficiunt ad probationem ut supra, multo magis sufficere debent pro adminiculo, pro quo illi satis confidentiarii fuerunt apud Merlin. dict. decif. 636. Buratt. dicta dec. 603. num. 6. dec. 212. num. 1. post Zacch. de oblig. & sapius in aliis.

Secundo registra, seu scartafaccia, pro adminiculo etiam admittenda per Rotam dec. 304. n. 2. p. 4. rec. dec. 35. post Turr. & dicta dec. 603. Buratt. n. 3. Tertio solutio effectiva provisionum facta dictis probatissimae fidei negotiatoribus, conspicua etiam nobilitate pollutibus, in quibus proinde praefendum non erat delictum furti speciem redolens, accipiendo provisiones pro cambiorum gyro & spacciorum transmissione cum formali retentione scripturae, nisi praedicta omnia vere sequuta essent; Quarto earundem literarum geminata productio judicialis, quae facta in actis reperiebatur adversus alios creditores quamvis posteriores ab isto solutum avocare praetendentes, sub praetextu, quod se non probaret creditorem, cum subsequuto exinde effectu, quod scilicet productis literis praedicti creditores destiterunt; Et demum non leve adminiculum resultabat ex ipsa subsequuta solutione; Licet enim ista non sit apta ad sanandum usurae vitium, bene tamen apta reputanda est ad inducendum adminiculum veritatis crediti, cum non de facili praesumatur solutio ejus quod non deberetur, ut in specialibus terminis cambiorum ponderatum fuit in Romana pecuniaria 14. Junii 1646. & 7. Junii 1647. cor. Corrado, quarum secunda est, dec. 74. n. 29. p. 10. rec. Accedente potissimum longeva acquiescentia annorum circiter 30. quae omnia adminicula, ubi etiam singulariter considerata suas pati possent difficultates, rem in tuto ponere videbantur simul unita cum consueta regula, ut singula quae non prosunt &c.

Quoad tertiam oppositionem, totum constituebatur ex adverso fundamentum in Romana, seu Florentina cambiorum 3. Junii 1650. coram Corrado. Et Domini, e maiorè discussa impress. dec. 44. p. 11. rec. ubi quod cedens post factam cessionem nullum jus amplius habeat in jure cesso, indeque





imò ut advertitur in d. Savonen. *sub tit. de usuris, disc. 12.* ubi est sola, potius argumentum est malæ fidei, ac majoris caliditatis & depravati animi, reddendo ita inconvincibilem usuram, Ad instar illius captiosæ & fraudolentæ caute- læ, quam tutores & administratores ab inexpertis juvenibus extorquere solent mediante confessione consignationis libro- rum & scripturarum, quod scilicet apud peritum judicem, ubi dictæ confessionis, alia adminicula non concurrunt, potius comprobare debent suspicionem magis circumspicte procedendi; Ac etiam quia in materia usuraria dicta & facta paritum attendenda non sunt, neque justificari possunt, at- que licitas reddere usuram aliàs illicitas, Attamen id procedi ubi confessio est sola, secus autem concurrentibus adminiculis ex quibus generaliter defertur confessionibus etiam in prohibitis. Ur habemus de confessione tutoris adminiculata præjudicante pupillo, confessione Prælati præjudicante Ec- clesiæ, & frequentius de illa viti super recepta dote in frau- dem prohibita donatoris, cum similibus, Ideoque pariter remanet questio potius facti, quam juris, circa vim & effica- ciam adminiculorum; Et in hoc juxta generalem regulam omnium conjecturalium, certa & determinata decisio, seu regula dari non potest, sed totum pendet à singulorum casu- rum particularibus circumstantiis prudentis judicis arbitrio discedere pensandis, præsertim attendita qualitate personarum, & an urgeat solum suspicio legis, vel etiam concurrat suspi- cio hominis, & sic circa probitatem, vel improbitatem credi- toris & simpliciter, vel peritiam debitoris cum similibus, ex quibus resulter verisimile, vel inverisimile, quod in hac materia totum facit, ut frequenter sub titulo de dote in materia doris confectata.

Applicando autem ad rem, nimium verisimilis videbatur illa confessio, nimisque urgentia pro meo judicio videban- tur concurrere adminicula, præsertim verò tria efficacissima Primò scilicet qualitas ipsorum debitorum, qui erant viti di- ligentissimi, & sagaces in ista cambiolorum materia valde peri- ti; Secundo, quia dicta confessio facta non fuit cum ipso principali creditore, qui pecuniam dederat, unde propterea ob stare postea illa erubescencia, seu lex convenientiæ quæ dari solet inter mercatores & negotiantes, sed fuit cum ejus fil- iis & hæredibus pupillis, vel minoribus, in quibus non ca- debat suspicio caliditatis; Et tertio, quia in ipsis debitori- bus non cadebat illa potissima ratio, quæ desuper considerari solet, timoris scilicet, ne alias à creditore suffocaretur ad restituendum sortis, sed ita commoditatem haberet paula- tim & cum diminutis solutionibus restituendi, quoniam si verè spaccia non intervenissent, cambia soluta ab an. 1627. ad 1651. ad rationem novem pro centenariò jam exuberanter for- tem extinxissent, unde propterea sagaces & diligentes debi- tores non neglexissent de satisfactioe opponere. Neque dici potest, quod urgeret timor suffocacionis, ob quem debi- tores inducuntur, quamvis invitati ad faciendâ pactâ & con- fessiones præjudiciales.

His autem specialibus accedebant quoque plura adminicu- la generalia resultantia ex taciturnitate debitorum vivente creditore informato, ut ponderatur in proposito præsumptæ solutionis apud Merlin. *dec. 124. n. 23.* Secundo, longævum silentium. Tertio, præsumptio quæ assistit solutioni volun- tariæ & resistit indebito, ut in specie fructuum cambii solu- torum *dec. 74. p. 10. rec. in fin. dec. 199. pariter in fine*, post Zacch. *de oblig. cam.* Et quarto, quod constabat de solutione pro certo tempore mercedis, cuidam Pagnino scriptura- li ab initio deputato ad retentionem scripturæ & gyrum cambiolorum.

Ac etiam ponderabam, quod stante dicta novatione se- quuta de anno 1651. ob quam ex juris fictione censetur pri- mum debitum solum, atque alterum de novo initum, iurare videbatur distinctio, de qua in allegatis Savonen. & Baren. *sub tit. de usuris, disc. 12. & 17.* an scilicet age- retur de probatione indebitæ solutionis usurarum, ad effe- ctum obtinendi liberationem à debito mediante imputatio- ne ipso jure, ad effectum repetendi indebitum, & hoc se- cundo casu perfecta & concludens probatio indebiti requira- tur, & non intrent ea, quæ circa imputationem firman- tur dicta *decisio. 69. p. 9. recent.* cum ita non esset allegare imputa- tionem pro liberatione ab ipso debito, in cujus causam cambia soluta fuerunt, sed velle repetere mediante retentione alterius debiti diversi, quod tunc videbatur continere acumen advocatorum subtilitate, dum attendente veritate erat idem debitum, ita solum novatum pro minoracione usura- rum, & pro transfusione oneris cambiandi in debitorem, quod in stricta juris censura importat quidem novatio- nem, & successivè solutionem fictam & intellectualis, sed

sed attendente naturali veritate erat idem debitum, quod continuabat.

De cursu verò cambiolorum à dicta novatione citra nullam fuit habita dubitatio, quamvis non constaret de realitate spacciorum, cum hodie receptissimum sit, ac extra contro- versiam, debitorem teneri ad cambia si non tanquam cam- bia, tanquam damna & interesse ob non initum mutuum ab eo susceptum, ut pluries alibi *hoc cod. tit. & in dicta hujus causæ decisione.*

ROMANA CAMBIORUM DE SABELLIS  
PRO PRINCIPE SABELLO  
CUM HÆREDIBUS PETRI FRANCISCI BUSSI.

*Discursus in congressu pro directione.*

De cambiolorum debito etiam absque spacciis, eorumque justificatione loco damnorum & inter- esse ob cambiandi onus assumptum per debito- rem, per seipsum, vel personam ab eo deputa- tum, Et quando id procedat.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Distinguitur contractus cambii, quot contractus, vel species subsequeantur, & de differentia inter unam speciem & alteram.
- 3 De differentia quando ipse creditor cambiat, & quando deputatur mercator, & cujus damno cedat mercato- ris negligentia.
- 4 De alia differentia quando mercator deputatur à debito- re, & quando à creditore.
- 5 Ubi debitor suscipit in se onus cambiandi, debentur cam- bia etiam sine spacciis, eorumque cursu.
- 6 Quando debentur fructus fructuum, & non obstat ana- tocismus.
- 7 De commodo resultanti, debitore suscipiente distum onus.
- 8 Quando dicatur servata una, vel alia forma, & an utraque simul stare possit.
- 9 In dubio qualis intellectus capi debeat pro interpre- tatione, an onus cambiandi sit debitoris, vel credi- toris.

D I S C. VIII.

PRincipes Bernardinus Sabellus de anno 1642. mediante ejus speciali procuratore, accepit ad cambium à Petro Francisco Bussio scuta 1500. juxta frequentiore formam cambii obliqui, id est quod indigenis pecuniis acceptis pro aliis ejus usibus, facultatem dedit creditori æquivalentem summam accipiendi ad cambium & recambium in ejus dam- num, pro cujus diminutione, citra provisiones campfori, seu scripturali dari solitas, convenit exiret, quod ipsi debitor liceret nominare, ac deputare mercatorem, seu scri- pturalem, qui gyrare deberet super cambiis pecuniarum, quam Bussius creditor declaravit accipere velle, ac gyrari fa- cere, ut de facto debitoris procurator deputavit quendam Dominicum de Rubis, seu ejus deficientis loco alterum, Unde cum, vel ex dicti spiritualis deputati morte, vel alio impedimento, de facto spaccia transmissa non essent, mi- nusque tanta scriptura juxta requisita pro cambiolorum reali- tate ad præscriptum Constit. 118. Pii V. necessaria; post an- norum 20. decursum, præterente creditore, seu ejus in- terim defuncti hæredibus consequi cambia impotentia sca- ta sex mille & ultra, obtenoquo ab A. C. contra Princi- pem Julium Sabellum dicti Principis Bernardini filium & heredem inaudium, & indefensum mandato; in hoc sta- tu controversia concorditer in duos benevolos compromissa fuit, Atque his aliquam dubitationem excitantibus contra Sabellum, quasi quod ejus pater in se assumpsisset onus cambiandi, quo casu ob non impletum susceptum mandatum, etiam sine spacciorum justificatione ille teneretur ad cambia non tanquam cambia, sed tanquam damna & interesse juxta decisionem in *Rom. pecuniaria, dec. 7.* post Salgad. passim receptam in Curia, ubi circumferebat tanquam magistralis; Hinc convocato per dictum Sabellum Advoca- torum congressu pro eruenda veritate, in hoc sensu discursus edidi, in quo licet concluderem probabilius pro debi- tore respondendum videri, adhuc tamen oretenus in ipso congressu dicebam punctum non esse omninò planum, sed aliqua honesta concordia dignum, quam etiam ex rationi- bus

bus convenientiæ consulebam, atque in hoc statu, adhuc in- determinato ex aliquibus impedimentis controversia reperit- ur, discursus autem tenor est.

Pro congrua & plana hujus controversiæ resolutione, con- stituenda prius est juris theoricæ, quam in magis communi ac recepto sensu DD. & Rota habemus in hac materia, de- inde verò videndum de illius applicatione ad factum.

Quicquid ergo sit de cambio directo, in quo unus tantum consideratur contractus, quem aliqui dicunt permutationis, alii emptionis & venditionis, alii mandati, alique alias tenent opiniones, de quibus ad nos inspicere non pertinet, quia non sumus in casu.

Quatenus pertinet ad cambium obliquum prædicatum in- ter privatos, campforiam artem, seu mercaturam formalem non exercentes. Et de quo est casus nostræ questionis, in eo plures contractus intervenire ac actus geri dicuntur, atque sub diversis formulis concipi solent.

Primò etenim intervenit contractus mutui, quoniam debitor indigenis pecuniis, eas suscipit non pro eis cambian- dis per nudandis, vel plateas, sed pro eas erogando in dispo- sitionem artis alieni, vel pro aliis ejus occurrentiis, ut in præsentem factum est, unde hic primus actus dationis & respec- tive susceptionis pecuniarum, aliud non importat nisi pu- rum & simplex mutuum.

Secundò, quando contrahitur juxta formulam magis anti- quam, & consuetam, accedit secundus contractus mandati, quod mutuatarius præbet mutuanti, ut ab aliis, vel à seipso tanquam tertio suscipiat ad cambium & recambium ad ipsius mandantis damnum & interesse æquivalentem summam, ex qua mutans de mutuo se reintegrat.

Tertio accedit contractus cambii, quod scilicet creditor vplens prædicta facultate uti, ac mandatum in rem & utili- tatem propriam sibi concessum ad exercitium deducere, tanquam mandatarius debitoris suscipiat ad aliquo mercato- re, vel etiam à seipso tanquam tertio dictam æquivalen- tem summam ad cambium; Et iste contractus omnino ad exercitium, seu perfectionem deducendus est, aliàs secun- dus contractus nullus est operationis, quia potest creditor nolite uti sibi concessa facultate.

Quartò demum, his peractis, necessaria est transmissio ac respectivè giratio, seu circulatorio spacciorum cum formali & mercantili retentione scripturæ, cum sine spacciorum realitate dari non possit cambium reale, unde tertius con- tractus sine isto quarto actu nullus remanet operationis, cum aliàs esset cambium siccum juxta Constitutionem Pii V. 118.

Iste quartus actus, quando creditor exercet artem camp- foriam, seu aliàs est mercator & scripturalis, ab ipsomet ex- plicatur, ut prædicatum fuit in *Romana cambii prima Julii 1658.* Melcio, confirmata 24. Martii 1664. coram Ortalora, de qua supra, *disc. 6. & in Romana cambiolorum 10. Martii, & 4. Decembris 1662. & 28. Januarii 1664.* coram Verospio, de qua supra, *disc. 1. & 2.* & in quibus ultimis optime, & magistraliter considerantur dictæ quatuor, ac etiam quinque persone diversæ in creditore. Una scilicet mutuantis. Altera mandatarii. Tertia suscipiens pecuniam ad cam- bium. Quarta campforis dantis talem pecuniam. Et quinta scripturalis transmittentis spaccia, eaque confortantis, & circulantis.

Quando vero creditor non est mercator, seu scripturalis, tunc dictus quartus actus explicatur ab aliquo mercatore seu scripturali, super quo diversimodè contrahi solet, Quan- doque enim datur eidem creditori facultas illam eligendi, ac prohibito deputandi & variandi, Quandoque verò ipse debitor pro majori ejus indemnitate, ac minori interesse circa provisiones eligit, ac deputat mercatorem, seu scriptu- ralem prædictum.

Differentia inter istos duos casus deputationis mercato- ris, seu scripturalis, consistit in periculo negligentia scri- pturalis prædicti non bene suum officium exercentis, seu defi- cientis absque alterius subrogacione, quia si deputandus est per creditorem, in istius damnum dicti deputati negligentia, vel deficientia cedit, ob quam respectivè cesset realitas spaccio- rum, siue quibus cambia non currunt, dicitur enim tali casu, quod mala electio est in culpa, atque sibi imputet cre- ditor cut minus diligentem deputaverit, sed in locum defi- cientis alterum non subrogaverit; Et è converso ubi debitor suscipit in se deputationem ac operam dicti mercatoris, seu scripturalis, ex eadem prædicta ratione, ipse est dam- num ob non transmissa spaccia, & non tenenda bene scrip- turam, unde tenetur ad cambia, non tanquam cambia, sed tanquam damna & interesse ob non impletum mandatum ab

ipso susceptum, ex eadem ratione, ex qua ad eadem damna & interesse tenetur, quando ipsemet debitor suscipit in se- torale onus cambiandi, juxta casum in notissima Romana pecuniaria, quæ est septima post Salgad. in *labyrinth.* cum concordantibus.

Atque unius, vel alterius formulæ effectus consistit in utili- tate, seu respectivè minori interesse, quia quando id remit- tum est creditori, istius est utilitas provisionum, quas scri- pturales & correspondentes, modica mercede contenti, ipsi creditori condonant, unde cambia ratione dictarum provi- sionum sunt aliora, & Rota id sæpius approbavit, præser- tim in allegata *Romana cambiolorum coram Verospio, de qua, disc. 1. & 2.* Et è converso quando deputatur per debitorem, hic sentit illud minus incommodum dictatum provisionum, quæ sibi à scripturali deputato, aliqua modica mercede re- cepta, condonantur.

Altera contrahendi formula est, quod præcedit primus contractus mutui, & deinde pro mutuantis revelatione mu- tuatarius suscipit in se omnimodum onus accipiendi pecu- niam ad cambium, eamque cum debitis spacciis per se ipsum, vel per mercatorem, vel scripturalem ab eo deputandum gi- randi, itaur totum cambii negotium sibi incumbat, ut est proprie casus in dicta *Romana pecuniaria*, quæ est septima post Salgad. & in aliis concordantibus.

Et tunc etiam spacciorum cursus realis non interve- niat, debentur creditori cambia, non tanquam cambia, sed tanquam damna & interesse, non quidem ratione mu- tui, vel retentionis pecuniarum mutuatarum, sed ob non adimpletum susceptum mandatum, cujus actione manda- tarius tenetur mandari ad quanti interest illud esse imple- tum.

Eo modo, quo habemus in suscipiente mandatum ad in- vestiendam aliquam pecuniam in dies maturandam in loca montium ad formam multiplici, quia licet in jure sit dam- natissimus anatocismus, atque juxta veriore sententiam à Romana Curia receptam nunquam dentur usura usurarum, seu fructus fructuum ex deductis per Merlin. *decis. 409.* aliàs 301. p. 5. rec. & larè Andreol. *contro. 201.* Nihilominus ita rectè dantur fructus fructuum investiendorum ad formam multiplici, non ratione debiti, seu moræ in non solvendo, sed ob non impletum susceptum mandatum, ut in *Romana multiplici 18.* Martii 1654. coram Melcio, & in aliis præ- cedentibus in eadem causa editis coram Pirovano in dicta *decisione enunciatis*, quarum aliquæ sunt impressæ *part. 4. recent. tom. 2. decis. 85. & decis. 688. parte 4. tom. 3. cum similibus.*

Juxta quam secundam formulam licet debitor gravetur onere prædicto, itaut etiam sine spacciis contra eum currant cambia, relevarur tamen ab expensis, seu interese provisionum debitorum scripturalibus, & correspondalibus, quia de his ratio non habetur, sed solum de eo, quod importat ag- gium auti, seu moneræ de una specie ad aliam, in quo aggio juxta pretium quod currit in illis nudandis, & in platea, ve- rè & proprie consistit interesse cambii, quod quandoque po- test nullum adesse, sed potius lucrum debitoris cum dimi- nutione sortis principalis, & cujus periculum unice salvat istum contractum, quarum provisionum interesse currit in alio casu, in quo creditore suscipiente curam girandi verè currunt spaccia.

Postea ista theoricæ, quæ (nisi eam alteret aliqua moderna opinio mihi ignota) videtur hodie in foro passim recepta, totus controversiæ punctus est applicationis & facti, in quo scilicet casu, vel contrahendi formula ex præmissis versetur, an in primo, vel secundo; Si enim versaremur in secundo, contra debitorem pro cambiolorum cursu respondendum esset. Si verò in primo secus, dum supponitur spaccia non fuisse transmissa, neque illorum realitas justificatur.

Tenor autem instrumenti ad oculum ostendere videtur nos versari in primo, non autem in secundo casu, ibi, *Interim verò quia D. Bussius non est solitus &c. Ideo liceat & liciti- tum sit d. D. Bussio totidem summam accipere ad cambia & recambia &c.* totusque successivus instrumenti contextus, hoc themate retento, continuatur in clausulis, & cautelis conce- nentibus exercitium hujus facultatis, vel mandati concessi ipsi creditori, absque eo quod nullibi legatur debitorem in se suscepisse onus, vel curam inveniendi, vel capiendi ab aliis ad cambium dictam æquivalentem summam ut ex lectura, quæ sola dirimere videtur questionem.

Admitto siquidem utrumque posse simul stare, quod scilicet debitor dictum onus, seu curam in se assumpserit, & nihilominus creditori etiam volenti ipso debitor negligente detur hæc facultas, itaut utraque formula in eodem instru- mento

mento continetur, compatibiliter tamen & subsidiarie non cumulativè, sed difficultas est in facto, cum id procedat, quando utrumque legitur in conventionem deductum, secus ubi solum contractum fuit juxta primam formulam, quia nullo pacto subintelligi potest secunda, atque in hoc est punctus hujus controversiæ.

Non obstat, quod in eodem instrumento *vers.* Et quoniam dicitur *Cavulus & Lavajanus &c.* debitor, seu ejus procurator ex conventionem præcedenti deputaverit mercatorem Dominicum de Rubels, quoniam ejusdem instrumenti lectura evidenter ostendit hanc deputationem fuisse pro retentione spacciorum, retentione scripturarum, & manutatione cursus, seu gyri juxta stylum, & usum mercantilem, quod etiam clarè repetitur, quando in casu deficientiæ dicti Dominici convenitur de deputatione alterius mercatoris.

Et sic ista conventio non alterat primum modum, seu formulam mandati suscepti per ipsam creditorem, sed præsupponendo secundum & tertium contractum, de quibus supra, percurrit solum quartum actum supra explicatum, ut scilicet mercatoris, seu scripturalis deputatio non ab ipso creditore, sed à debitore fiat.

Hoc autem respicit executionem, seu exercitium & cursum tertii contractus cambii jam initi, sed non percutit ipsum contractum, qui de necessitate per creditorem tanquam mandatarius fieri debet inveniendo pecuniam, eamque capiendo ad cambium, cujus successiva requisita deinde incumbant mercatori, nunquam verò legitur attributa ipsi mercatori facultas invenienti & sumendi pecuniam, ad faciendi dictum contractum, unde istud creditoris fundamentum verè nullam substantiam habere videtur.

Et illa verba (*qui pecunias ad cambium & recambium sicut ipsi venierunt, accipere velle declaravit*) absolute referenda veniunt ad ipsum creditorem, ut ostendit ad oculum non solum ipse sensus grammaticalis, sed etiam totus contextus orationis, quia dicitur quod mercator cambjavit pro ipso creditore.

Ideoque ista verba per parentesim dicta, suffragantur quidem ad probandum voluntatem creditoris utendi dicta facultate, & capiendi pecuniam ad cambium, sed punctus est, quod ea nunquam deducta fuit ad exercitium, quodque deficit substantia illius tertii contractus, qui omnino procedere debebat per ipsum creditorem ad id habentem facultatem, cum dicto Rubeo mercatori nunquam legatur dicta facultas attributa; non sufficit enim dicere, quod quis habeat animum capiendi tamen pecuniam ad cambium, nisi capiat à tertio, vel à seipso tanquam tertio, cum de necessitate oporteat dare duo extrema, dantis, & recipientis.

Et quando super his aliqua subesser difficultas itaut instrumentum remaneret ambiguum, adhuc pro debitore potius esset respondendum ex triplici fundamento, quorum unum sufficit.

Primo quia in dubio pactum interpretandum est contra actorem in eo se fundantem juxta novissimum axioma deductum ex l. veteribus, ff. de pact. cum concord. Secundo quia in dubio semper capiendus est intellectus reo, & debitori favorabilis, & tendens ad liberandum, ubi præsertim agitur pro excludendis usuris, vel inrerusuris in jure odibilibus. Et tertio demum, quia in dubio regulanda est voluntas à potestate, idèque pro interpretatione instrumenti gesti per procuratorem attendendum est præcedens instrumentum procuratoris, in quo solum legitur per principalem debitorem concessa facultas Procuratori capiendi ad cambium juxta primam formulam, ut ex lectura dicti mandati in eodem instrumento inserti. Licet enim rigorosè ac in stricta juris censura, retento intellectu agentium pro creditore, præterendi posset nullitas actus ob non servatam formam mandati, nihilominus, quicquid sit de hac via magis rigorosa, indubitanter defectus potestatis ac tenor mandati satis considerandi sunt pro regulanda voluntate ac interpretatione dubii contractus gesti per procuratorem, idèque probabilis pro debitore in exclusione cambiorum ob deficientiam spacciorum, & realitatis respondendum videtur.

#### ROMANA CAMBII DE MANFRONIS PRO JUNIPERA MANFRONA CUM FRANCISCO COLUMNA,

*Casus variè decisus per Rotam.*

An onus cambiandi assumptum per debitorem obligatum proinde ad cambium etiam sine spacciis &

justificatione realitatis loco damnorum & interesse, si est limitatum ad certum tempus, illo elapso duret, vel potius expiratum censeatur, itaut in futurum dicta damna & interesse amplius non debeantur.

#### S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Promissum ad tempus eo lapsio non debetur.*
- 3 *Fallit ubi tempus non respicit terminationem obligationis, sed alium finem.*
- 4 *Non debet esse melioris conditionis morosus quam non morosus.*
- 5 *Contrarium quod multa conceduntur creditori impedimento repetere creditum, qua denegantur cessante impedimento.*
- 6 *Examinantur fundamenta, ex quibus debitor etiam sine spacciis tenetur ad cambium.*
- 7 *Quando partium confessiones, vel declarationes in hac materia necesse.*

#### D I S C. IX.

**D**edit Junipera Manfrona ad cambium Francisco Columna scuta 500. restituenda infra biennium, quo durante ne creditrix damnum ex pecunia negotiationibus destitutæ otiositate pateretur, in se assumptis debitor onus deputandi mercatorem accepturum tantundem ad cambium, transmissurum literas, tenturum scripturam, aliaque facere debentem ad cambii gyrum necessaria, unde cum nihil ex istis gestum esset, atque elapso biennio non restitutus dictis sc. 500. per plures alios annos continuatum esset, creditrice demum urgente debitore ad solutionem, opposuit iste de solutione sequuta cum cambii interim solutus, quæ stante defectu spacciorum ac realitatis tanquam sicca & usuraria in sortem imputanda veniunt.

Et quamvis creditrix replicaret defectum transmissionis literarum aliorumque ad cambiorum realitatem requisitorum, provenire à culpa ipsius debitoris, qui tale onus in se assumpsit, qui proinde ad cambium erga creditorem tenetur loco damnorum & interesse, perinde ac si verè cum debitis requisitis illa girasset, cum actus in odio facere debentis pro gesto habeatur, ne moroso & contravenienti mora, seu culpa proferat, ac lucrum tribuat in dan. num & præjudicium innocentis, cui data fides impleta non est, ut ultra generalia, quæ frequentè habentur sub titulo de usuris, & sub altero de censibus, in specialibus terminis cambiorum, quoties debitor non docet omnes adhibuisse diligencias, & cambiandi occasionem invenire non potuisse, plenè firmatur per Rotam in *Romanapæcuniaria* 5. Junii, & 31. Julii 1648. coram Corrado, & post Salgad. in *labyr. dec. 7.* quæ in Cutia circumfertur tanquam magistralis, sapientè in aliis canonizata.

Replicabat debitor dictam conclusionem non impugnando eam procedere durante biennio, in quo ipse tale onus in se assumpsit, secus autem eo elapso, quando remanente casu extra conventionem sub dispositione juris communis, hæc ad id eum non obligabat, atque ex hoc fundamento Vicarius Lateranensis judex competens rei conventi illius Basilicæ Canonici sententiam absolutoriam ad sui favorem prorulit.

Introducta verò per appellationem in Rota cor. Cerro, sub die 8. Aprilis 1658. pro dictæ sententiæ confirmatione prodiit resolutio, confirmata sub die 4. Decemb. ejusdem anni, ex generalibus solum regulis & propositionibus, ut promissum ad tempus eo elapso remaneat omnium, & extra promittentis obligationem, cum agatur de materia odiosa, in qua id quod literaliter non legitur, consulto omnium censetur, ex congestis per Surd. conf. 200. cum aliis deductis in decisionibus desuper editis, in quibus respondendo ad observantiam resultantem à continuata solutione cambiorum, per quam diversa partium voluntas probati videtur, dicitur quod partium voluntas, vel factum reddere non potest licitum id quod est illicitum & usurarium, unde propterea censetur potius debitorem ita per diminutas solutiones sub fructuum nomine factas à fortis principalis debito se eximere voluisse ex deductis dec. 69. p. 9. rec. & in aliis, de quibus in dictis decisionibus.

In hoc statu ad causæ defensionem assumptus, atque ad dictas decisiones etiam cum sensu veritatis reflectendo, credidi eas utpotè non bene fundatas subsistere non posse, & atque de facili sperari posse recessum, prout de facto reassumpta

sumpta disputatione ob concessionem novæ audientiæ sub die 24. Aprilis 1662. coram eodem Cerro recessum fuit à resolutis, in quibus deinde peritum fuit, istæque ultimæ resolutiones juxta, ac melius fundatæ visæ fuerunt, quoniam bene inspecto instrumenti tenore constabat, biennii limitationem adjectam esse in gratiam debitoris pro ejus dilatione, & ne interim ad restitutionem fortis cogi posset; In reliquo verò, cum ratio assumpti oneris esset generalis percurrens totum tempus, in quo mutuata pecunia penes ipsum debitorem otiosa remaneret, ita generalis & indefinita remanebat ejus obligatio à sua ratione regulanda, cum concurrente rationis identitate, oratio indefinita æquipollens universalis, atque omne tempus complectatur ex deductis per Menoch. conf. 97. num. 35. & seq. & conf. 220. num. 66. cum seqq.

Alia etiam evidenti ratione concurrente, quod maximum absurdum esset, ut delinquens & morosus melioris conditionis esse debeat, quam non morosus nullum delictum, vel culpa committens, ut alias retento sensu priorum decisionum sequeretur, quoniam durante biennio, conventionalem dilationem, debitor, neque de culpa, neque de mora redargui poterat, sicuti poterat eo elapso, unde si tunc dictæ obligationi subiectus erat, multo magis postea.

Verum contra istam rationem à me deductam, quæ magnam fecit impressionem, dubitabam ponderari posse, quod durante dilatione creditor impeditus esset sortem repetere, suasque actiones exercere, unde non mirum si in hoc gravatus, in altero releveretur, & e converso debitor dilationis commodum sentiens, istud incommodum paratur; Multa enim conceduntur creditori impedito creditum consequi, quæ denegantur, ubi talem habet facultatem, Ut habemus de legatario quantitas, qui usuras, seu fructus præterire non potest, quamvis restitoris expressum præceptum accedat, quoties facultatem habendi sortem, secus istius impedimento concurrente; Ac pariter habemus in materia censuaria, ut non curant fructus census favore illius, qui liberè ac certitudinaliter sortem repetere potest cum similibus, ideoque cum instrumento contineretur etiam pactum, ut elapso statuto termino, ac debitore non solvente, creditor licitum esset nemum illam ad solutionem urgere, sed etiam æquivalentem summam ad cambium & recambium in ejus damnum fumere; Hinc proinde ponderabam, rectè dici posse creditori, quod sibi imputer, cur una, vel altera facultate usus non esset, quodque debitor duplici oneri subiacere non deberet, & hæc mihi videbatur solidior ratio, cui inniti possent primæ decisiones, dictis regulis generalibus solum innixæ.

Adhuc tamen eodem veritatis sensu retento, probabilis credidi contra debitorem responsum fuisse ex duplici fundamento, Primo scilicet, quod ipse promiserat statim & infra biennium deputare mercatorem, qui curam & onus transmissionis literarum haberet, aliaque gereret super giro pecuniarum per ipsum debitorem intra dictum terminum sumendum ad cambium; Quo posito dictum interesse pro toto tempore debitum remanebat ob non implementum in tempore, ex quo successivè debitoris damnus resultavit, quia si pecuniam tunc accepisset, ac deputasset mercatorem, iste deinde pro toto tempore cessantis restitutionis debiti continuasset, & sic totum malum provenit ab initio, quod influit in tempus sequens.

Et secundo, quia negari non poterat ambiguum remanere partium voluntatem, an dicta obligatio per debitorem suscepta restricta esset ad solum biennium, vel esset indefinita durante tempore solutionis debiti, quo posito deferendum omnino erat observantiæ deductæ ex solutione fructuum, per quam partium voluntas declaratur, atque ambiguarum conventiones interpretationem recipiunt, Nil obstante præcedentium decisionum responsione, quod in materia usuraria & illicita partium conventio nihil faciat, quoniam ad rectè procedendum, ubi defectus provenit ex intrinseco vicio actus, & ob cessationem illius requisiti, quod neque volentes poterant partes omittere, ut est, exempli gratia, conventio cambiorum etiam sine transmissione literarum, ac non servata forma Constitutionis Pii cum similibus, secus autem ubi defectus provenit à sola conventionem, seu partium voluntate, qua concurrente actus remanet validus & licitus, tunc nil prohibeat, quod eadem voluntas aliunde deducatur, præsertim ubi non agitur de inducenda voluntate omnino nova, & quam certum sit in conventionis instrumento non contineri, sed agitur de voluntate ambigua, & quam probabiliter præterendi potest in ipsa conventionem adesse, quoniam tunc facilis deseritur observantiæ tanquam interpretatiæ, quæ vel in terminis interpellationis pro cur-

*Card. de Luca, Lib. V.*

su usurarum necessariæ, vel in aliis voluntatem probantibus satis attendi solet, ut præsertim advertitur in *Ravennat. seu Faventina cambii, hoc eod. tit. disc. 12.*

#### ROMANA CAMBII DE MANUCCIO PRO CAMILLO MANUCCIO CUM THEOPHILA ASCENTIANA DE BRUNORIS.

*Casus disputatus in Rota, incertus est exitus, forsan per concordiam.*

De eadem materia cambiorum debendorum per debitorem etiam sine transmissione literarum aliisque realitatis requisitis loco damnorum, & interesse, ex eo quod ipse debitor cambiandi onus in se suscepit, Quid ubi cum dicta susceptione oneris concurrat etiam facultas cambiandi data ipsi creditori.

Et aliqua de contractus cambii invaliditate, ex eo quod creditori innotescat debitorem suscipientem pecuniam, illam in alios usus converturum esse, neque posse in nudinis literas implere.

#### S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Cambia etiam sine spacciis debentur loco damnorum, & interesse à debitore in se assumente onus.*
- 3 *Declaratur quando id procedat necne.*
- 4 *An mandatum datum creditori ad cambiandum sit cumulativum, itaut non liberet debitorem à suscepto onere.*
- 5 *Quando creditor eligendo mercatorem dicatur usus sua facultate.*
- 6 *De conclusionem, ut cambia invalida sint, ubi creditor scit debitorem non posse cambiari.*
- 7 *An valeat conventio de solvendo merces datas de presenti, ut valebunt tali tempore futuro.*
- 8 *Quod magis expediat debitori suscipere in se onus cambiandi, & solvere cambia sine spacciis loco damnorum & interesse, quia evitat provisiones.*

#### D I S C. X.

**M**utuavit Bartholomæus Brunorus de anno 1642. Camillo Manuccio scuta 700. eroganda in extinctionem artis alieni, quod hic habebat cum quodam Turco, cui eadem pecunia incontinenti soluta fuit, reportata per Brunorum cessione, dictaque scuta 700. data fuerunt, juxta communem contrahendi usum, ad cambium obliquum, faciendi scilicet girare summam æquivalentem sub cambiis, cum istorum limitatione ad 7. pro centenariis, ad quem effectum debitor in se suscepit onus & curam deputandi mercatorem spaccia transmissurum, aliaque necessaria, & opportuna gerere debentem, Et ulterius facultatem dedit eidem creditori sumendi æquivalentem summam ad cambium, ac deputandi mercatorem, qui scripturam teneret, aliaque necessaria faceret, atque in ipso instrumentum Camillus nominavit, & deputavit ad præmissa peragendum quendam Annibalem Serenam mercatorem, cui eadem die Brunorus creditor ordinem direxit, ut continuaret, vel continuari faceret super cambiis usque ad ejus novum ordinem scuta 700. data ad cambium dicto Manuccio, sibi constituendo provisionem juliorum quatuor pro centenariis, ad quorum solutionem idem Brunorus erga mercatorem in forma Camere se obligavit; Cum autem mercator deputatus literas non transmississet, neque alia gessisset ad cambiorum realitatem necessaria, Manuccius verò spatio annorum 12. circiter solvisset cambia, seu fructus ad dictam conventam rationem septem pro centenariis; Hinc petente Theophila Bartholomæi hærede restitutionem fortis, Camillo autem debitore opponente de illius satisfactione cum dictis cambiis, quæ utpotè indebita & usuraria sortem extenuaverant, introducta lite coram A. C. hic non obstante dicta oppositione mandatum executivum ad favorem Theophilæ relaxavit, & commissa per Signaturam causa in Rot. cor. Albergato cum clausula, *Si quid exequendum.* datoque dubio, an dictum mandatum esset exequendum.

Pro actrice scribentes non negabant cambia uti cambiam ex defectu spacciorum, & ob non justificatam realitatem ad



2 formam Constitutionis Pii non deberi, sed ea bene per creditorem percepta esse dicebant loco damnorum & interesse, dum ipsemet debitor cambiandi onus in se assumpserat, ac deputandi mercatorem, qui scripturam tenere deberet, aliaque peragere, quibus non factis intrat dicta obligatio resultans ex non facto, quod in odium facere debentis habendum est pro facto iuxta firmata in Romana pecuniaria, dec. 6. post Salgad. passim in aliis recepta & canonizata.

Pro Camillo debitoris scribens non negabam conclusionem, sed ejus applicationem ad factum, quoniam cum duo in conventionem deducta essent, Obligatio scilicet debitoris faciendi cambiorum girum, seu curandi, quod alter faceret, Et mandatum, seu facultas data creditori idem faciendi, atque creditor hanc secundam viam elegerat, dum ipse dare voluit ordinem mercatori, erga eum pro mercede se obligando, ideo sibi patere debebat via, quam elegerat, eademque proinde imputanda erat, cur valens dicta facultate non uti, sed obligationi debitori acquiescere, eam ad exercitium deducere voluit, ut probant idem Roman. conf. 4. cum quo processit Rota in dict. dec. 7. post Salgad. dum n. 18. expressè dicit creditorem post datum mandatum ad cambiandum non debere se ingerere in negotio, alias videretur inducta novatio, de qua in 1. stipulatus est opus, ff. de fidejuss. atque istos casus distinguendo tanquam absolutum supponi videtur in eadem dec. 5. 1. quia apocha, & ejus confirmatoria 14. Junii 1649. coram Dupozetto s. rum quia, inter suas dec. 899.

Licet enim admitterem tanquam veram conclusionem in eisdem decisionibus in propositum firmatam, quod mandatum creditori tanquam cumulativum, & ad majorem ejus cautelam non liberat debitorem ab assumpto onere; Dicebam tamen id rectè procedere, ubi creditor illo non utitur, secus in casu usus, quoniam hæc duo sunt alternativa, in quibus unus electio alterum cessare facit, cum implicet eandem pecuniam per duos insolidum girari, atque duplex cambium super eadem re eodem tempore exerceri.

Motivum in abstracto videbatur verum, & solidum, dubitabam tamen de applicatione ad factum, quod scilicet creditor voluisset uti dicto mandato, atque in se curam & onus cambiandi suscipere, quoniam licet dederit supra insinuatam ordinem mercatori, nihilominus cum hic jam in instrumento deputatus esset à debitore promittente eundem mercatorem præmissa adimplerum esse, hinc proinde ordo prædictus continere non videbatur novationem, sed potius quandam approbationem, ac executionem, cum sola ejusdem mercatoris asecuratione pro ejus provisionibus, pro quibus iste maluit sequi fidem creditoris quam debitoris. Et in hoc erat vera difficultas.

Alii easdem debitoris partes defendentes, mordicus etiam insistebant super cambi invaliditate, ex eo quod creditori ab initio innoveretur datam pecuniam transmitti non posse ad nundinas, neque super cambiis girari, dum in alios usus conversa fuerat, in extinctionem scilicet æris alieni juxta decisiones in Romana cambiorum 4. Junii 1642. 18. Aprilis 1644. & 16. Januarii 1645. coram Peuringerio, de quibus sæpius in præcedentibus; Ego verò in congressu dicebam parum tutum videri hoc fundamentum, ita simpliciter & indefinitè sumptum, quoniam ut aliàs pluries dictum est, istæ decisiones laborare videntur de æquivoco, non distinguendo cambium directum ab obliquo, in quo non in ipsa pecunia, sed in alia ejus æquivalenti cambium exercendum est; Reflectendo tamen ad veritatem cogitabam, quod ubi creditor non suscipit in se mandatum cambiandi secum ferens pro cursu cambiorum præcisam necessitatem spacciorum, & justificationis realitatis, sed utitur ista moderna cautela transferendi onus in debitorem, per quam tutus redditur, quod si literæ transmittantur, & impleantur, si ve non, usuras, seu cambium obtenturas est, atque qualitas debitoris est talis, quod non est mercator, neque correspondens habet in nundinis & plateis, verisimiliter ejus fidem sequuturos ac literas impleturos, itaut copulativè concurrant dictæ tres circumstantiæ, scilicet proximè insinuata debitoris qualitas, conversio pecuniarum in alios usus, & cautela prædicta, tunc contractus videatur satis suspectus utpotè contiens certum cambium siccum ab initio, ita sola verborum formalitate velatum, cum creditor certò sciat cambi realitatem omninò abfuturam; Secus autem ubi ipsemet creditor dictum onus assumit, quoniam tunc, licet data pecunia in alios usus convertatur, attamen ipse creditor, vel à seipso æquivalentiam habere potest, cum qua literæ realiter transmittendæ implementum habeant, unde parum refert, quod debitor non habeat correspondens ejus fidem sequuturos,

quoniam sufficit id haberi per creditorem, vel alterum girum cambi facientem.

Nisi ad salvandam istam speciem contractus ratione illius usus & frequentia, dicamus ab illo etiam usuram abesse, ac lucri certitudinem in creditorem, ob cambi realitatem naturam pluries in præcedentibus deductam, ut nullum certum lucrum ab initio continere valeat, sed totum pendeat ab incerto eventu, qui damnus etiam, ac fortis diminutionem causare potest cum lucro debitoris, licet satis raro contingente; Non videtur enim prohibita conventio, per quam unus der alteri pecuniam, non girandas super cambiis, sed renendas sub lege, & eventualitate cambiorum tam ad lucrum, quam ad damnum, itaut videatur species societatis, eo modo quo habens quis frumentum & alia mercem rectè conservabilem, illam alteri tribuit tunc vendere volenti, ut pretium in præsentaneos ejus usus erogaret, sub eo pretio, quo valebit, atque per alios mercatores contractabitur alio quo futuro tempore puta in mense Aprilis, vel Maji, quia si merces sunt rectè pro eo tempore conservabiles, & creditor erat conservaturus, ut venderet eo tempore, in quo eventus dare posset majus pretium, quam de præsentii curat, itaut ab sit fraus percipiendi lucrum certum ex temporis dilutione, nulla committitur usura ad notat. in cap. Civitate, de usuris, idque passim practicitur, & contractus, (concurrentibus tamen dictis requisitis) communiter licitus reputatur; Licet enim à frequentius accidentibus pretium soleat esse eo tempore magis alteratum, itaut verisimiliter venditor magis lucro quam jacturæ subiaceat, nihilominus possibilitas damni sufficit. Atque tunc contractus est periculosus, quando taxatur ab initio pretium; Ità pari non videtur quid prohibeat conventionem super hujusmodi eventualitate regulanda à cambiis inter mercatores, vel alios verè currentibus cum omnimoda realitate.

Quinimò ista species contractus videtur minus debitoris damnofa, minusque creditoribus proficua, quoniam ut pluries habetur in sequentibus hoc eod. tit. isto casu, in quo debitor ob defectum spacciorum teneatur ad cambium non tanquam cambium, sed tanquam damna & interesse, exemptus remanet à graviore interuturario provisionum, quæ frequentius pro majori parte cedere solent ad lucrum & commodum creditoris de aliqua modica participatione tantum convenientium, correspondens reliquum condonantibus eisdem creditoribus, idèdque non adeò judaicè inhærendum est super spacciorum interventu, qui in effectu in istis cambiis obliquis continere videtur simplicem formalitatem, quæ magis debitoris præjudicialis est, atque ratione majoris lucris creditorum propter provisiones, potius majorem usuram suspicionem inducitur; Verùm præmissa ad formalem disputationem quod sciam deducta non fuerunt, itaut maturius judicium super indaganda veritate formari poterit, quoniam fortè per subsequutam concordiam causa sopita fuit, neque hucusque alia occasio præbuit hæc disputare.

ROMANA PECUNIARIA DE VECCHIIS PRO VECCHIIS CUM CARDINALI SFORTIA.

Discursus in congressu super casu supio per concordiam.

De fructibus, seu cambiis debitis absque cursu & justificatione spacciorum loco damnorum & interesse ob non impletum onus ab ipso debitore susceptum, Et an istud limitatum ad certum tempus remaneat ultra illud operativum. Et de aliis ad hanc materiam.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Quando intrat necne obligatio ad cambium loco damnorum & interesse etiam sine spaciis.
- 3 Onus susceptum per debitorem ad certum tempus, an duret eo tempore expirato.
- 4 Obligatus prestare speciem fructiferam, eam non præstando tenetur ad fructus.
- 5 In alternativis electio est debitoris, durante dilacione, sed post moram est creditoris.
- 6 De interesse damni emergentis, & quando istud debeatur.

1 Illi de Vecchiis creditores Ducis Marii Sfortia ex causa cambi inchoati de anno 1631. in summa scutorum 23. mill. hujus crediti satisfactionem obtinuerunt ex pretio Vallis montanae, investita pecunia in tot loca montium loco cautionis, quam juxta praxim Congregationis Baronum & chirographi Pontificii formam, creditores prestare tenebantur, primariò ad favorem emptoris in casu evictionis & molestiarum, secundariò autem de restitutione creditoribus anterioribus, vel posterioribus, seu contribuendo cum æqualibus. Cum autem sequuta morte Ducis Marii, Dux ejus filius pro anteriori credito dotis maternæ aliquam dictorum locorum montium partem à præfatis de Vecchiis avocasset, atque isti pro eorum reintegratione molestias inferrent Principi Ludovigo creditori posteriori ex eodem pretio satisfacto, qui pulsatus molestare cepit Cardinalem Sfortiam, tunc Prælatum, & in Civitate Avenionen. Prolegatum, in isto credito insolidum cum Duce Mario fratre obligatum; Hinc iste mediante persona ejus procuratoris, ad impediendas dictas molestias per apocham de anno 1639. se declaravit obligatum ad favorem dictorum de Vecchiis in supradicto cambio inchoato 1631. pro dicta rata avocata scuta cititer 6. mill. cum obligatione solvendi interim cambium limitata ad rationem quatuor cum dimidio pro centenariò, atque ita servatum fuit in executionem dictæ conventionis oretenus factæ usque ad finem anni 1642. de quo tempore dictus Cardinalis in Urbe prærens per apocham ratificando omnia gesta ipso absente per procuratorem, promisit infra aliud triennium tunc decurrendum solvere dictam summam, vel in tot locis montium vincularis ejusdem pretii, vel in pecunia numerata, & interim solvere cambium ad dictam rationem scutorum quatuor cum dimidio, quamvis attento originario contractu, in quem subintravit, currere deberent ad majorem rationem, eo innovato quod quemadmodum in dicto primo contractu datur facultas creditori, cujus cura & onus erat transmittendi spaccia, aliaque agendi ad cambium realitatem necessaria, in futurum onus esset ipsius Cardinalis illud in se assumens; Quia verò elapso triennio Cardinalis prædictus suam obligationem non adimplevit, idcirco post plurimum annorum decursum orta est controversia, num deberentur cambium, tam soluta, quam solvenda, stante quod nulla intervenerat spacciorum transmissio, seu alia cambi realitatis requisita ad formam Constitutionis Pii V. necessaria.

Et in congressu Advocatorum pro veritate examinanda ad instantiam tradictorum de Vecchiis habito, controversiam distinguebam in tres inspectiones, seu tria tempora, Primum scilicet cambiorum decursum in primo triennio conventionis oretenus habitæ cum procuratore de anno 1639. Alterum secundum triennium, de quo in conventionem habita cum ipso Cardinali de anno 1642. Et tertium successivè decursorum post istud triennium elapsum.

Quoad primum, absque dubio prætendi non poterant cambium, tanquam cambium, cum hæc nunquam debeantur, quoties non concurrunt realitatis requisita juxta dictam Constitutionem Pii formam; Minusque eadem tanquam damna & interesse ob non adimpletum susceptum mandatum juxta decisionem septimam post Salgad. in labirint. in hoc puncto magistralem, sæpius confirmatam, quoniam in apocha prædicta, in qua enunciabatur conventio cum procuratore oretenus habita, de dicta oneris susceptione nulla mentio fiebat, sed solum de subintrantia in cambium contractum de anno 1631. innovata tantum summa cambiorum, unde propterea cum referens in omnibus regulandum esset à relato, atque in isto cura & onus cambiandi offer creditoris, hinc resultabat, quod creditor non transmittendo spaccia, aliaque necessaria faciendæ nil pretendere poterat; Solumque insinuabam dictorum cambiorum solutionem substinere posse in causam damnorum & interesse loco fructuum locorum montium ad eandem rationem tunc fructuantium, quæ ei creditores amiserant, ex iis, quæ inferrius in tertia inspectione, seu tertiò tempore deducuntur; Verùm adhuc dubitari poterat, stante quod conventio erat de cambiis relativè ad instrumentum prædictum, ad quod Cardinalis subintrare voluerat, unde stante diversâ voluntate, intrare videbatur regula, quod potui nolui &c. & sic casus habebat suas difficultates.

E converso altera inspectio super secundo triennio procedere videbatur de plano favore creditorum, stante expressa susceptione oneris cambiandi facta per debitorem juxta dict.

dec. 7. post Salgad. atque in hoc omnes congregati concordabamus, neque per ipsum Cardinalem, fructus, seu cambium pro hujus temporis rata contovererebantur, solumque illorum fortè non solutorum compensatio opponebatur cum illis triennii antecedentis, tanquam indebitis ut supra.

Super tertiò verò tempore, inter congregatos aliqua fuit discrepantia, cum omnes, me excepto, concluderent contra creditores, innixi decisionibus in Romana cambiis 8. Aprilis, & 4. Decembris 1638. coram Certo editis in casu inter Manfronam & Columnam, de qua supra, disc. 9. firmitantibus obligationem à debitore susceptam in cambio contracto ad certum tempus, ultra illud non operari; Et quamvis ego tunc, de anno fa. 1639. in quo dictus congressus habitus fuit, cum sensu etiam veritatis crederem dictas decisiones non esse tutas, neque bene fundatas, ex eisdem rationibus & fundamentis, ex quibus deinde ab eis recessum fuit ut supra, in ejusdem causæ discursu actum habetur, Nihilominus in Curia, quoties auctoritatum obstaculum habetur, fortius verò ubi illud decisionum Rotæ, contra stimulum calcitrare dicitur, qui per rationes, ac vera juris principia vult contrarium tueri, ex magna currentis sæculi infelicitate, unde si iste congressus fuisset habitus post dictarum decisionum revocationem, res transisset de plano, ex ea clara ratione, quod triennii præfinitio non erat ad limitandam, seu finiendam obligationem, sed in gratiam debitoris, pro sola dilacione, ne interim à creditore urgeri posset, cum de reliquo subintrantia in priorem contractum esset indefinita cum sola innovatione quantitatis cambiorum, seu interuturiorum. Ut scilicet quemadmodum prius in dicto primo contractu erant, vel currentia & rigorosa, vel limitata ad longè tamen majorem rationem, sic ad istam minorem redacta essent, & cujus diminutionis intuitu rationabilis remaneret altera innovatio super susceptione oneris cambiandi facta per debitorem ex regula, ut qui in uno gravatur, in altero relevari debeat, & è contra, idèdque putabam creditores bonum jus fore; Sed quoniam in contrarium fuit plurimum sententia, idcirco caprivando intellectum, ut par est in obsequium majoris partis, in idem consilium deveni, ut creditores prædicti, eo quo possent modo meliori, se concordarent, ut puto sequutum.

Discurrebam quoque, quod ubi etiam præmissa cessarent, quia nempe juxta sensum dictarum primarum decisionum, assumptio oneris facta per debitorem restricta esset ad solum triennium adjectum ad taxandam, seu extinguendam obligationem, Adhuc tamen dicta cambium, seu fructus deberentur tanquam damna & interesse ob non præstita loca montium, ad quæ principaliter restricta erat promissio subsidiariè facta in pecunia, quoniam promittentes tradere speciem fructiferam, si eam non tradat, teneatur ad damna & interesse ad mensuram illorum fructuum, quos percepisset ille, cui promissio facta erat, si implementum sequutum fuisset, ad data fides servata, Gratian. discip. 249. n. 35. & seq. Romana fructuum census 24. Novemb. 1649. Veropio, Bonon. multitalis concordia 27. Januarii, & 1. Julii 1648. Bichio, Romana multiplici 18. Martii 1654. Melio & passim, quoniam est propositio receptissima, quoties promissio speciei est pura & certa; Verùm difficultas in eo suberat, quod species ita baraterativè cum pecunia, atque electio erat debitoris; Huic tamen difficultati responderi posse observabam, quod dicta electio procederet durante dilacione, qua expirata, post mortem contractam illa transfunditur in creditorem, ac debitor teneatur ut in deterius ex deductis per Fab. de Ann. conf. 54. n. 8. Apont. conf. 49. n. 75. Bellon. jun. conf. 45. nu. 2. Buratt. dec. 287. n. 7. adden. ad Greg. dec. 316. n. 3. Auximiana doctum 6. Februarii 1654. Albergat.

Replicari tamen poterat in contrarium, quod dum creditor potuisset eligere pecuniam infructiferam, dici non potest moram fuisse causam certam & immediatam damni emergentis juxta dec. Mohed. 2. de usuris, quæ recepta est in Curia, ut sæpius in sua materia sub tit. de usuris, licet contrarium de jure verius probare conetur Leorat. de usur. g. 75. ex n. 10. Sed nimium indiscretus rigor videbatur debeatur dictam conclusionem ad factum applicare, quoniam non agebatur de mutuo tunc, seu præcedente contracto, itaut cadere posset in mutuantem suspicio foenerandi sub hoc pallio stipulandi potius speciem quam pecuniam, sed constabat de sinceritate actus, quod scilicet illi possidebant loca montium, ex quibus de facto percipiebant fructum ad conventam rationem, quo in gratiam debitoris se privarunt, dum pulsando creditorem posteriorem, incontinenti poterant pecuniam ab isto avocandam dare creditori anteriori, atque ita evitare dictorum locorum montium avocationem, unde potius fuit

conventio de fructibus tanquam compensativis, seu restitutivis damni verè & certitudinaliter pass.

Et etiam addito, quod ad evitandam necessitatem præstandi cautionem, seu faciendi obligationem de restituendo ut supra, cujus vigore in dies denuo urgeri poterant ad restituendam pecuniam numeratam, quod solet esse magis molestum, omnimoda verisimilitudo suadebat, dictos creditores, postquam electio in eos transfusa erat, potius eligere debuisse loca montium; Quinimò etiam durante termino, vel postea pecunias habuissent in eadem loca investire debuissent, Tum ex communiter observantia à prædicta ratione regulari, Tum ex observantia particulari eorundem, dum in prima solutione, potius loca montium vinculari recipere elegerunt, quam pecuniam numeratam cum dicta cautione, seu obligatione, unde propterea intrat recepta limitatio dec. Mohed. quando scilicet ex probationibus, etiam præsumptivis & adminiculativis, certitudinaliter constat pecuniam in eum usum fructiferum activum, vel passivum converti debuisset, ut sæpius in dicta materia *sub tit. de usuris*, præsertim in *Esma census*, disc. 14. sed de his omnibus abfuit occasio formiter disputandi in iudicio, cum controversia finem habuit per concordiam.

R A V E N N A T E N.  
SEU FAVENTINA CAMBII  
PRO PETRO LEGA  
CUM HIERONYMO LUCATELLO.

Casus variè decisus per Rotam.

An facultas cambiandi data creditori operetur, ut iste cambiari possit cum seipso sine speciali mentione; Et quatenus hæc non adeflet, an sufficiat præsumptiva probatio, deducta præsertim à solutione cambiorum; Et an ad justificationem cambiorum sufficiant solum primæ literæ nuncupatæ dell' Andata, absque eo quod doceatur de aliis responsivis nuncupatis del Ritorno.

S U M M A R I U M.

- 1 Facili series.
- 2 Ad justificationem cambiorum sufficiunt literæ accessus, licet non ad sint ille redditus.
- 3 Creditor cui data est facultas cambiandi, non potest cambiare cum seipso absque speciali mentione.
- 4 Sed hæc voluntas probatur etiam à posteriori, & per actus ratihabitionis.
- 5 Vel etiam per alias species probationis etiam conjecturæ, quia id non percurit substantiam cambii.

D I S C. XII.

Facta inter Legam, & Lucatellum de anno 1639. solidatione computorum super credito initium habente ab anno 1635. detectum fuit Legam remanere debitorem in libris 12600. circiter, super quibus initium fuit cambium ad rationem octo pro centenario. Cumque deinde inter patres ortæ fuissent controversiæ super cambiorum cursu, ob non justificationem spacciorum, tam ab anno 1635. ad 1639. quando verè nulla dabatur justificatio, quam abinde citra, quando illa dabatur, sed prætendebatur non esse legitimam & sufficientem, Ac etiam, an summa in solidatione computorum de anno 1639. constata quoque esset ex cambis decursis ab anno 1635. ut erat debitoris præsentio, vel augmentum prioris debiti proveniret ab aliis causis, itaut pro eo primo tempore de aliqua cambiorum exactione, vel conversione in sortem non constaret, ut creditor prætendebat, Hinc introducta causa in Rota coram Bichio per appellationem à sententia Legati Ravennaten. sub die 16. Junii 1653. prodiit resolutio debitori favorabilis, quod scilicet ob non justificationem spacciorum ab anno 1635. ad 39. nulla debita essent cambia, tanquam ex deficiente omnino necessario realitatis requisito justificando per literas saltem responsivas, vulgò nuncupatas del ritorno, proindeque cambia decursa non potuissent converti in sortem, ut Rota præsumptivè credidit factum esse ob summarum correspondentiam, late in decisione desuper edita firmando alias firmata in *Romana cambii coram eodem Bichio dec. 69. p. 9. rec.* & in aliis, tam circa omnimodam necessitatem justificationis spacciorum, quam circa conclusionem non attendendi in hac

materia solidationes computorum, & confessiones, aliaque facta partium.

Et quoad secundum tempus post dictam solidationem, quamvis doceretur de justificatione per primas literas, quæ vulgò dicuntur dell' andata, quas justificantur verè, & non fidei transmissas fuisse ad locum mundinarum cum earum sinceræ & reali effectuacione, proindeque firmatum fuerit eas ad id sufficere, quamvis non doceretur de literis responsivis, cum istæ non sint intrinsecè necessaria de substantia cambii, sed solum ad justificationem profiti subsidiariè, quando scilicet non exhibentur primæ literæ dell' andata, in quibus melior, ac magis directa probatio consistit, ut firmaverat Rota in *Romana, seu Florentina, cambiorum 11. Januarii 1615. coram Dunoletto seniore inter suas dec. 69.* & deinde dixit in *Romana, seu Januæ cambii 16. Januarii ejusdem anni 1652. coram eodem Bichio.*

Nihilominus pro summa verè debita, neque dictum fuit cambia deberi, cum illud giratum fuerit cum ipsomet creditore, quod absque expressa debitoris mandantis voluntate fieri non potest ex deductis dec. 31. 32. & 33. post Turr. de cambis, & in aliis in eadem decisione deductis, & non semel habetur in aliis *hoc tit.* rejiciendo limitationem traditam per Turr. in *adnot. ad d. dec. 31. lit. E.* ubi scilicet in mandato expressum esset pretium & platea, quasi quod tunc nihil interesset debitoris mandantis, an cambium creditor mandatus cambiaverit cum seipso, vel cum alio, quia semper in dubio deficere dicitur voluntas mandantis, quæ potissimum spectanda est, ob rationem deductam in d. dec. 22. & 33. post Turr. quod mandato quamvis generali non venit persona creditoris, nisi exprimat ad *tex. in l. si mandavero tibi, §. si tibi centum, ff. mandati.*

Et quamvis tunc scribentes pro editore deducerent limitationem canonizantem per R. Or. d. dec. 33. post Turr. n. 7. ubi scilicet debitor deinde in solidatione computorum cambium decursa solvisset, seu admisisset tanquam debita, Adhuc tamen, non impugnando dictæ limitationis veritatem, ea rejecta fuit ex defectu applicationis, quod scilicet non constaret debitori innotuisse creditorem cum seipso cambiasse, unde opinari potuit cambium innotuisse cum tertio, ex regula, quod ad effectum inducendi ratificationem, seu approbationem actus gesti, requiritur scientia certa & explicata, & non sufficiant actus æquivoci.

Ad formam hujus decisionis prodiit sententia, quæ ob non interpositam in tempore appellationem transitum fecit in iudicatum, arque ob subsequutum mortem Lucatelli creditoris, aliaque impedimenta, si fuit causa usque ad annum 1663. de quo tempore dicti creditoris filius & hæres curavit committi in eadem Rota coram Cerro causam restitutionis in integrum. Atque me in hoc statu assumpto ad defensionem debitoris, qui rem iudicatam pro se habebat, cum reliqua omnia, præsertim circa crediti augmentum proveniens ex aliis causis potius quam ex cambis decursis in primo tempore consisterent in nudo facto, in quo nullæ sunt Advocatorum partes, Quatenus pertinet ad ultimum punctum dictæ limitationis, ad quam ex parte creditoris restringebatur rei iudicate iniustitia, cujus ratione locum esse restitutioni in integrum contendebat.

Inspecta dicta decisione, satis de ejus viribus in hac parte dubitavi, proindeque, juxta styllum, requirenti insinuavi, timendum magis esse de succumbentia, prout disputationis eventus in hac parte docuit *sub die 4. Decemb. 1663.* Et resolutio mihi quamvis in contrarium scribenti, visa est probabilis, quoniam ut pluries *hoc eod. tit.* habetur, licet in Rota & Curia receptissimum sit, facultatem cambiandi cum seipso indigere nota speciali, Nihilominus hoc non est vitium intrinsecum quod percurat cambii naturam, vel substantiam, quo casu voluntas, vel factum partium non attenditur, neque est operativum, sed est defectus proveniens à verisimiliter deficiente mandantis voluntate, quæ nedom expressè probari potest, sed etiam conjecturaliter & adminiculariter, sive à priori, sive à posteriori per actus inducentes ratihabitionem, quæ mandato æquipollet, ejusque vim habet; Et quamvis vera sit propositio, ut ad effectum ratificationis requiratur scientia, sine qua non datur animus, nihilominus ista, inspecta qualitate debitoris viri industrii, & in rebz mercantilibz versati, videbatur verisimilis, cum probabile non esset notabilem summam cambiorum decursorumolvere voluisse non visis & recognitis spacciis, ex quorum inspectione deveniri potuit ad notitiam, quod cambium creditor cum seipso iniisset, præsertim quia in facto alia dabatur hujus scientiæ indicia & adminicula; Ubi verò non agitur de sanando vitio intrinsecum & substantiali, ex quo

resulset usura, ejusque fraus, tunc in solutionibus jam factis, & subsequitis solidationibus, ratione publici boni resulantis à facilitate commercii, ac etiam ratione bonæ fidei, quæ inter mercatores & negotiantes exuberare debet, satis benignè in his materijs procedendum videretur, unde resolutio fuit juxta votum, quamvis tanquam Advocatus scriberem in contrarium.

ROMANA PECUNIARIA,  
SEU CAMBIORUM  
PRO RATIONE BANCARIA ILLORUM  
DE VALENTIBUS,  
CUM CAMERA APOSTOLICA.

Casus disputatus coram Thefaurario, & in Camera, & sopitus per concordiam.

De probatione mandati, seu facultatis accipiendi ad cambium, & girandi, seu continuandi super cambis, quomodo sufficienter facta esse dicitur, ut cambia debeantur.

S U M M A R I U M.

- 1 Facili series.
- 2 Non potest quis subijci cambiis nisi sequatur intimatio, & quando hæc non sit necessaria.
- 3 Remissio intimationis quomodo probetur.
- 4 De pluribus modis cum quibus id probatur.
- 5 Approbatæ videntur computa transmissa, si recipiens non contradixit, vel contradixit in aliquibus partibus.
- 6 Quando in cambiis solutis surret potius terminus repetitionis indebiti quam ille usurarum.
- 7 Procurator, seu institutor generalis, cui negotii generalis administratio data est, an possit sine speciali facultate sumere ad cambium.
- 8 Quid in facio, vel parricipe.
- 9 De privilegio fisci advocandi pecuniam solutam creditori posteriori.
- 10 De notabili declaratione dicti privilegii avocationis competentis fisco, vel alteri privilegio.

D I S C. XIII.

Postquam Adrianus Honoratus suscepit in appaltum ad novennium Thefaurariam Marchiæ, admisit pro quibusdam ratibus vulgò, *solati* nuncupatis, ad participationem utriusque Philippum Valentem in Urbe negotiatorem, quem etiam deputavit eisdem Thefaurariæ negotii in ipsa Urbe depositarium & institorem, seu administratorem, per cujus manus solutiones pensionis, seu census juxta statuta tempora ipsi Camera, seu Montibus alijsq; assignariis fierent; Cùmque sæpius, ut hujusmodi negotiorum consuetudo est, effectibus non haberetur pecunia dictis solutionibus prompta, Philippus prædictus, ut dictas solutiones promptè impleteret, plures notabiles summas, vel ab alijs, vel à seipso accepit, præsertim sub die 9. Maji 1644. sc. 20. m. sub die 4. Martii 1645. alia scura 22. m. & sub die 18. Octobris ejusdem anni sc. 10. m. de quibus tractu temporis unà cum cambis decursis ex pecunijs transmissis se reintegravit; Sequuta verò morte Adriani dicto novennio durante, ac prætendens quod Camera remaneret in notabili summa creditrix, duas excitavit præsentiones contra Valentem, seu ejus interim defuncti hæreditatem & rationem bancariam, Unam nempe communem quoque Sacchetti, ut ob admissionem ad participationem utilium effecti essent socii appaltus, proindeque ex fisci privilegio possent in solidum conveniri.

Alteram super repetitione dictorum cambiorum tanquam indebitè exactorum, stante quod in prædicta deputazione talis facultas attributa non erat, unde propterea quando sibi incumbere necessitas solvendi Camera, vel assignariis, dicebant Camerales eum debuissent interpellare, suasque facere protestationes ad effectum ut principalem sub cambiis ponere potuissent juxta decisionem in *Anconitana cambiorum coram Camillo* inter suas dec. 282. alijs dec. 224. par. 9. rec. & in eadem cor. *Peutingero, dec. 345. par. 10. rec.* de quibus sæpius *hoc tit.* præsertim in *Romana paritorum, disc. seq.* Et hoc stante Thefaurarius more Camerali, non obstantibus ijs, de quibus infra, mandatum executivum relaxavit, à quo interposita appellacione ad Camera, & assumpta disputatione dubii, An & quomodo esset inhibendum, vel sequuta ista disputatione absque resolutione, vel ea pendente (quod me-

moria non suggerit) tam ista, quam altera superius insinuada controversia sopita fuit per concordiam, qua mediante dicta ratio bancaria certam summam Camera solvit, cessione reportata ejus juris, Et subintrando in universum jus activum & passivum Honorati.

Improbabilis tamen mihi pro Valente scribenti, videbatur ista Camera præsentio, quoniam licet vera esset dicta propositio per Camerales deducta, quod scilicet fidejussor, vel administrator pro principali solvens, illum sub cambiis vel usuris ponere non potest, nisi prævia interpellatione, per quam ille sciat, nedum solutionis casum evenisse, sed etiam usurarum, vel cambiorum oneri subjectum fore, nihilominus id cessat, quando concurrat attributa facultas, seu mandatum cum remissione intimationis prædictæ, cum tunc receptissimum sit id explicari posse, ut dec. 274. nu. 3. & 4. p. 5. recet. & habetur sæpius in præcedentibus præsertim, *disc. 2.*

Quamvis autem de dicta expressa facultate, seu mandato non constaret nisi respectu primæ partitæ, Adhuc tamen receptum est, non esse præcisè necessariam expressam probationem per scripturam, quia mandatum etiam sine scriptura per alias probationis species justificari potest, Quinimò etiam ex præsumptionibus & conjecturis deductis, vel à priori, vel etiam à posteriori ob subsequentem approbationem, quæ mandatum probat, seu illi æquipollet, Ut ultra generalia, quæ frequenter in jure habentur circa probationem mandati præsumpti, in his specialibus terminis bene firmat Rota dec. 32. & 33. post Turr. de cambis, in *Romana cambiorum 28. Aprilis 1651. coram Verolpio*, admittit in *Ravennaten. seu Faventina cambii 10. Junii 1653. coram Bichio*, de qua *disc. preced.* & in alijs Turr. in *addit. ad dictam dec. 32. lit. E. fol. 549.*

Ex pluribus autem ista probatio nimis evidenter deducebatur, quæ ubi singulariter difficultates pati possent, atamen unita ponebat rem in claris ex vulgari regula, *in singulari qua non profunt, unita juvent.* Potissimè quia non agebatur de justificatione realitatis cambiorum, & pro sanando eorum vitio intrinsecum, itaut intrare posset difficultas, an libris, alijsque scripturis, seu factis partium defendendum esset ad excusandam usuram, cum omnia realitatis requisita bene justificata concurrerent, itaut cessante peculiari rigore, qui in materia usuraria habetur, quæstio esset super simpliciter & indifferenti probatione voluntatis, seu mandati.

Primo igitur de dicto mandato constabat ex libris ejusdem Honorati & Thefaurarii, in quibus, juxta indigentiarum tempora, adnotata erat facultas dicto Valenti attributa accipiendi pecuniam sub cambiis, qui libri plenè probant contra scribentem ad *tex. in l. Publica, §. ultimo, ff. depositi, Caputaquen, dec. 166. p. 2. Buratt. dec. 344. n. 3. dec. 212. nu. 2.* post Zaech. *de obl.* ubi in specie verificationis cambiorum; Secundo ex libris mercantilibz ejusdem Valentis legalissimè tenentis, qui licet pro scribente non omnino concludenter probent, atamen, vel magnum faciunt adminiculum, vel efficacibus adminiculis concurrentibus ad sufficientem probationem idonei reputari valent ex deductis in terminis librorum mercantium per Rotam in *Rom. mercium 1642. cor. Melio*, Et in fortioribus terminis libri privati *Rom. pensionis palatii 26. Junii 1651. & dec. 179. p. 11. rec. coram eodem*, & in alijs frequenter; Tertio ex quadam epistola ejusdem Honorati, per quam Valentem rogabat, ut traheret per nundinas quantum minus fieri potest, & ad solos limites necessitatis, qui loquendi modus præsupponebat præcedentem facultatem trahendi; Quarto ex qualitate personæ mandatarii, quia omnia alia Thefaurariæ negotia deputatus erat, cum de facili præsumatur mandatum in ea persona, quæ alia negotia tanquam mandatis gerere solet, Menoch. *lib. 2. præsumpt. 33. num. 13. cum alijs in Avinionen. pecuniaria 15. Januarii 1648. coram Dunoletto*, inter suas dec. 786. & habetur frequenter præsertim in *Romana extinctionis Census pro Domo Professæ Societatis Jesu sub tit. de Census.* Quinto fortiter ex communi usu Curiæ & mercatorum, ex quo maxima verisimilitudo resultabat, quoniam ubi Barones, vel Appaltatores deputant in Urbe Depositariorum ad solvendo præsertim singulis bimestribz fructus locorum montium Montistis, communis consuetudo est, eis tribui facultatem capiendi pecuniam, quæ promptè non subministraretur ad cambium; Verisimilitudo autem, seu communis usus factis in hac materia præsumptivæ probationis mandati attendi debet ex deductis per Mantici, *de tacit. lib. 7. tit. 8. n. 1. & alias*; Et sexto demum fortiter ex subsequuta ipsius principalis approbatione, quæ mandato æquipollet ex deductis in *dicta Ravennaten. seu Faventina Cambii*, & in alijs; Potissimè

mè quia non solum Philippus transierat Adriano partitas istorum cambiorum, quibus non constabat conductisse, quod sufficeret ad approbationem, ut bene Matthesian. *singul. 22. Clarin. lib. 1. contrav. 44. n. 16. cum sequen. Rota dec. 81. n. 9. p. 1. diversif. Aden. ad Buratt. dec. 486. n. 7.* sed potius constabat de subtilissima contradictione aliquibus partitis modicæ considerationis, ex quibus evidenter constabat, Adrianum raris acurate vidisse & considerasse computa transmissa, unde tanquam mercator peritissimus, si in minutis advertit & contradixit, multo magis circa notabilem partitam istorum cambiorum contradixisset, nisi mandatum, ac sufficientem facultatem tribuisset; Contradicens autem scripturæ in una re, in aliis approbare videtur, ut in terminis computorum Munoz. *de ratiocin. c. 32. n. 31.* Et his addebatur generalis præsumptio, quæ militat pro cambiis jam solutis approbata per Roan. *in Romana pecuniaria 7. Junii 1647. coram Corrado. §. finali.*

Ponderandæ etiam, quod ubi non agitur de cambiorum solutorum infectione intrinseca redolente usuram, quo casu, juxta opinionem à Rota & Curia receptam, non intrant termini repetitionis indebiti, sed imputationis ipso jure, quando illi locus est, vel cessante materia imputabilitatis, adhuc ne usus fraus fieret, semper creditor, qui ex pecunia accessiones recepit, de illarum titulo justificativo docere debet; Sed indebitum præteritur ex alio defectu indifferenti extra usurariam labem; Tunc ubi non agitur de coacta solutione judiciali, sed de voluntaria extrajudiciali, quia indebitum non præsumitur, cum nemo præsumatur scire suum, onus est agentis ad illius repetitionem illud concludenter probare; ut admittitur in eadem *dec. 69. p. 9. recent. quæ in hac materia cambiorum indebitè solutorum circumfertur tanquam magistralis, & est receptissima propositio, de qua sapius scribit de credito &c.* Unde propterea dicebam Cameræ ætrici ex persona d. Adriani sui debitoris venienti, incumbere onus concludenter probandi negativam dicti mandati, cujus negativæ probatio, quoties non allegatur ab ipso principali, sed à creditore, vel alio tertio, videtur impossibilis, quia cum agatur de re pendente ab animo principalis, isto defuncto, vel aliis contrarium non asserente, non de facili ad talem probationem deveniri potest, Multo magis tot adminiculis, & præsumptionibus concurrentibus, unde inspecta etiam veritate, casus videbatur extra omnem dubitationem.

Ex abundanti quoque dicebam, quod ubi etiam de isto mandato non constaret, Adhuc tamen cum dictus Philippus generalis institor, sed administrator deputatus esset ad explenda omnia Theauraria negotia in Urbe, præsertim ad solutiones Cameræ, vel Montistis debitis temporibus faciendas, ob quas non sequutas negotium longè majora damna pati poterat; Hinc non improbabiler de jure dicendum videbatur, sub dicto mandato, seu institoria generali istam quoque facultatem contineri, quoniam procuratori constituto ad aliquid agendum, demandata censetur omnia ea quæ pro eo negotio explendo necessaria sunt, illa præsertim, quæ de communi usu fieri solent, & quæ verisimiliter idem principalis pro eodem negotio explendo faceret, Afflic. *dec. 340. n. 5. Capyc. Latr. consul. 108. n. 11. sequen.* Et in specialibus terminis procuratoris, ut pro liberando ejus principali à gravioribus usuris, seu à majori damno, vel incommodo, accipere possit pecunias sub usuris etiam à seipso, ad litteram probat *tex. in l. & in contraria 37. ff. de usuris, & in l. si verbo 12. §. si mihi, ff. mandati*, quæ jura licet hodie ita indefinitè non procedant illis usuris, quæ de jure civili permittunt, de jure canonico in utroque foro damnatæ sunt ex deductis per Leotar. *de usuris, g. 34. n. 34.* Nihilominus adhuc illorum dispositio, vel ratio rectè procedit in actibus licitis & permittis, ut sunt cambia realia formam Pianæ Constitutionis habentia, ut in specie procuratoris capientis ad cambium exemplificat Leotar. *dicta g. 34. n. 26.* & habetur deductum in *Romana partitorum, disc. seg.*

Ea potissimè circumstantia accedente, quod non agebatur de simplici mandatario, seu institore, qui nudi ministri personam gereret, sed de eo, qui erat negotii ejusque utilium particeps, unde vel propriè, juxta Cameræ prætensionem, socius dici poterat, vel saltem impropiè, itaut caderet illa facultas, quæ pro explendis negotiis socialibus uni sociorum attributa est accipiendi pecuniam sub usuris ad *text. in l. finnis, §. si quid unus, ff. pro socio*, cujus dispositio etiam hodie urget in actibus licitis, & de jure canonico permittis, potest esse accipere sub cambiis realibus ex deductis per Leotar. *de usuris, g. 31. n. 44.*

Videntes Camerales ex præmissis se quodammodò con-

victos, ad alterum convolabant fundamentum avocationis pecuniarum ex privilegio fiscali sibi competente contra creditorem posteriorem, quamvis essent in casu, in quo privato creditori anteriori talis avocatio non competeret ex deductis per Fontanell. *de part. claus. 5. glos. 8. p. 7. n. 67. & alios*; Verùm & hoc fundamentum, neque substantiam habebat, quoniam quicquid esset de hujus fiscali privilegii intelligentia in genere, attamen in præsentii difficultate cessabat, quoniam omnes DD. istam avocationis materiam tractantes præsupponunt existentiam crediti anterioris de tempore factæ solutionis posteriori actu & habitu, itaut tunc anteriori per debitorem solvi debuisset, proindeque malè gessisse diceretur, neglecto Fisco, seu alio anteriori privilegiato, privarum posteriori gratificari. Secus autem ubi Fiscus, vel alter privilegiatus est anterior creditor habitu, non autem actu, ut ex Bald. *in l. ubi adhuc, Cod. de jur. dor. bene observat Trentacinq. lib. 1. variar. iii. de jur. Fisci, cap. 7. num. 18.* Et quando autoritas deficeret, id evidenter probari dicebam ex ipsa naturali ac necessaria ratione commercii, cum aliis illis, qui camerales appaltus suscipiunt ad longum tempus, seu aliis cum Fisco contrahunt, vel fiscalia negotia administrant, omnino interdicitum esset commercium, in eorumdem negotiorum, seu appaltuum explicacione adeò necessarium, si etiam pro debitis, & terminis in futurum maturandis practicabile esset istud privilegium avocandi pecunias solutas illis, cum quibus medio tempore contractum fuit, & quando fiscus actu creditor non erat, sed quia non expedit negotiatoribus cum fisco contendere, idcirco expediens fuit, eò meliori modo, quo fieri potuit, concordiam ut supra me etiam consulente amplecti.

ROMANA PARTITORUM,  
PRO ANTONIO FRANCISCO FARSETTO  
CUM HORATIO FALCONERIO.

*Casus decisus per Cameram pro Falconario cum temperamento.*

De facultate data socio administratori accipiendi pecunias ad cambium pro negotio sociali explendo in certo casu, An exerceri possit absque intimatione consocii, quod casus evenerit, quem illi credere poterat non evenisse.

Si socius ut extingueret cambium limitatum inuit in præjudicium negotii socialis cambium rigorosum, An substat negotii actus ad limites prioris cambii limitati, itaut ad eam rationem cambia deberentur necne; Et an facultas accipiendi ad cambium in solo casu indigentia possit exerceri prius quam indigentia casus veniret, ac præventivè, ut eveniente casu pecunia esset prompta; Et aliqua de clausura nundinarum.

S U M M A R I U M,

1. Facti series.
2. De institore, vel alio administratore, ut sibi id exercere non possit sine impellatione.
3. De differentia mandati ad capiendum ad cambium dati per debitorem creditori, vel simplici administratori, seu socio.
4. In cambio reali nullum dari potest lucrum certum, sed creditor potest esse in damno, & debitor in lucro.
5. Socius non debet subjacere damno, si non sperat lucrum, aliàs dicitur Societas leonina.
6. An socius in causam negotii socialis possit gyrare cambia sub suo nomine privato.
7. Facultas capiendi ad cambium non potest exerceri cum ipso.
8. De regula, quod potui, nolui, &c.
9. De materia acquiritiva actionis de in rem verso, quando intret necne.

D I S C. XIV.

Nierunt Falconerius, & Farsetus in Urbe negotiatorum res partium cum Camera Apostolica super decem millibus locis montis salis vacabilis fructantibus octo pro centenario pro pretio decies centies millies scutorum, in illis belli necessitatibus, singulis mensibus in Urbe, ac Civitatibus Bononiæ & Ferrariæ respectivè subministrandis pro certis ratis

ratis in singulos menses distributis, à mense scilicet Februarii ad totum mensem Septembris anni 1643. conventionione inter ipsos negotii socios habita, quod ejus administrario tota esset postès Falconerium, qui ad effectum faciendi statutis temporibus conventas pagas, liberam haberet facultatem vendendi loca montium, ex quorum pretio id impleti destinatum erat, & quando ex emporum deficientia id se qui non posset, quod tunc in casu indigentia, cum eo minori quo fieri posset negotii detrimento, sumere posset pecunias ad cambium, & recambium ab aliis, & quando neque hoc modo pecuniæ reperiretur, tunc Farsetus interpellatus concurrere deberet ad supplendas summas deficientes ad pagarum complementum de proprio, aliàs ad omnia damna; Postmodum verò Falconerius cum eadem Farseti participatione de mense Martii 1644. quando dicti alterius computi solidacio cum Camera jam sequuta fuerat, aliud cum eadem fecit partitum locorum 30. pro scus 29100. in pecunia numerata.

Super utroque partito inter dictos socios in computorum solidacione multæ extortæ fuerunt controversiæ, quarum plures in nudo factio potius quam in jure consistebant; Inter cæteras autem ea fuit acerrimè disputata in Camera prius coram *Calarino*, deinde coram *Gaetano subrogato*, ubi adhuc pendet, super interuirsibus cambiorum, sub quibus Falconerius dicebat accepisse, pecunias partim ab aliis, partim à seipso, ut pagas impleteret; Hic autem punctus tres habebat inspectiones, Unam scilicet, an deberentur cambia eam mercatoribus Januensibus & aliis inita ad limitatam rationem quinque, vel quatuor cum dimidio pro centenario, Alteram, cum Falconerius potuerit sumere pecunias ad cambium à seipso ad rationem cambii currentis, ut pecunias ut supra ab aliis habitas restitueret, & quatenus non potuerit, ut quodammodo idem pro Falconerio scribentes admittentur an saltem ei bonificari deberent cambia ad dictam limitatam rationem quam aliàs solvere opus fuisset dictis mercatoribus; Et tertiam stante quod facultas tributa legebatur in casu indigentia, cum sumi potuerint pecuniae ad cambium pro illis nundinis, pro quibus negotium claudebatur per plures dies antequam tempus solutionis cederet, sive pro summis anticipatè solutis Cameræ; Plura etenim alia præsertim super legalitate librorum ac multarum partitarum substantia, quæ disputata fuerunt, in factio potius dictum est, quam in jure consistebant.

At impetris igitur separatim de ordine Cameræ disputationibus; Quatenus pertinet ad primam, Alii quamvis doctissimi scribentes pro hac eadem parte Farseti cambia impugnantis, pro qua ego etiam scribebam, in congressibus desuper habitis, legalium conclusionum rigori mordicis ac judicè inhærentes, omnino verius credebant cambia non deberi, atque facultatem Falconerio attributam ad exercitium deduci non potuisse absque nova ejusdem Farseti interpellatione, per quam ad istius notitiam deductum esset evenisse casum indigentia, quodque ob venditionem locorum montium non sequitam ad effectum complendi pagas oporteret sumere pecuniam super cambiis, Innixi quibusdam Rota decisionibus editis in *Anconitana cambiorum 1. Julii 1643. coram Carillo 18. Junii 1646. 8. Martii, & 2. Augusti 1649. coram Pensingero*, quarum prima est inter suas *dec. 282. & repetita, dec. 224. p. 9. rec. & ultima est, dec. 346. p. 10. rec.* earumque casus erat, quod institori, seu ministro ad certum negotium deputato, pro illo explicando data fuerant quedam assignamenta, cum facultate, quatenus illa in toto, vel in parte deficerent, accipiendi pecuniam ad cambium & recambium; Cùmque per dictorum assignamentorum defectum administrator ita egisset, Rota decidit cambia non deberi, ex eo quod priusquam ad hujusmodi facultatis exercitium deveniretur, præcedere debebat mandantis interpellatio, qua mediante iste sciret evenisse casum indigentia pecuniarum, ac subjacere debere cursui usuratum, seu cambiorum, cui occurrere potuisset providendo aliunde de pecunia, cum interim credere potuisset ex assignamenti factis remanere provisionem, dictumque vorum magnum platum habebat apud ipsum principalem acutissimi ingenii, & in negotiorum materia peritissimum, qui subiungebat, quod si dicta interpellatio sequuta esset, ipse providisset pro ejus rata de pecunia, quæ otiosa assiduebat etiam in nundinis.

In contrario voto eram Ego, quæ proinde in mea sententia remansit singularis, seu causæ eventus aliter docuit, & meo iudicio bene, ex duplici fundamento, cui discurrendo ut supra innitebar; Primò ex verisimili scientia, quæ in Farseto concurrebat de statu negotii, & de quantitate locorum

montium, quæ in dies vendebantur, an corresponderet necne summa necessaria pro complendis pagis, quæ singulis mensibus fieri debebant, dum ipse erat Cameræ Depositarius Generalis, atque per ejus Bancum omnes dictæ venditiones fiebant; Et secundo, quoniam quicquid sit in eo casu de subsistentia dictarum decisionum Anconitan. *cor. Carillo & Pensingero*, quæ aliquam exorbitantiam continere videntur, in præsentii cessante videbatur omnis difficultas, dum socius administrator utile negotium gesserat, atque consocii iurereat potius pecuniam ad cambium habitam esse, quam si vendita fuissent loca montium, cum ista fructarent ad rationem octo pro centenario, inrecessè verò cambiorum esset limitatum ad solam rationem quatuor cum dimidio, vel ad summam quinque.

Quoties enim socius, vel mandatarius gerit rem utilem, & quam verisimiliter ipse principalis faceret, si per se ipsum administraret, tunc non dicitur mandati fines excedere. Atque in hac materia magna differentia est inter illud mandatum, quod datur creditori, qui duas gerat personas, unam scilicet creditoris, alteram mandatarii, & illud mandatum quod datur simplici administratori nullam utilitatem, ex cambiorum cursu reportanti, & qui aliàs ab exercitio mandati in gratiam mandantis recepti damnificatus remaneret, solvendo tertiis cambia verè decursa pro pecuniis in causam principalis erogatis; Primò enim casu strictè ac rigorosè proceditur, cum creditor licet juris fictiones duas diversas personas ita repræsentet, attamen in veritate contentat de lucro captando, debitor verò de damno vitando, cujus totum oppositum sequitur in secundo casu; Et fortius ubi agitur de socio, in quo, ut in præsentii, duplex concurrebat mandatum, unum datum ab homine ex dicta conventionione, alterum datum à lege, Unde quando super primo caderet difficultas, de qua in allegatis Anconitan. illa cessabat in secundo; Concurrente præsertim, ut dictum est scientia & verisimili approbatione consocii, unde in hac parte causam mihi videbatur plana super puncto in genere, qualem etiam abque discrepancia censuit Camera, solaque difficultas cadebat super verificatione qualitatis, sub qua mandatum, sive legis, sive hominis concessum erat, ac exerceri poterat, an scilicet de tempore, quo pecuniæ acceptæ fuerunt ad cambium à tertiis, adesse necne indigentia, ut infra.

Allicujus autem relevantiæ circa istam primam partem cambiorum, mihi videbatur illud fundamentum, quod non bene constabat dictas pecunias acceptas esse ad cambium, atque sub eis girasse sub nomine dictæ societatis, seu negotii socialis, potius verò constabat de contrario, totum scilicet gestum esse sub nomine proprio ipsius Falconerii socii administratoris, dum ita tenor spacciozum importabat; Et licet scribentes pro altera parte insisterent, quod id probaretur ex libris, nihilominus cum illi supponerentur non bene & mercantiliter tenri, cum temporum distinctione, ac præcedenti libro nuncupato *Giornale*, nulla videbatur fides adhibenda, qualis etiam citra libros prædictos fuit sensus Camera.

In hoc enim poterat adesse aliqua captio, quia cum de natura cambii realis sit, ut nullum certum lucrum in eo dari possit, sed potius creditor subiaceat damno diminutionis fortis cum lucro debitoris, Roman. *cons. 238. num. 6. & 9. Rota decis. 204. p. 2. rec. & in aliis hoc rit. sapius*; Hinc resultat, quod dictus socius administrator ita stare poterat, semper in lucro, nunquam verò in damno, cui absque spe lucri negotium sociale subiacebat, quod societati repugnat, cum sit species societatis leoninæ ex deductis in proximis terminis per Buratt. *dec. 336. n. 4. & Merlin. decis. 239. n. 1.* Si enim cambia in nundinis redibant debitoris luctosa & utilia, poterat ita socius utilitatem sibi ipsi applicare tanquam de negotio cantante sub nomine proprio, si verò redibant damno, applicabat societati; Verùm licet istud motivum in stricta juris censura videretur considerabile, nihilominus, reflectendo ad veritatem, mihi videbatur non improbabiler fuisse rejectum, Tum ex æquativo motivo utilitatis, quam negotium ut supra reportavit ex non venditione montium plus fructantium, Tum ex altero dictæ verisimilis scientiæ consocii, & fortius ex illo necessitatis, quæ administratori incumberebat, ut cambia curerent sub nomine proprio ob majorem facilitatem inveniendo pecunias, quas mercatores facilius credebant Falconerio vito ditissimo, non de facili autem credidissent negotio sociali, cum ob illius bellicosissimi temporis qualiter loca montium reputarentur periculosa, potissimè quia licet in tractu cambii realis; cum totum pendeat ab eventualitate, adit



adde dicta possibilitas lucri ex parte debitoris cum diminutione fortis principalis, nihilominus est casus forte unquam, vel satis raro contingens, non verisimiliter cogitatus, ut proinde in dicto socio administratore inferri posse ad dictum fraudandi animum.

Quia vero dictus Falconerius mutato consilio, vel restituendo pecunias dictis mercatoribus, vel illas ad cambium retinendo in causam, seu computum proprium & particulare pecunias debitas à negotio sociali posuerat & giraverat sub cambiis currentibus cum seipso, constituendo negotium debitorum ad rigorosam rationem cambiorum currentium longe excedentium quantitatem dictorum limitatorum cum aliis; Hinc assumpta fuit disputatio, an ista cambia deberentur, Et negativa videbatur plana, necum ex regula generali, quod sub mandato regulariter non venit persona ipsius mandatarii, qui propterea absque explicita, vel implicita mandantis voluntate cambiare non potest cum seipso, juxta opinionem in Rota & Curia receptam, firmatam dec. 31. & 32. post Turr. de cambiis, in Ravenennam, seu Faventinam cambii 16. Junii 1653, cor. Bichio, & hoc titulus sapius; Sed etiam quia in apocha conventionis facultas expressè restricta erat accipiendi pecunias ad cambium ab aliis. Et licet scribentes pro altera parte urgerent, quod illud verbum ab aliis verificari poterat in ipsomet socio cambiante, qui tertii & extranei personam ita representabat, ob pluralitatem personarum, quæ in ista materia datur in eodem subiecto, Attamen ista juris subtilitas destruebatur ex facto, dum occasione venditionis locorum montium in eadem apocha contra distinguantur tertii cum dicto verbo alii ab ipso socio administratore, quamvis proprio & particulari nomine dicta loca emere volente, unde propterea discreta erat manifesta; Urgente etiam ratione, ob quam Rota in his terminis rationabiliter firmavit & tenet, quod sub generali mandato, seu facultate non veniat persona ipsius mandatarii, ne scilicet ob proprium & particulare lucrum, minus diligenter ac fideliter mandatatum expleat, atque gravioribus intercuris principalem supponat.

Et quod in proposito omnem difficultatem de plano removebat, erat, quod non solum lex socium administratorem obligat ad bonam fidem & diligentiam, utiliter, vel minus damnosè administrandi, sed concurrebat etiam expressa conventio, dum in apocha concedebatur facultas accipiendi pecunias ad cambium, dictumque negotium administrandi cum eo minori damno, quod fieri posset. Ideoque in mala fide hic videbatur, creditoribus non urgentibus restituere pecunias, quæ sub satis moderatis cambiis habebantur; Et fortius illas in computum proprium retinere, supponendo negotium majori damno cambiorum currentium, ideoque quod hac non deberentur per Camera habitum fuit pro absoluto.

Constitit tamen Camera, illa deberi ad eandem limitatam rationem cum aliis ut supra, innixa fundamento æquitatis ex utili negotiorum gestorum dictione, quasi quod licet negotium non esset debitor in ratione cambiorum, ex quo illa cum tertii in causam negotii verè non concurrerent, atque illa cum seipso ex deficienti potestate verè indebita erant ex regula quod potui nolui &c. Attamen quia negotium ita erat in lucro, reportando fructus locorum montium, quæ aliàs vendere opus fuisset, consideratum fuit intrare, Vel æquitatem tex. in l. curabit, C. de act. empti, ne pones eundem remaneret res & pretium, Vel alteram æquitatem de utili in rem verso, judicando indiscretum rigorem esse illum resultantem ex dicta regula, in qua ego & ceteri pro hac parte scribentes insistebamus, quod potui nolui &c.

Refluctando autem ad veritatem, quando non obstaret in faciente motivum malæ fidei, mihi præmissa placebant, quoniam judaismi speciem regula prædicta continere videatur quoties aliàs unus esset in lucro, alter verò in damno; Dicebam tamen dicta æquitate indignum esse eum qui in mala fide versetur, cum dicta æquitatis beneficium impartiendum videatur ei, qui bona fide utile negotium pro altero gerere voluit, secus autem si mala; Ad quod probandum deducebam in proximis terminis firmata per Spada conf. 149. n. 5. & seq. lib. 1. super limitatione textus in l. incivile, C. de furtis, quod scilicet quamvis de juris rigore, juxta dicti textus dispositionem, furtivæ rei domino jus competat rem propriam vindicandi à quocumque possessore nullo restituto pretio, si ceteris hic jam bona fide emerit, atque pretium esset rei valore inferius, itaut utile negotium pro eo qui furtum passus fuerat, gestum dicatur, Attamen si ille tertius possessor eam rem à manibus latronum, vel aliorum villiori pretio emere curavit, ut domino restitueret, ac utile negotium pro eo gereret, tunc rigor dicti textus non proce-

dit, sed eatenus rei domino vindicatio conceditur, quatenus restituat id, quod à tertio solum est, dummodo tamen id sincerè atque cum dicto bono animo gestum sit, secus autem si ut faceret negotium proprium, cum tunc dicta æquitas non inreret, quamvis ita rei dominus utilitatem cum ipsius possessoris damno reportet, cum dicta æquitatis fundamentum consistat in bona fide facientis, ut habetur deductum in Romana cessiois usurarum, sub tit. de usuris; Atque fundamentum in puncto juris revera erat solidum, sed Camera credidit continere nimium rigorem, ideoque censuit spectare debere effectum utilitatis, quam exinde negotium de facto reportavit.

Aliquod hujus partis gravamen, inspecta veritate, adfuisse videbatur circa punctum indigentia ac admissionem cambiorum intempestivorum, quoniam debitum marurabat in fine mensis, post cujus terminum, adhuc aliquorum dierum spatio debitores & partiantes gaudere solent, & tamen negotium positum erat sub cambiis altarum nundinarum, pro quibus octo diebus antecedentibus clausum erat negotium; Et quod magis est, postquam ac tentum fuit sub cambiis pro summa sc. 17. m. ex crescentem debitum & anticipatè soluta, & deinde pro altera scut. 50. m. soluta de mense Julii, ideoque posita sub cambiis nundinarum Augusti pro debito maturante in fine mensis Septembris, quibus casibus omnes juris regulæ restabant, dum facultas data socio, expressè restricta erat ad casum indigentia, & quando eum venditione locorum montium aliàs consuli non posset, Verùm in his Camera egrediendo fortè cancellos legales processit cum quadam non scripta æquitate, ex eo quod partitarius urgentibus belli necessitatibus & per Summi Pontificis nepotem rogatus & requisitus, denegare non poterat dictam solutionem quamvis in parte anticipatam, cum Principum & Dominantium preces vim jussionis habere videantur, ex iis, quæ in terminis precum & instantiarum ejusdem Nepotis regnantis habentur in Romana legitima 22. Junii 1640. Duno zetto inter suas, dec. 584. multo magis ubi belli necessitas & publica ratio urgebant; Licet autem ista consideratio in abstracto haberet probabile fundamentum, in concreto tamen cessabat ex facto, cum dicta anticipata solutione aliæque urbanitates fuissent ultroptè ad captandam gratiam, ac faciendam aliquam socii fortunam, ut eventus docuit, ideoque justum non videbatur ut id licitum esse deberet cum aliena jactura, atque in hoc mihi verè videbatur consistere gravamen; quoniam Princeps habet quidem jus cogendi debitorem ad solutionem ante tempus, sed subducto eo quod interest anticipatam solutionem fieri, ergo tantum abest quod negotium potuerit pati cambiorum damna, quod potius deberet minui.

ROMANA CAMBII DE VANNINIS PRO JOANNE MATTHÆO OLIGNANO CUM PETRO VANNINO.

Casus disputatus coram A. C. & in Signatura resolutus ut infra.

Stante pacto, quod super cambiorum justificatione stetur libro & scripturæ ipsius creditoris, An hic teneatur suum librum, seu scripturam exhibere, atque exinde justificare cursum & realitatem cambiorum, quamvis exhibeat spaccia, & faciat justificationem per literas reditus.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
- 2 Quando exceptio usurarum retardet repetitionem.
- 3 Ad justificationem cambiorum sufficiunt litora reditus.
- 4 An admittantur alie species justificationum sine literis.
- 5 An ex pacto justificatio fieri possit cum solis libris creditoris.
- 6 Et quatenus id non sufficiat, cum data aliunde justificatione, reneatur creditor stante dicto pacto justificare etiam cum libris.
- 7 An facultas cambiandi, vel mandatatum susceptum ad cambiandum expiret per mortem.

**R**elaxato mandato per A. C. ad instantiam Olignani contra Vanninum pro sorte principali scut. mille auri, & quodam residuo cambiorum, prævia istorum justificatione cum literis responsivis vulgò nuncupatis del ritorno, interposita per debitorem appellatione in Signatura ad effectum gustandi de justitia, vel injustitia, ex cujus respectivè fumo resultare solet rescriptum cum clausulis translativis executionis, vel sine respectivè, deducebatur per eundem appellatorem injustitia ex defectu justificationis, vel quia literæ non essent benè recognitæ, vel quia illæ non fuissent, nisi etiam exhiberentur ex parte creditoris libri, ex quibus illæ administratæ remanerent, vel saltem alia concurrerent adminicula tollentia suspensionem antidaræ, & quod de presententi confici potuerint, potissimè dum in instrumento cambiaderat pactum, ut super eorum realitate & cursu staret deberet libris ipsius creditoris, quem ita dicebant scribentes in contrarium in se assumptisse onus conficiendi ac retinendi librum proinde exhibendum.

Et huic exceptioni addebant alteram expirati mandati, seu facultatis datæ ad cambiandum per mortem Joannis Andrea Olignani, cum quo contractus initus erat, & ex cujus persona Joannes Matthaus nepos tanquam hæres agebat.

Obiectum non benè factæ justificationis literarum de facili sublatum fuit, quoniam in hoc Signatura rescriptis A. C. ut iterum audiatur, & denuo recognoscere faciat spaccia pro tollendis suspensionibus, quæ dabantur ad versus testes super dicta recognitione examinatos, qua recognitione plenius & clarius sequuta, cum judex iterum decrevisset mandari expeditionem, denuò adita fuit Signatura super dictis aliis punctis, quæ rescriptis de appellatione in Rota, cum clausula, si quid exequerandum, quod rescriptum in effectu aliud non produxit nisi dictam dilationem, quoniam debitore, vel ejus hæredibus non curantibus infra biennium acta transportare, ob appellationis desertionem exequutio consumata fuit, ad versus quam se opposuit ejusdem debitoris uxor creditrix pro ejus dote quam vis posterior, potioritatem præterdens in bonis exequuris tanquam postea quaestris, & hoc reddidit de facto inanem dictæ executionis effectum, atque in hoc statu causa pender.

Pro creditore scribens, cum sensu etiam veritatis, parum probabile dicebam hoc rescriptum saltem circa sortem principalem, quoniam vel exceptiones verè nullam substantiam habebant, vel negari non poterat esse satis turbidas, quod sufficit, ut exceptio imputationis cambiorum jam solutorum in sortem principalem retardare non possit istius restitutionem; Licet enim juxta firmata, dec. 69. p. 9. rec. Rota & Curia in ea resideat opinio, quam ego quoque probabilioris cenfeo, quod usura indebitæ repetendæ non sit cum ordinaria actione conditionis indebiti, ut aliorum est opinio, sed extenuent sortem ipso jure, quoniam in materia usuraria compensatio non intrat ope exceptionis, neque expectat debitoris oppositionem, quæ juris ministerio illud inesse dicitur, Attamen id procedit, ubi certum est usuras, seu accessiones solutas esse usurarias & indebitas ex ipsorum actorum inspectione, quia nempe in proposito cambiorum nulla detur eorum justificatio; Secus autem ubi id præterditur per exceptiones dubias & altioris indaginis, cum tunc præsumptio potius urgeat pro validitate cambiorum solutorum, quia nemo præsumitur jactare suum, ideoque talis turbiditas operativa solum est circa ipsa cambia decursa, & non soluta, super quibus creditor processum exequivum intentasset, secus autem circa sortem principalem certam & liquidam, quoniam esset retardare executionem debiti liquidi & certi per exceptionem turbidam & illiquidam, ut ita distinguendo firmatur præsertim per Rotam in Romana pecuniaria 18. Junii 1646. & 7. Junii 1647. coram Corrado, utrobique in fine 23. Martii 1648. coram Melio & in aliis, & hæc est consueta praxis Signaturæ.

Revera tamen neque turbidæ dici poterant exceptiones, sed potius clara videbatur earum infubstantia, quoniam quatenus pertinet ad punctum justificationis nimis receptrum est in Rota & Curia, ad illam sufficere solas literas responsivas, seu reditus vulgò nuncupatas del ritorno, quæ per necessitatem antecessas præsupponunt alias missivas vulgò nuncupatas dell' andata, pœnès correspondentes remanere solutas, ideò non de facili habentur, ut dec. 304. n. 2. in fine. par. 4. rec. dec. 274. n. 6. par. 5. dec. 171. n. 1. par. 7. Romana discussionis 26. Junii 1630. cor. Coccino, Romana cambii 19. Ju-

nii 1651. cor. Royas inter suas, dec. 457. in quibus in specie abfque libris, vel aliis adminiculis, cum solis literis prædictis justificatio admissa fuit.

Et licet apud Buratt. dec. 603. Merlin. dec. 636. Romana cambii 1. Julii 1658. Melio, alia Romana cambiorum 14. Junii 1660. coram Verospio, & in plerisque aliis, quæ per scribentes cumulabantur, ad ejusdem realitatis justificationem habita fuisset ratio de libris creditoris, vel mercatoris, qui cambia giravit, legaliter & mercantilliter tentis, sive de aliis adminiculis, quorum plura in proposito ponderata habentur in Romana cambii, de Sfortiis, disc. 6. Attamen id fuit ad superabundantiam, ac forsitan ad suppleendam aliquam exceptionem, quàm juxta individuum casuum particulares circumstantias literæ pati posset, non tamen inde sequitur id esse præcisè necessarium, quoniam Pius V. in ejus Const. 118. sola literarum transmissione cum subsequuta effectuione per literas responsivas probata contentatur, neque ullibi cautum est, creditorem teneri ad libri confessionem.

Insistebant scribentes in contrarium super pacto, per quod dicebant creditorem suscepisse istud onus, quod aliàs de jure sibi non incumbere admittebant, sed verè vanum fundamentum erat, quoniam cum juxta plurimum opinionem extra Curiam Romanam fortè magis communiter receptam, stante pacto, soli libri creditoris, vel campfortis deputati sufficient ad justificationem, ut latè firmant Rovit. conf. 103. lib. 2. Turr. disp. 3. q. 10. n. 12. & habetur sæpius deductum hoc titulo; Idcirco ex consueto notariorum formulario istud pactum pro majori cautela & in gratiam creditoris adjectum solet, qui potuit non uti, ut punctualiter præctacum habetur apud Merlin. d. dec. 636. post n. 1. vers. Nec in presententi, ubi in puncto hoc obiectum tollitur. Eset enim aliàs contra principia retorquere in odium, & præjudicium id quod pro favore, ac majori cautela creditoris in pactum deductum est, & sic libri quatenus per creditorem, vel scripturalem conficiantur, satis quidem prodesse possunt, etiam retenta opinione Rotæ & Curia, pro supplendis quibuscumque exceptionibus, vel defectibus, quæ circa literas adesse possent, Nullatenus vero dicendum est eos esse necessarios, quoniam rectè negligere possunt id quod ad nostram potioris cautelam introductum est.

Quo verò ad aliud obiectum expirationis mandati per mortem creditoris, deducebam eadem, quæ in Romana cambiorum, disc. 2. & in Camerinen. disc. 4. & in aliis hoc titulo sæpius deducta sunt, distinguendo scilicet inter mandatum voluntarium, quod in solam gratiam mandantis principaliter suscipitur, itaut mandatarius, institoris & ministri potius personam gerere dicatur, & mandatum necessarium datum à debitore creditori in rem propriam, istud enim est irrevocabile, donec sequatur debiti restitutio, unde si non suffragatur revocatio expressa, minus suffragari potest tacita, & præsumpta resultans ex morte debitoris, quia nunquam majoris operationis potest esse tacitum & præsumptum quàm expressum. Atque hæc est distinctio plana, cum qua passim in foro proceditur, potissimè quia hujusmodi facultates cambiandi, quæ creditoribus dantur ut plurimum continent clausulas cæteratas importantes stipulationem pro hæredibus &c.

ROMANA CENSUS PRO FRANCISCO SAULIO ET CONSORTIBUS CUM DUCE SFORTIA.

Casus decus per Rotam pro Sfortia.

De cambiis limitatis cum pacto, ut debitore aliquid non adimplente, cesset limitatio, itaut debeantur cambia currentia, num valeat, Et quatenus sic, An factò casu non implementi, requiratur nova debitoris interpellatio, Vel an per subsequenter receptionem implementi censetur id remissum, itaut non debeantur cambia, nisi ad rationem limitatam.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
- 2 Ubi cambia limitata reducuntur ad currentia, num requiratur nova interpellatio.
- 3 De præsumpta solutione ex l. quicumque.
- 4 Quando per literas non justificetur realitas cambiorum.

- 5 Declaratur conclusio, de qua, n. 2.
- 6 De validitate reductionis usurarum cum pacto, ut debitore non solvendo debeatur ad rigorosam rationem.
- 7 Per implementi receptionem videtur remissum pactum resolutivum.
- 8 In pacto resolutivo non datur purgatio mora.
- 9 An valeat pactum in cambiis limitatis, ut si currentia importent minus, adhuc debeatur creditori summa conventa.
- 10 Pacta non respicientia substantiam cambiis vitiantur & non vitiant.

D I S C. XVI.

Ducissa Elsonora Sfortia de anno 1628. recepit à Saulo & Bezio ad cambium limitatum ad septem cum dimidio pro centenatio scuta 10. mill. auri, & pro satisfactioe cambiorum & recambiorum necnon ratae sortis de semestri in semestre solvendæ in summa scut. 600. assignavit annua scuta 1200. consequenda in majori summa ab Alexandro Pallavicino ejusdem Ducissæ debitore occasione census in sorte scutorum 50. mill. dictæque obligationi accessit, & consensum præstitit idem Alexander, cum pacto, quod si hic etiam irrequisitus deficeret à solutione unius semestris, tunc alio mense elapso, & solutione non sequuta, debitor subjacere deberet cambiis currentibus, quem casum creditores prærendentes factum esse, constituere coeperunt eam debitorum ad dictam rationem cambiorum currentium, pro quibus ac pro sorte detractis aliquis solutionibus, cum remaneret creditores scut. 8645. pro istis de anno 1640. obtinuerunt ser. ser. sibi deliberari ratam dicti census sc. 15. m. ex eo, quem in majori summa scutorum 50. m. dictus Pallavicinus consequi debebat à Duce Alexandro Sfortia cum obligatione Ducis Marii, qui recognoscendo prædictos in dominos, eis solvit scuta 2750. unde redacta sorte ad 12250. pro istorum fructibus ac etiam pro sorte ad effectum deponendi ob non præstitam cedulam bancariam obtinuerunt ab A. C. mandatam exequiturum, adversus quod commissæ causâ per Signaturam in Rota cum clausula si quid exequendum, & assumpta disputatione coram Dunozero sub die 30. Aprilis 1655. negativa proditit resolutio ex negato actorum Dominio dicti census, utpotè indebitè subhastari ac liberati ratione excessus, quod scilicet de eo tempore calculando cambia ad rationem limitatam scut. 7. cum dimidio juxta formam conventionis non essent creditores in tanta, sed in longè minori summa, non obstantè quod ex parte creditorum responderetur cambia justè calculata fuisse ad rationem currentium stante pacto, de quo suprà ex decisione inter illas Dunozerti, dec. 962.

Credidit enim Rota, quod ad effectum ut fieret locus dicto pacto, requiratur nova debitoris interpellatio, per quam sciret purificatam esse conditionem transitum de una cambiorum specie ad alteram, necnon debitor certificatur de voluntate creditoris utendi pacto, seu facultate prædicta, cum aliàs in bona fide continuando credere potuerit casum pacti non evenisse, seu quatenus evenisset, creditorem noluisse dictam facultate uti, innixa decisionibus in Romana cambiorum 24. Junii 1618. coram Manzanedo, & in Anconitana cambiorum coram Carillo, inter suas decif. 282. aliàs dec. 224. p. 9. rec. & in eadem 10. Martii, & 2. Augusti 1649. coram Peutingerio, quarum ultima est impressa, decif. 346. par. 10. rec.

Item quia ut tali pacto locus fieret, opus esset, quod constaret de mora, seu cessata solutione, de qua sequuta potius constare credidit ex præsumptione resultantè à dispositione text. in l. quicumque, C. de apocis publicis lib. 10. cuius dispositio in decisione desuper edita plenè exornatur, ut locum habeat etiam in censibus, & quibuscumque aliis annuis præstationibus, Ac demum dixit omnem desuper difficultatem cessare ob non justificatam realitatem cambiorum, cum literæ redditu ex parte debitorum tunc exhibitæ crederentur nimium suspectæ ob attestatorem plurium affirmantium nunquam in Civitate Lugdunen. adfuisse de eo tempore illum mercatorem Oliverium, cui supponebatur literas transmisit fuisse.

Hoc ultimum fundamentum consistens in nudo facto, quando subsisteret, itaut ex parte creditorum cum facti justificationibus ista suspicio non dilueretur (reflectendo ad veritatem) readdere videbatur resolutionem probabilem, atque ex eo, occasione scribendi prius pro dictis creditoribus in Signatura, quando id per alteram partem motivatum fuit, insinuavi de causæ exitu posse satis timeri; Reliqua verò duo motiva mihi videbantur parum tuta, unde quando

istis tantum resolutio innixa esset, potius improbabilis pro meo iudicio videbatur.

Quatenus enim pertinet ad illud non factæ interpellationis dicebam idem, quod deinde post aliquos annos repetiti ac firmati obtinui in Romana cambiis de Sfortiis supra disc. 6. conclusionem scilicet firmatam in dictis decisionibus coram Manzanedo, Carillo, & Peutingerio, procedere, quando debitum aliàs non usurarium in usurarium converti debet, itaut novam ac diversam naturam assumat, cum creatione novi contractus, in quibus terminis procedunt allegatæ decisiones, præsertim prima coram Manzanedo; Secus autem in hoc pacto, quod non continet transitum de uno contractu in alium, seu diversam cambiorum speciem, hoc enim dicebam videri laborare de æquivoco, dum in iure non habentur cambia limitata, quæ differant à currentibus, sed una est specie cambiis realis, cuius interusura pendet ab eventualitate, quæ potest etiam creditori damnum, ac debitori utilitatem causare; Illud verò cambium, quod per modum loquendi dicimus limitatum, ita nuncupatur, ob pactum per quod convenitur, quod si cambiorum interusura certam limitatam summam singulis annis excederet, illud plus debitori remissum censeretur juxta præcisum casum text. in l. pecunia 9. ff. de usuris, & quam conventionem validam indubitate firmant Rodriquez de annuis redditibus lib. 2. cap. 14. n. 7. Cenc. de censib. qu. 57. n. 28. Duard. eodem tract. §. 4. quæst. 35. num. 1. & in terminis pensionis Buratt. decif. 528.

Quo posito resultat, nullam aliam interpellationem requiri, quoniam hæc non est pœna, vel caducitas, seu altera moræ effectus, aut conversio debiti in novam diversamque speciem, seu naturam, sed est cessatio donationis, seu remissionis illius pluris, ob cessatam, seu non purificatam conditionem, sub qua illa facta erat juxta terminos textus in l. 1. C. de donat. qua sub mod. cum similibus, ut bene probat text. in d. l. pecunia, & est deductum in dicta alia Romana, disc. 6. Ita etenim videtur certa veritas, quoniam si ab initio absque alia interpellatione poterat creditor convenire de cambiis currentibus, atque dictam remissionem non facere, hinc proinde nulla subest ratio, cur si poterat totum negare, non potuerit quod dabat sub certa conditione auferre.

Alterum fundamentum fuisse considerabile, quando per veras probationes justificaretur id, quod præsumptivè Rota firmavit, quod scilicet creditores post factum casum pacti, adhuc perseverassent in exactioe semestrali ad formam conventionis, tam pro eo semestri, ob cuius defectum dicto pacto factus erat locus, quàm in aliis subsequentibus, idque non ratione purgationis moræ, in qua pro altera parte scribentes insistebant cum illis terminis generalibus, quos habemus in materia emphyteutica, quoniam hæc non est pœna moræ, sed est purificatio conditionis; Ex qua ratione recepta est propositio, quod adversus pacta resolutiva dicta purgatio non intrat, cum agatur de non consequendo commodo ex deficientia consensus, Gratian. discept. 786. in fine Gregor. dec. 559. num. 6. dec. 203. num. 19. & 20. par. 6. rec. sed tanquam ex observantia declarativa voluntatis, quod scilicet ille, cui adimplendum erat in tempore, recipiendo post tempus, & ad formam primæ conventionis, continuando non curaverit de resolutione, atque non implementum ita remittere voluerit.

Sed cum dicta solutio deduceretur præsumptivè, non poterat exinde ad dictum alium effectum inferri, quoniam ita esset multiplicare specialia, seu præsumptiones, quod in iure non conceditur ad notat. in l. 1. C. de dotis promissione, cum concordantibus per Barbof. axiom. 211. defuit tamen occasio ista maturius examinandi, cum vel ob subsequentem concordiam, ut est probabilius, vel quod creditores non potuerint dictam spacciorum suspicionem tollere, causâ ulteriorem progressum, quod sciam non habuit.

In proposito autem hujusmodi limitationis cambiorum, consueta formula est, quod limitatio respicit solum excessum, quod scilicet si interusura excederet certam summam, illud plus censeretur debitori remissum, E converso autem, si ad eam non ascenderent, non posset creditor exigere, nisi id, quod verè illorum cursus importat; Verùm in Romana cambiis pro Vecchiis cum Parisano disputata coram A. C. pacti formula erat diversa, dum conventum erat, quod si cambia excederet septem pro centenatio, illud plus cederet ad damnum creditoris, si verò essent minus, cederet ad damnum debitoris. Ex hac enim pacti forma tendebat debitor cambium esse siccum & usurarium, utpotè continens lucrum certum, unde propterea prætendebat ad nulla cambia teneri, etiam ad eam minorem rationem,

nem, sub qua in mundinis cucurrerant; Verùm contrarium, me pro creditore scribente, iudicatum fuit, pro illo in mundinis currisse justificabatur, dum ex subsequuta observantia particulari cum eodem debitore, atque ex generali eorumdem creditorum in multis, ac multis contractibus, qui exhibebantur cum diversis, detegebatur id tribuendum esse errori Notarii, non autem ipsorum creditorum depravata voluntati.

Et ulterius dicebam, quod cum cambia postea illorum realitate, in substantia sicut licita, hujusmodi pacta alternativa utpotè formam, vel substantiam non percutientia, non vitiant, sed potius vitiatæ remanent, ut receptum habemus circa pacta rescissoria, & similia in censibus, ex pluries deductis in sua materia sub eod. tit. Ac etiam in excessiva, vel aliàs alterata conventionem fructuum recompensatorum, seu interusuriorum lucris cessantis, vel damni emergentis sub tit. de usuris; Et in specialibus terminis cambiorum habetur in Romana locationis vena ferri infra, disc. 24.

Dicebam etiam tanquam Advocatus, quod non esset ponere os in Coelum in substinenda hujusmodi conventionis validitate, quia cum incertum sit quantum cambia interusuriorum importare possint, prohibitorum non videtur contrahentibus super hujusmodi incertitudine inire concordiam, per quam uterque æqualiter potest se habere ad commodum, & ad damnum, dum cambia possunt importare multo pluris, unde propterea debitor ita reportaret commodum compensandum cum damno, quatenus importaret minus, ad generaliter notata in l. fideicom. & l. Praeses, C. de transact. & in specialibus terminis usurarum, seu interusuriorum, ut quoties eorum substantia in universum est licita, prohibita non sit concordia super incerto futuro eventu, Leorat. de usur. q. 90. n. 41. & habetur pluries sub tit. de usuris; Verùm istud fundamentum mihi videbatur periculosum, quoniam ita esset sub sola verborum figura introducere cambium siccum, atque dare in creditore pecuniario lucrum semper certum absque periculo damni, & diminutionis fortis principalis, qualis qualis enim esset conventio, illa percutit solum quantitate lucris, per creditorem assequendi, unde si plus, sive minus obtineat, semper est lucrum certum, quod licet Morales admittant sub illa specie trium contractuum, de qua in Firmana sub d. tit. de usur. disc. 1. attamen in foro externo recipiendum non videtur ex ibi deductis; Ideoque in præsentia, quamvis pro creditoribus scribens, stante præsertim istorum observantia tam generali cum aliis debitoribus, quàm speciali cum isto, dabam manus, ut aliud eis non deberetur, nisi id quod verè importarent cambia secundum cursum mundinarum, ut sequutum fuit.

ROMANA CAMBIORUM,  
SEU REPETITIONIS  
PRO ALEXANDRO MUSCA, ET CÆSARE  
COLUMNA.  
CUM MARCHIONE GINETTO.

Casus disputati coram A. C. & resoluti ut infra.

De cambiis ab initio limitatis ad certam summam, & ita exactis, An restitui debeant, quatenus cursus mundinarum ranti non importasset. Et quid ubi super dicto cursu esset diversitas inter mundinas, & plateas, cuius sit electio, An debitoris, vel creditoris.

Et debitor in se assumens onus transmittendi spaccia & girandi cambia, quatenus id non sequatur, ita ut cambia debeantur loco damnorum & interesse, An in istorum calculo haberi debeat ratio provisionum, vel potius istæ sint detrahendæ.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Cambium limitatum intelligendum est, si currentes excedat, non autem sit minus.
- 3 A cambiis, que sine spacciis debentur per debitorem loco damnorum, & interesse detrahuntur provisiones.
- 4 De validitate conventionis, ut provisiones cedant commodo creditoris, vel deputantis scripturalem.

Card. de Luca, Lib. V.

- 5 Quomodo probetur cambiorum cursus, & quod non excederint certam summam.
- 6 Pœna conventionalis de iure canonico non exigitur ultra quod interest.
- 7 De ratione substinendi cambiorum validitatem, & ob quam admittenda non est platearum incertitudo.
- 8 Quando creditor excusetur à restituendis cambiis excessivis per debitorem sponte solutis.
- 9 Bona fides, seu credulitas quando in materia usuraria excuset.

D I S C. XVII.

Pro Alexandro, & Cæsare, diversis tamen temporibus, & coram diversis eisdem Tribunalis A. C. iudicibus, eundem punctum cum eodem creditore disputavi, cum aliqua tamen diversa circumstantia; Cum enim Marchio Ginetus aliquas respectivè pecuniarum summas prædictis dedisset ad cambium limitatum septem pro centenatio, cum cautela, seu formula moderna liberante creditorem ab onere & cura transmittendi spaccia, & justificandi cambiorum realitatem, transfundendo tale onus in ipsos debitores, qui se obligaverunt cambiare per mundinas Novarum & Placentiæ, & in istorum defectum per quascumque plateas & mundinas Italiæ, & extra, Alexander per plures annos, absque aliqua literarum transmissione, vel cambiorum giro spontè solvit singulis annis cambia ad dictam conventionem limitatam rationem; Cæsar verò ad illorum solutionem una cum sorte pulsatus, opponens de diminutione, ex eo quod interusura cambiorum per dictas mundinas, detractis expensis provisionum, ad tantam summam non ascenderent, eum in promptu id non justificaret, atque reputaretur exceptio altioris indaginis non habilis ad retardandam executionem obligationis Cameralis, coactè de mandato Iudicis, & cum protestatione solvit, deinde verò uterque respectivè diversis temporibus, & sub diversis iudicibus eisdem Tribunalis A. C. opposuit de repetitione ejus, quod excessivè solutum erat.

Et scribens pro utroque debitore, dicebam eorum intentionem esse fundatam in pacto claro (de natura etiam contractus, & communi observantia subintelligendo, quatenus non adesset pactum) ut cambiorum limitatio intelligeretur respectu excessus, quem ita creditor debitori condonare dicitur, non autem ubi cambia verè ad tantam summam non ascenderent, cum tunc nullus subesset legitimus titulus exigendi dictam summam excessivam, quæ ita remaneret tanquam cambium siccum.

In calculo verò hujusmodi cambiorum, dicebam habendam non esse rationem de expensis provisionum solvendarum correspondentibus, vel scripturalibus, quoniam stante defectu transmissionis literarum, ac realitatis cambiorum ad formam Constitutionis Pii V. absque dubio cambia exigenda non potuerant tanquam cambia, sed solum tanquam damna & interesse ob non impletum susceptum mandatum juxta decif. 7. post Salgad. de qua hoc titulo sapiunt, ideoque creditor præterdere non potest, nisi quantum sua interest, ac si factum promissum verè sequutum, & impletum esset ad text. in l. 1. C. de eo quod interest, ubi communiter scribentes, Leorat. de usur. qu. 75. num. 6. & 11. & omnes, ideoque si debitores verè curassent cambia girari, passi quidem essent etiam interusura provisionum, quas solvere debuissent correspondentibus & mercatoribus, qui scripturam tenuissent, nisi aliter cum eis convenissent; sed hoc nihil intererat creditoris, ad cujus commodum aliud cedere non debuisset, nisi id quod importabat interesse cambi pendens ab aggio, seu valore auri.

Et quamvis scribentes pro creditore replicarent, prohibitorum non esse creditore ex conventionem cum correspondenti in ejus gratiam modica portione contento, sibi ipsi, & ad ejus commodum applicare provisiones, quas nihil debitoris interest ad unius, vel alterius commodum cedere, dum semper ipse est illatum debitor juxta dec. 45. p. 4. rec. tom. 2. & in Romana cambiis, 23. Novemb. 1659. cor. Verospio, §. provisiones, de qua causa supra, disc. 1. & 2. Attamen hoc potius retorquebam, dum id claritius debitorum intentionem fundabat; cum enim eis incumberet correspondentes, seu scripturales sibi bene viros eligere & deputare, idcirco ex eadem ratione, ex qua quando creditor id agit, potest ita cum eis convenire, potuissent quoque id facere ipsi debitores, cum ratio esset eadem, proindeq; dicebam imputandum esse creditori, cur accedente pacto ex communi formulario apponi consuevit, quod debitor susceptum mandatum non adimplente, esset in facultate ipsius creditoris id agere, usus non sit tali facultate, qua mediante

diante ipse reportare potuisset istud majus lucrum, quod videtur compensandum cum eo incommo- do, quod creditor patitur super spaciorem transmissio- ne, ac onere, quod tali casu habet, justificandi formiter requisita realitatis, a quibus omnibus in alio casu relevatur. Et ob quod onus evitan- dum inolevit dicta cautela transfundendi idem onus in debi- torem, sed pariter cum rationis fundamento inolevit usum tam dicti Tribunalis quam aliorum & Signaturæ, detrahendi ab hujusmodi cambiis debitis loco damnorum & interesse dic- tas expensas provisionum, quas debitor ira evitare potuisset, etiam si verè cambia girata essent, dando aliquam modicam recognitionem correptionali.

Major dispartio fuit super dictæ negativæ probatione, quoniam licet ex parte debitorum cum attestacionibus mercatorum, & exractionibus partiarum à libris nuncupatis *Suarzia foglio di fiera*, benè justificatum esset cambia per dictas nundinas Novarum, & Placentiæ, facta nundina- rum, seu annorum peraquatione, importare ad rationem quatuor cum dimidio circiter pro septenario, Replicabant tamen scribentes pro creditore, id non sufficere, stante pacto in instrumento adjecto, quod in casu non implementi, teneretur debitor ad damna, & interesse ad rationem cambiorum juxta pretia quarumcumque feriarum, vel platearum creditori magis placitarum, ideoque inferebant, quod ira poterat creditor dicere velle assequi ea majora cambia, quæ decurrerunt per plateas Venetiarum, Neapolis, Lugdu- ni, &c. itaut hæc sola possibilitas sufficeret pro excludenda repetitione indebiti, ut ad cuius effectum ejus perfecta & concludens probatio requiritur, excludens contrariam possibilitatem.

Hoc fundamentum, licet quandoque in isto Tribunali admittitur, & à Signatura canonizatum sit, mihi reflecten- do etiam ad veritatem, non videbatur tutum, quia cum sus- ceptum onus cambiandi esset per dictas nundinas Novarum & Placentiæ, non potest fictio excedere veritatem, neque creditor ob non implementum plus prætere mere potest, quam si verè illud sequutum esset, cum aliud non sit interesse, nisi ficta suppletio veritatis, Unde cum debitoris electio esset cambiandi per dictas nundinas, atque si id sequutum esset, aliud lucrum creditor reportare non potuisset, nisi quantum verè dictarum nundinarum interusura importasset; Hinc proinde absolutum videtur damna, & interesse hujusmodi veritatis suppletiva, non posse plus importare, nil obstante pacto prædicto, quoniam ita continere diceretur meram pen- nam, obligando debitorem ad solvendum plus quam credi- toris interesset implementum ad formam conventionis sequu- tum esse, quæ poena de jure canonico, præsertim ubi usuræ suspicio cadere potest, non exigitur, ex deductis per Sperel. dec. 131. *Leotar. de usur. quæst. 38.* & plenè in *Romana appal- tus vena ferri subtit. de Regalibus, disc. 117.* ubi de hac ma- teria poenæ conventionalis.

Aliam item ponderabam rationem dicti pacti improbativam, quoniam ratio, quæ hujusmodi contractum cambi- um sustinet, unice consistit in eventualitate, ex qua creditor, ac respectivè debitor ad lucrum & damnum se habere pos- sunt juxta *cons. 238. Romani*, & habetur *hoc tit. sapius*; Hoc autem requisitum ita omnino cessaret, quoniam si in desti- natis nundinis interusura cambiiorum curterent magna, itaut creditor esset in lucro, istud ille obtineret, E converso autem, si ejus damnum resultaret, illi non subjaceret, unde debitor esset semper in damno absque spe lucri, quod proprie facit cambium siccum, & usurarium, ut advertitur infra in *Romana locatōnis vena, disc. 24.*

De plano hæc procedere credebam respectu Columnæ, qui de his opposuerat, atque coactus de mandato judicis cum protestatione solverat; Difficultatem autem habebam, qualem etiam habuit judex, atque eventus cause docuit cum Musca, qui spontè solverat, quoniam ut aliàs super eodem puncto & coram eodem Judice deduxeram in *Romana cam- bii* pro Petro Marchesio, de qua causa actum habetur *sub tit. de credito* (ira etiam Signatura probante) quando debitor spontè solvit, atque id, quod solum est, amplius non extat, nec in specie, nec in æquipollenti, itaut de tempore detectæ malæ fidei dici non possit creditorem remanere locupletio- rem, tunc dictæ repetitioni locus denegandus videtur, quoniam creditor potuit justè credere tanti cambia importasse, cum non sit verisimile debitorem voluisse spontè solvere in- debitum, nisi ipse esset mercator, qui cambia vere girasset, itaut illorum cursus certam notitiam haberet.

Quamvis enim in materia usuraria in foro externo non admittatur executio bonæ fidei, seu diversæ credulitatis jux- ta *decis. Seraph. 1006. & passim*; At tamen id procedit, ubi

actus peccat in forma, atque est de per se illicitus & usura- rius, quamvis à creditore legum ignaro licitus crederetur, cum juris ignorantia in proposito non excuset, puta quia credit cambia posse deberi etiam sine justificatione realita- tis cum spaciis, vel credat censum esse validum quamvis non servata forma Bullæ Pii cum similibus, secus autem ubi actus in substantia est licitus, ac sola differentia est in majori, vel minori quantitate, cujus certitudo pendet ex facto creditori verisimiliter ignoto, & quod ex debitoris obser- vantia justè credere potuit esse tale, itaut ignorantia sit facti, & non juris, ex iis quæ habentur *sub tit. de usuris præsertim in Baren. census disc. 17.* & in aliis, ac infra in *Romana* pro Piphero, & Marefcorto.

ROMANA CAMBII DE BISCIIS PRO JOANNE PAULO SANSONIO, CUM FRATRIBUS DE BISCIIS.

Causa decisus per Rotam pro Bisciiis.

An contractus cambi sit licitus clericis, Et qua- tentis non, An id impediatur cursum cambiorum, ne à debitore peti valeant.

Si campsor, qui deputatus est ad transmittenda spaccia, aliaque gerenda cambiigirum concer- nentia, efficiatur ex cessione creditoris ejusdem cambi dominus, seu utilitarius, An ex hoc cessata dicatur ejus facultas, stante quod in contractu data non est facultas creditori cam- biandi cum se ipso.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Facultas cambiandi non censetur data cum seipso.
3 Data uni, an prosit ejus cessionario, & quando non.
4 Clericus an possit facere contractum cambi, & n. 7.
5 De eadem conclusione, de qua n. 3.
6 Quando in hac materia dicatur electa industria per- sona.
7 De eadem conclusione, de qua num. 3. Et de negotiatione clericis prohibita, vel permissa.
8 Quod cambi contractus non veniat sub negotiatione clericis prohibita. Et de ratione.

D I S C. XVIII.

V Annus certam pecuniarum quantitatē scutorum 1700. dedit ad cambium Bernardino Biscii in Romana Curia Prælatori cum obligatione matris & duorum ejus fratrum, atque pro dicti cambi giro deputatus fuit Sansonio in Urbe negotiator, Vannius autem deinde declara- vit dicti cambi commodum & incommodum spectare ad Larizzam, de cuius pecunia initum erat, ipsumque habe- re nudum nomen, atque Larizza post aliquod tempus il- lud cessit Sansonio, qui ab A. C. pro sortis, & partis cam- biorum restitutione mandatum executivum obtinuit con- tra dicti Bernardini interim defuncti matrem & fratres co- obligatos, & commissa causa in Rota cor. Bevilacqua cum clausula, *Si quid exequendum*, pro denegacione executionis contra creditorem responsum fuit sub diebus 7. Junii 1662. 5. Martii 1663. 28. Februarii 1664. & 29. Januarii 1665. Plura verò fuerunt dictarum resolutionum fundamenta, il- lud præsertim causæ, vel factæ, ineptæ, seu non utilis, vel saltem non damnosæ, quæ ex Statuto Urbis 151. requiritur in contractibus minorum & mulierum ex deductis in hac eadem causa *subtitul. de contractibus in genere*, Quatenus verò ad istam cambiorum materiam pertinet, ex duobus fundamentis dictum fuit cambia non deberi, respicientibus tamen ipsa cambia, non autem debitum sortis principalis, primò nempe ex defectu facultatis cambiandi in Sansonio, postquam ex cessione Larizzæ effectus est creditor, seu cam- bii dominus, ob regulam, de qua *decis. 31. & 32. post Turr. de cambiis*, & in aliis sæpius, ut facultas cambiandi cum se ipso egeat nota speciali; Quamvis enim dicta facultas cambiandi etiam cum se ipso data esset Vannio cum quo contractus initus fuit, dicitur tamen illam restringi ad perso- nam, neque potuisse alteri cedi, potissimè dum idem Van- nius neque aliquam cedendi potestatem habebat, minùque cambiare poterat, dum declaraverat se nudum nomen habe- re, unde eo ipso, quod talem declarationem tegerat, omnia suum jus cessaverat, illudque ab initio residere censebatur in per-

persona Larizzæ; Et secundò ex inhabilitate creditoris man- datarii, qui tanquam clericus, qualis erat Larizza cambiare non poterat, vel jus cambiandi alteri cedere, dum clericis potissimè in factis negotiatio & mercatura interdicta est, *cap. ejiciens, & cap. negotiar. 88. distinct. cap. fin. de vira & ho- nest. cleric. cum aliis per Grass. de effect. Cleric. effect. 6. n. 1.* Quicquid autem sit de primo fundamento circa defectum causæ per statutum requisitæ, sub cuius velamine forsân res- solutiones non omnino improbabilis dici possent ex facti cir- cumstantiis resultantibus à qualitate Bernardini debitoris, & ab illa aliorum fratrum in ejus causam obligatorum, & quod fuit potissima causa resolutionum.

Quatenus tamen pertinet ad alia fundamenta, reflecten- do etiam ad veritatem, parum probabilia videbantur, Tum quia percutebant solum impedimentum cursus cambiorum non autem restitutionem sortis principalis, pro qua etiam executio denegata fuit in toto, cum in eam dicta motiva nullatenus influerent nisi pro ea rata, quæ ex cambiis solutis tanquam indebitis diminutionem pateretur, Tum clariùs, quia quoad primum motivum deficientis potestatis cam- biandi cum seipso, ut dictum est in *Ravennaten. seu Faventina cambi, disc. 22.* & in aliis sæpius, hoc non est vitium in- trinsecum ipsius contractus respiciens ejus naturam, vel essentiam, itaut illum reddat illicitum & usurarium, sed est solum præsumptio deficientis voluntatis, quæ non solum expressè, sed etiam conjecturaliter & præsumptivè, sive à priori, sive à posteriori probari potest. Quorum utrumque in præsentem concurrebat, quoniam in ipso contractu ini- rio, debitor ei quem putabat creditorem, dedit expressam facultatem cambiandi etiam cum seipso, ergo id non abhor-ruit; Et ulterius postquam seivit cambium non ad primum, sed ad alios respectivè pertinere, adhuc cambia persolvit, ergo declaravit nullam habere repugnantiam, cur magis uni quam alteri talem facultatem præstare voluerit, quæ repu- gnantia in dubio non præsumitur, Undè propterea rece- ptum habemus damnatam non esse simulationem personarum utpotè debitoris non præjudicalem, cum facultas direc- ta videatur in eam personam tanquam creditorem, non autem ratione alicujus particularis affectionis, sive ob ele- ctam industriam personæ.

Ideòque motivum personalitatis cum regulis & doctrinis generalibus sortè extraneis deductum in decisionibus desuper editis parum subsistens videtur, cum id procedat in eo man- datario, qui in gratiam mandantis tanquam nudus admini- strator electus est, & cui mandans suam pecuniam traficandam confidere voluit, alteri forte non crediturus, quod in hac materia cambiorum applicari forsân posset illi contractui, per quem quis alteri sub nomine instituit, seu alterius tituli dat pecuniam ad traficandum super cambiis, juxta casum, de quo in *Mediolan. camb. dec. 304. & dec. 556. p. 2. rec.* Sed ubi mandatum est necessarium, atque in gratiam ipsius credi- toris pro ejus reintegracione, seu indemnitate, tunc verè non videtur, ubi hoc personalitatis motivum figat pedes.

Quo verò ad alterum fundamentum clericatus, illud pariter minoris ponderis videbatur, quoniam prohibitio mercaturæ in clericis non importat inhabilitatem ad assequendum sed solum poenam circa retentionem, quod scilicet quicquid ex mercatura, & negotiatione acquisitum est per clericum, ab isto tanquam indignè & turpiter quæsitum aufert fiscus ecclesiasticus jure spoli ex illicita negotiatione resultantis juxta Constitut. Pii IV. Utenim firmant Abb. in *cap. vela- tum, il secondo de restam. num. fin. & ceteri*, de quibus Azor. de *spol. cap. 2. in secundo quæstio post tract.* Redoan. de *spol. in illis parva impressione fol. 605. Molin. de contract. disp. 342. num. 1. Molphes. in summa de contract. cap. 4. nu. 128. Galt. de cred. cap. 2. tit. 7. n. 2134. & seq. Carol. de Grass. effect. cle- ric. 6. num. 16. & 17. acquisita per clericum ex negotiatione aliàs laicis non prohibita, sed illicita ratione clericatus, sunt de ejus dominio, sibi que acquiruntur, quamvis deinde tan- quam malè quæsitæ, Ecclesiæ, vel hodie Cameræ Apostolicæ applicentur ex dicta Constitutione Pii IV. quæ aliàs iniqua remaneret, si sibi applicaretur id, quod non esset clericorum, sed veniret restituendum eis, cum quibus negotiatio inita est, quod utrius non est dicendum.*

Prætereà, tam istud quam præcedens objectum non per- cutiebant qualitatem usurariam, cujus peculiaris natura, seu privilegium est, ut quicquid sub nomine usurarum, seu ac- cessionum solvitur, illicò in sortem imputetur, sed solum prætendi possit quædam indebiti species, itaut debitor ad cambiorum solutionem adstrictus, jure exceptionis possit se- tueri, non autem ut voluntariè solum repeti possit, sive prætendi imputatio in sortem, unde propterea quatenus re-

Card. de Luca, Lib. V.

solutiones istis fundamentis essent innixæ, semper remane- rent improbabilis saltem respectu denegatæ executionis pro sorte principali.

Ponderabam ulterius auctoritates in iisdem decisionibus deductas percutebre regulam generalem de prohibita clericis negotiatione & mercatura, nullam verò adesse in terminis specialibus probantem contractum cambi illicitam negocia- tionem continere, cum revera talis dici non possit; nam aliàs clericis habentibus pecuniam in uno loco interdictum esset illam pro altero loco cum mercatore, vel quocumque altero cum suo aggio, seu valore unius monetæ cum altera cambiare, quod importaret commercii privationem, & cu- jus contrarium passim per quoscumque ecclesiasticos etiam Regulares & Observantes, qui sint in communi capaces, observatur; Et licet ubi non agitur de cambio, quod consu- matur pro prima vice, sed girare, seu continue debet in cambiis, & recambiis usque ad pecuniæ mutuatæ resolutio- nem, videatur actus mercatoribus potius congruus, unde propterea saltem de facto, atque in communi opinione repu- tatur species mercaturæ clericis illicitæ, ob quam Camerales desuper manus apponunt tanquam ex illicita negotiatione, Nihilominus id potius sequi videtur, vel ex quadam vulgi opinione, vel ratione scandalii, quo cessante non viderur subesse ratio prohibitiva, unde propterea Scaccia de *camb. §. 1. qu. 7. par. 2. ampl. 11. n. 6.* advertit prohibitum non esse clerico mediante aliquo laico, & sub istius simulato nomine suam pecuniam dare ad cambium, quia concurrentibus realitatis requisitis juxta Bullam Pii V. dicitur actus licitus & honestus; Et quemadmodum clericis, & Ecclesiis prohibi- tum non est dare pecuniam ad censum, ita non viderur, cur dici debeat prohibitus dare ad cambium, cum in censu, magis certa videatur accessio salva sorte, quam in cambio, in quo fors diminutionem pati potest; Licet enim in censu fors sit demortua & perpetuè irrepitibilis, in cambio verò elapso statuto termino possit repeti, nihilominus istud credi- toris & respectivè debitoris commodum, vel incommodum compensatum remanet à dicta alia differentia securitatis sortis principalis, & uniformis accessionis, seu utilitatis in fructu, quæ concurrunt in censu, & cessant in cambio, unde propterea alia urgere non viderur ratio prohibicionis, nisi illa scandalii ac opinionis vulgi, quibus rationibus consultum remanet, quando sub aliorum nomine isti contractus cele- brantur; Et consequenter nulla videtur subesse congrua ra- tio, cui hoc assumptum innitatur.

ROMANA CONSTITUTIONIS CAMBII

PRO THOMAS CARENA.

Discursus pro veritate.

An post restitutum sortem possit creditor conti- nuare sub cambiis, & recambiis fructus, seu cambia quæ remanent debenda.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 In censibus & societatis officii solutio in parte non fa- cit cessare contractum in residuo non soluto.
3 Cambia non dicuntur fructus sed pars sortis. De conclusione de qua nu. 2.
5 Ponderantur conjectura ex quibus in proposito partium voluntas desumatur.
6 Cambia limitata quomodo sit intelligenda.
7 Observantia multum in proposito attendenda est.

D I S C. XIX.

Thomas Carena heres Christophori patris, ad effectum solvendi quoddam debitum hereditarium, accepit de anno 1635. scuta mille ad cambium, data creditori fa- cultate cambiandi & recambiandi tam sortem, quam cam- bia usque ad restitutionem; Cum autem Thomas partem cambiorum, ac etiam dictam sortem principalem solvisset; Creditor autem pro quodam residuo cambiorum prætende- re potuisset continue eandem facultatem cambiandi, de- super ex parte Thomæ pro veritate consultus, Respondi ut sequitur.

In terminis præcisus cambi quæstio mihi non contigit in foro disputanda, neque adhuc memoria suggerit tractantes; Verùm firmata per L.D. & Rotam in terminis census, vel societatis officii, rectè his terminis congruere videretur, cum pariformiter agatur de materia pecuniaria, in qua tan- quam in materia dividua eadem est ratio totius quoad ro-



tum, ac partis quoad partem, tantamque affert utilitatem totum respectu totius, quam pars respectu partis, ideoque satisfactio in parte non tollit totum contractum, qui in parte remanente subsistere potest, ut quicquid aliquid dubitaverint, in terminis census firmatur per Cenc. *de censib. quest. 107. num. 4. & seqq. & quest. 110. num. 1. & seq.* ac per tot. Rota apud Merlin. *dec. 822. & 841. Adden. ad dec. 454. par. 4. rec. 1012.* Et in terminis societatis officii *d. dec. 454. par. 4. rec. 1012.* Et in terminis societatis officii *d. dec. 454. par. 4. rec. 1012.* Et in terminis societatis officii *d. dec. 454. par. 4. rec. 1012.* Et in terminis societatis officii *d. dec. 454. par. 4. rec. 1012.*

3 Contrarium tamen in proposita facti specie mihi verius videtur ex eius particularibus circumstantiis; Omissa enim inspectione, an dictae decisiones & auctoritates loquentes de restitutione partis fortis principis, alia fortis parte in suo esse remanente, applicari possint nostris terminis, in quibus non agitur de parte fortis, sed de parte cambiorum, quae fructuum loco haberi videntur, de quo tamen dubitari potest, quia data realitate, cambia & recambia verè non sunt fructus & accessiones, sed habentur loco fortis principalis, quae in qualibet nundina una cum antiquo debito transmittitur, ex deductis per Sured. *conf. 504. num. 35. & seq.* Turr. *de cambiis, disput. 3. quest. 2. & pluribus seqq.* & habetur pluries in aliis hoc eodem titulo, dum alias recambia passim admitti salvari non possent, quia esset dare fructus fructuum, & accessiones accessionum, quod ex veriori sententia est damnatum, salvantur tamen ex dicta ratione, quod illae accessiones efficiuntur fors principalis tanquam pretium monetæ cambiandæ, ut alibi supra, & infra advertitur.

4 Omissa igitur dicta inspectione, moveor ad sentiendum contra creditorem, quia in hoc puncto, an scilicet per solutionem partis debiti cesset in totum contractus, verius est spectandam esse verisimilem partium voluntatem, & an per solutionem, eisque respectivè receptionem intellexerint à toto contractu recedere, remanente residuo in puris terminis debiti, Cenc. *d. q. 107. n. 2. & 4.* Merlin. *d. dec. 69. n. 29. & dec. 822. n. 5. & seq.* Adden. *ad d. decif. 454. par. 4. rec. 1011. n. 91. & seq.*

In casu autem de quo agitur, plura concurrere videntur, ex quibus verisimilis partium intentio fuerit resolvendi totum contractum, & præsertim quia integra fors principalis scutorum mille prout accepta fuit, ita restituta, & de ea reportata quietantia, ita nil penitus remaneret dependendum de ea, quæ verè & originaliter est fors principalis, pro qua contractus initus fuit; Residuale verò debitum ex causa cambiorum, licet ex juris subtilitate & fictione loco fortis ad effectum recambiandi habeatur, de facto tamen & omnium opinione habetur tanquam debitum fructuum, ac etiam Rota sæpius tanquam fructum habere, seu nuncupare solet. Unde non intrat illa ratio, quæ militat in casu dictarum decisionum, in quibus, vel major, vel satis notabilis pars fortis remanebat non restituta.

5 Clarius quia ubi aliqua verè, & originariæ fortis portio debenda remanet, debitor est certus se esse illius debitorem, atque non solvendo dicitur in mora inexcutabili, ex qua æquum non est, ut commodum reportet in præjudicium creditoris volentis illam sortem tenere otiosam, ideoque non mirum si Rota ex æquitate hanc sententiam in dictis casibus sequuta est; Non sic in isto residuali debito cambiorum & recambiorum, quod incertum remanet, ac illiquidum, itaut iuste debitor credere poterit se non esse illorum debitorem, ideoque, vel non intrat mora, vel ab ea excusatur, quia semper excusandus est debitor, qui ante non solvit quam sciret quantum deberet, *l. 3. ff. de usur. l. non potest de regul. jur. cum concord.* per Leotar. *de usur. q. 84. n. 1. & seq.* & est in iure vulgaris propositio.

6 Licet enim cambia sint limitata ad rationem decem pro centenarium, hæc tamen limitatio facta est effectum, ut dictam summam excedere non valeant, secus autem si sint minora, quia tunc in minori summa debentur, ut expresse conventum legitur in instrumento, & est de iure indubitatum, nam alias esset cambium sicum & usurarium, cum iste contractus eatenus ab usura salvetur, quatenus sub se continet periculum, ut nulla accessio, quinimò fortis principalis diminutio & creditoris iactura adesse possit, ut habetur sæpius hoc eodem titulo, Unde propterea dum debitor à creditoribus certificatus non fuit, quid & quantum in singulis nundinis cursus cambiorum importaverit, iuste credere potuit, se ad aliud non teneri nisi ad cambia soluta.

Accedente præsertim contraria observantia deducta ex

longævo creditoris silentio, per quod, per argumentum à contrario, recte intrant ponderata apud Merlin. *d. dec. 822. num. 7. & seq. & dec. 851. n. 5. & 6.* Cenc. *dist. quest. 107. num. 7. & 8.* Adden. *ad d. dec. 450. num. 64. & seq. par. 4. rec. 1011. n. 2.* Atque iniquum esset, ut debitor, qui ex longævo creditoris silentio putat totum solvisse, ac nihil debere, patiatur supplantationem cum longo cursu cambiorum & recambiorum, quem de facili ab initio evitare potuisset, solvendo residuum fructuum, dum totam veram sortem restituere curavit.

7 Considerandus quoque venit sensus mercatorum, quod in cambiis limitatis non datur recambium, ut alia occasione à pluribus mercatoribus peritis & fide dignis audivi; Sed super hoc nihil firmandum duco, cum puncti necessitas postulet.

R O M A N A , S E U  
B O N O N I E N . L I T E R A R U M  
C A M B I I  
P R O F E D E R I C I S F L O R E N T I Æ  
C U M M O N T H I O N O E T A L I I S M E R C A T O R I B U S  
U R B I S ,

Discursus ad veritatem in Congregatione.

Cujus periculo cedat decoctio, An mandantis, seu scribentis literas cambii post illarum acceptationem, vel mandatarii qui literas accepit, & adhuc non implevit, Vel ejus in cuius gratiam scriptæ sunt.

S U M M A R I U M .

- 1 *Facti series.*
- 2 *Quando decoctio scribentis literas cambii cedat damno mandatarii acceptantis, vel adjecti, distinguitur.*
- 3 *Quis in proposito dicatur mandans, & quis mandatarius, & de personarum diversitate in hac materia concurrente.*
- 4 *Consideratur casus novus in questionem, de qua nu. 2.*

D I S C . X X .

Catalanus Bononiæ mercator quasdam tractas fecit Federicis Florentiæ mercatoribus, de quibus jam ab eis impletis dedit in mandatis, ut se reintegrare deberent supra se à Monthiono urbis mercatore ejus correspondenti, cui iidem Federici duas tractas fecerunt de æquivalenti aliorum correspondens solvendas, per dict. Monthionem per Catalanum certioratum acceptatas, unam scilicet sub die 3. & alteram sub die 10. Martii 1663. Cum autem hoc intermedio tempore inter dictas duas acceptationes, sub die scilicet septima ejusdem mensis sequuta esset dicti Catalani mors, quæ ex improvviso ejus insperatam decoctionem, vel detexit, vel accidentaliter causavit, Hinc Monthionus de his certioratus, priusquam etiam primæ tractæ usus maturaret, recusavit eas implere; cumque dictis Federicis principaliter eas impleri interesset, dum alias ipsi reintegrare tenerentur eos, quibus erant directæ, Idcirco in Advocatorum congressu pro eruenda veritate desuper habito distinguebam tractas prædictas, atque super prima dicebam illos bonum jus fore, malum verò super secunda.

Cum enim prima tracta accepta esset sub die 3. Martii, & sic per quatuor dies antequam sequeretur decoctio, ita dicta acceptatio sequuta dicebatur in tempore habili, quando mandatum per mortem civilem mandantis non expiraverat, & consequenter decoctionis periculum erat mandatarii, qui literas acceptaverat juxta *dec. 303. Franchii*, quam cæteri communiter sequuntur, ut constat ex deductis per Capyc. *Larr. consult. 42. n. 10. seqq.* ubi bene & *dec. 196. n. 24. & seqq.* (licet hic incidenter ad aliud propositum ac non multum digestè) *Roc. resp. 17. n. 1. lib. 1.* optime Rota in *Romana liter. Cambii 16. Martii 1640. coram Coccino, in Romana, seu Neapolitana liter. cambii 9. Junii 1653. cor. Duno. inter suas dec. 940.* in quibus agitur de casu controverso, & admittitur in *alia Romana, seu Neapolitana de qua infra.*

Clarius verò ac indubitanter, quia decoctio non proveniebat vivente mercatore ex illa bonorum & effectuum deficientia, quæ per plures dies præcedentes prævideri potest, & frequentius solet, quo casu pro ratione dubitandi intrare potest aliqua fraudis & collusionis suspicio inter mandantem, & eum, cui solutio faciendâ, est ad supplantandum man-

R O M A N A L I T E R A R U M  
C A M B I I  
P R O B E N E D I C T O C A S T A L D O ,  
C U M F R A N C I S C O V I V A R I O .

Casus disputatus coram A. C. & resolutus pro Castaldo, postea ut credo concordatus.

An, & quando adjectus, cui literæ cambii solvendæ sunt in casu non implementi à mandatario, teneatur protestari, aliasque diligentias facere contra istum, ut contra scribentem, seu mandantem habere possit regressum; Et de differentia literarum cambii, quæ scribuntur per Italiam, ab illis quæ scribuntur per Hispanias, Et de voto Cordubæ super cambiis Hispaniarum.

S U M M A R I U M .

- 1 *Facti series.*
- 2 *Haberi non potest regressus contra scribentem literas cambii, nisi factis diligentis cum eo, cui sunt directæ.*
- 3 *De termino literarum cambii per plateas, vel nundinas.*
- 4 *De ratione ob quam requiruntur dicta diligentia.*
- 5 *De differentia inter literas cambii per Hispanias, & de illarum termino, ab illis per Italiam, ut in primis non sit docendum de diligentis.*
- 6 *Tenor voti Cordubæ super cambiis per Hispanias.*

D I S C . X X I .

Benedictus Castaldus de anno 1648. & 1649. diversas pecuniarum summas dedit ad cambium pro Hispaniis Vivario, qui consignavit solitas literas ejus correspondenti directas Matrino Francisco Paravicinio, pagabiles infra certum terminum in eisdem literis præscriptum, cum promissione infra alium terminum docendi in Urbe de subsequuta solutione, aliàs teneri solvere in eadem Urbe, tam sortem quam cambia, seu interesse; Cum autem Castaldus à dicto Paravicinio certioratus esset solutionem sequutam non esse, hinc elapso utroque termino, in vim obligationis camerarum, exequuntivè pulsavit Vivarium excipientem contra ipsum haberi non posse regressum, nisi doceatur de protestationibus, ac diligentis contra eum, qui literæ directæ sunt ex deductis per Scacc. *de camb. §. 7. gloss. 2. num. 3. & §. 2. gloss. 5. num. 201. 318. 326. & 447.* Turr. *de camb. disput. 3. quest. 12. numer. 13. & disp. 2. quest. 13. num. 9. cum seq.* qui per scribentes pro Vivario debitore allegabantur.

Proactore scribens dicebam, quod quicquid esset de dicto assumpto in suis casibus, de quibus allegati loquuntur, difficultas cessabat ex facto, ac defectu applicationis, cum loquantur de literis cambii, quæ scribuntur per Italiam, sive sit per plateas, sive sit per nundinas; Licet enim utroque casu literæ implicitum terminum habere videantur, quoniam ubi sunt per plateas, vel sunt, ut dicitur, à *vista*, & solvendæ sunt in continenti eadem die, qua præsentantur, vel sunt ut dicitur ad usum, & solvendæ sunt intra illum terminum, qui ex communi usu frequentatur inter mercatores, in Italia est dierum 15. à die acceptationis, nisi ex particulari conventionem in eisdem literis brevior, vel longior præscribatur, in nundinis verò sit pro earum tempore, quod est jam præfinitum & certum.

Nihilominus cum in contractu cambii, juxta magis communem & receptam opinionem non detur poenitentia, idcirco ille, qui dedit pecunias, molestare non potest recipientem, ac respectivè scribentem literas, nisi ex capite non implementi, quod habet pro fundamento. moram, ad cuius effectum necessarium est docere de interpellatione; Sive ex alia regula, quod cessionarius acceptans alium in debitorem quamvis pro solvendo & non pro soluto, regressum habere non potest contra cedentem, nisi prius factis diligentis contra nomen cessum, ut ita satisfactum dicatur saltem mandato, quod cessionarius à mandante suscepisse dicitur ad exigendum, ut *dec. 44. par. 11. rec. nu. 12. & pluries sub tit. de cred.* Ea etiam ratione accedente, quod ubi solutio faciendâ est in alio loco quam in illo domicilii utriusque contractantis, ut est præsertim in nundinis, in quibus omnes sunt forenses, ad hoc ut creditor convincere possit debitorem de mora, docere debet se, vel suum correspondens fuisse statuto tempore in loco præscripto promptum recipere solutionem juxta communiter receptam doctrinam, Bart.

in l. *illa* num. 11. ff. de *constit. pecun.* Scacc. dicto, §. 2. gl. 5. num. 201. & 204 cum seq.

Non sic est in cambiis, quæ sunt per Hispaniam, quoniam cum in eis certus terminus præscribatur ut plurimum trium mensium, ut in præsentis faciendi solutionem, & deinde alter terminus aliorum duorum mensium ad docendum de solutione in Urbe. Hinc dictis terminis elapsis contracta dicitur mora juxta terminos text. in l. *magnam*, C. de *contrab. & committ. stipul.* atque dum ipse scribens juxta communem stylium suscepit onus docendi de sequuta solutione, sibi potius incumbit probare suam moræ excusationem, ostendendo fecisse diligentias, & non invenisse in loco adjectum, seu correspondentem, cui solutio facienda erat, quoniam ubi præscripta est certa dies, quæ pro homine interpellat, & constituit in mora, tunc non tenetur creditor ire ad domum debitoris, sed è converso debitor ire debet ad domum creditoris, Scacc. dicto, §. 2. gl. 5. num. 195. & 205. Atque ita aliis in istis cambiis Hispaniæ censuit Rota juxta votum, quod desuper habetur Cordubæ sub die 10. Januarii 1602. approbatum à Clemente VIII. quod cum pluribus exemplis docebatur sæpius practicum in eodem Tribunali A. C. atque à Signatura Justitiæ probatum, cujus voti, cum illud non habeatur impressum tenor talis est.

Nos DD. Andreas Fernandez de Corduba Rota Auditor fidem facimus & attestamus, quod introducta vigere specialis commissionis causa appellationis in Sac. Rota Auditorio coram Nobis ad instantiam R. D. Francisci de Porris appellati à decreto mandati contra eum per A. C. relaxati pro sorte principalis plurium partiarum cambiorum, ac pro fructibus cambii ad rationem scutor. 13. pro primo anno, & septem pro sequentibus annis contra filios quandam Philippum Ravenna, in qua causa pretendebat D. Porris instrumentum cambiorum & recambiorum cum eo per dictum quandam Philippum celebratum, & in judicio productum fore & esse declarandum injustum ex pluribus, & præsertim quia tenebantur mercatores docere de præsentatione literarum cambii, ac eorum diligentius penes eos, quibus litera dirigebantur in partibus præparationem monetæ in eis contentam esse in justam taxationem, atque ad rationem 13. pro centenariis 7. pro sequentibus annis esse excessivam, neque uniformiter taxari potuisse & exequi contra Bullam sel. rec. Pii V. ac per liquidationem interesse servanda esse requisita Pauli de Castro, aliis sæpe à Rota in similibus sequitur. Et ex parte dictorum filiorum replicabatur instrumentum esse licita, quia in cambiis intervenit realis solutio, transmissio literarum cambii eorum correspondentibus, ac intentio & credulitas, quod pecunia illis in Hispania solvi deberet, & promissa solvendi interesse est in casu non solutionis prævia judicis taxatione, & post moram in qua sunt per idem instrumentum debitores absque literarum præsentatione & protestatione de non facta solutione, aut alia interpellatione & diligentia Constituti, præparationemque monetæ in contrariis convenum esse justam, quia talis pro tempore fuit usus & valor, qui in præparatione monetæ attenditur, & dictam taxationem ad 13. pro primo anno, & 7. pro sequenti necdum esse justam ac debitam, sed potius in ea debitores relevari, & mercatores gravari, quia cum ipsi mercatoribus deberetur interesse lucris cessantibus, certum est, quod si juxta debitoris obligationem pecunia soluta fuisset in Hispania tempore debita, & Romam transmissa, multo pluris quam ad rationem 13. pro centenariis tam pro primo quam sequentibus annis lucrati fuissent, idcirco dicta taxatio pro primo anno fit in eo, quod ad minimum lucrari potuissent. Pro aliis vero annis habetur potius ratio contra jus ipsorum mercatorum damni emergentis, quam lucris cessantibus sibi debiti, dum enim ex mora & culpa debitoris non possunt efficere suas pecunias coguntur, ut alii quas præmanibus habent negotiis supplere valeant, pecunias alienas ad cambium alio modo accipere, pro quibus ad minus septem pro centenariis damnum pati coguntur, & ideo taxationem posse semper præsumi formaliter hoc pacto fieri, discutis si que promissis aliis, quam hinc pluries à dictis partibus deductum fuit, attenda gravitate causæ continente in se universam negotium similitum cambiorum de ordine DD. factum verbum cum Sanctissimo DD. PP. qui ad plenum de meritis & statu hujusmodi causæ, ac de similibus cambiis, quæ passim per mercatores residentes in Curia, & Curiales Hispanos fuit certificatus, mandavit procedi in causa in Rota, & justitiam fieri partibus, & die 23. Junii 1601. in Congregatione, qua fuit tentata Sapiencia facta verbo & discussa, an dicta instrumenta cambiorum, quæ communiter inter dictos mercatores & Curiales celebrari solent sub dictis contrahibus, præparatione ac certa taxatione, ac aliis quam præfatis essent licita, vel illicita stante dicta Bulla Pii V. & aliis, quas partes

deducebant, fuit firmatum, instrumenta fuisse & esse licita, neque posse de aliqua illicita possessione redargui.

Cumque pro parte D. Porris post istam resolutionem fuisset porrectum memoriale eidem Sanctissimo, & per Sanctitatem suam remissum Reverendissimo D. Seraphino Decano, ad effectum ut Beatitudinem suam super resolutione capiendam in hujusmodi negotio cambiorum alloqueretur, resolutione per eum facta, Annuit nihil esse innovandum, & ideo dicta cambia inter mercatores & Curiales juxta dictum consuetum stylium in instrumento cambii coram nobis producto, solito in Curia celebrari, posse continuari, quod si aliquis contractus cambii aliter quam præter stylium qui nunc viget, factus detegeretur censetur illicitus, & quia propter eam de ordine Sanctissimi nihil erat in præmissis innovandum, res remansit integra, prout ante litem motam absque quod in causa amplius procederetur. In quorum omnium & singulorum testimonium Nos Auditor & Judex antedictus ad instantiam eorumdem subscripsimus, & sigilli nostri impressione munivimus. Datum Romæ in Sedibus nostris die 10. Januarii 1602. Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Clementis Divina Providentia Papa Octavi, anno xi. A. Corduba Rota Auditor manu propria.

NEAPOLITANA LITERARUM CAMBII PRO HIERONYMO CASTALDO CAMERÆ APOSTOLICÆ CLERICO CUM GUBERNATORIBUS ARRENDAMENTI OLEI ET SAPONIS NEAPOLIS.

Responsum in causa extra Curiam, incertus est exitus.

De regressu competente contra scribentem literas cambii ob illas non impletas à mandatario, An & quando cesset ob protestationem non factam in tempore, præsertim in Regno Neapolitano stante dispositione pragmaticæ 6. de literis cambii, & de processu executivo desuper competente, S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Pro literis cambii competit via executiva, tam contra acceptantem, quam contra scribentem in casu regressus.
3 In Regno clarius per Regiam pragmaticam.
4 Quando exceptio turbida admittatur adversus actionem claram, & quando replicatio sit potius turbida.
5 De intelligentia pragmaticarum Regni super literis cambii.
6 De non usu legis ejusdem interpretatio, ad differentiam non usus præscriptivi.
7 An dicta pragmatica efficiant Ecclesiasticos, quibus literæ cambii solvenda sunt.

D I S C. XXII.

Cum quidam minister, seu correspondens Gubernatoris cum Arrondissement olei & saponis Regni Neapolis existens in Civitate Licien, seu alio Hydruntina Neapoliæ loco non implevisset quasdam tractas ab eis per literas cambii factas in computum Hieronymi, seu ejus authoris pro totidem acceptis in ea Provincia solvendis Costaguto Archiepiscopo Carthagineni. Hinc proinde Hieronymus prædictus, ex proprio, vel ejus authoris jure, judicium instituit executivum in Magna Curia Vicariæ, seu cotam judice delegato contra Gubernatores prædictos pro solutione summarum in eisdem literis contentarum, sed opponeretur per eos conventos de carentia actionis ob protestationem non factam in tempore præscripto per pragmaticam, 5. de literis cambii, §. 4.

Replicantibus verò agentibus pro actore, pragmaticam non habere locum, seu non servari in dicta Civitate Licien, seu aliis illius Provincie locis, cum fortè citra præjudicium satis proborum & doctissimorum, quibus illa tribunalia adeo abundant, aliquorum defensorum major cura consistere videatur in exceptionibus dilatoris & causarum protractionibus in longum, quod ibi dicunt causæ gubernium: Hinc proinde principaliter insistebatur super concessione termini in causa ad probandum dictum usum, ac respectivè non usum pragmaticæ, quod idem est ac vulnerare processum summarium & executivum, & facere causam ordinariam; Cumque actor in Curia Cameræ Apostolicæ clericus me qui-

quisisset ad scribendum in causa, atque non obstante replicatione quod factis incongruum esset, ut qui diversa Tribunalia diversi Principatus practicat, scribere deberet in articulis consistentibus, non in puncto juris communis, quod ubique est idem, sed in intelligentia juris municipalis, seu praxi Tribunalium diversi Principatus, à quibus post aliquam proximum in adolescentia, tunc absens eram spatio annorum circiter 25. potissimè quia erant in iis, quæ in mero puncto juris communis, circumscriptis statutis, & legibus municipalibus consistunt, adhuc factis diversa esse videntur ejusdem juris veritas ob diversas opiniones, quas Tribunalia diversimodè tenent, adhuc oportuisset adeo qualificati & benevoli requirerentis desiderio obsequi.

Hinc proinde scribendo, duas constituere inspectiones, Unam ordinis super processu executivo, ac denegatione termini, Alteram justitiæ super meritis negotii principalis; Et quatenus pertinet ad primam, dicebam non esse dubitandum de regula super competentia via executivæ, quæ ex magis communi, & ubique recepta DD. opinione competit pro literis cambii, non solum contra mandatarium acceptantem, sed etiam contra scribentem in casu regressus ob illarum non implementum, cum de communi omnium Europæ Tribunalium consuetudine ratione commercii id receptum sit ex deductis per Gratian. de *cept.* 569. n. 25. Seraph. de *decis.* 530. & 562. Orthob. de *dec.* 118. & in aliis cumulatis per Adden. ad *decis.* 282. num. 39. & seq. p. 9. rec. & ex Regnicolis latè Thor. voto 55. Cappyc. Latr. conf. 14. num. 14. & 17. Rovit. pragmat. 1. de *literis cambii*, ex quibus & aliis passim liquet, id procedere etiam ex dispositione, vel intentione juris communis, seu communis consuetudinis; Multo magis indubitante in eo Regno per expressam dispositionem pragmaticæ 1. de *literis cambii* & pragmat. 3. §. 12. expresse disponentium rejectionem exceptionum altioris indaginis, atque tanquam absolutum supponitur apud Rocch. conf. 15. nu. 7. & seq. lib. 1.

Quo posito, cum intentio actoris esset clara & liquida, quia docebatur de non implemento, hinc proinde nisi exceptio rei conventi esset etiam omnino liquida & clara, ita ut actionem elideret, unde actor replicaret de re dubia & requirente extrinsecas probationes, omnino incongruum dicebam præsentationem dationis termini in causa, cum hic supponat necessitatem extrinsecarum probationum, quæ nunquam admittuntur in reo ad probandam exceptionem pro impedienda actione clara & executiva, sed solum ubi turbiditas consistit in actionibus, vel in replicatione actoris adversus exceptionem claram rei conventi.

Ad ostendendum autem quoad dictam verissimam, ac vulgaris theoreticæ applicationem, quod veratetur in casu exceptionis turbidæ adversus actionem claram, non autem in casu turbidæ replicationis adversus exceptionem claram, ut per alteram partem prætendebatur, congruum censui, assumere inspectionem super justitia, seu meritis negotii principalis, dependente ab intelligentia d. Regiæ pragmat. 6. §. 4. de *literis cambii*, & pragmat. 3. §. 10. eod. tit. quoniam aut dictæ pragmaticæ, vel earum alteram obstantat, vel complectebantur casum, aut non; Si inspectio earum tenore non obstantat, inane opus erat velle probare earum non usum in Civitate Licien, & in aliis dictæ provincie locis ex parte actoris allegatum & cum aliquibus negotiantium attestationibus justificatum, dum id erat ad superabundantiam; Aut obstantat, ita ut attempta earum dispositione clarè elisa remaneret intentio actoris, qui replicando allegaret non usum, & tunc, cum iste in dubio non præsumendus exigat formalem probationem, admittebam congruum esse dationem termini pro dicta probatione faciendam, cum hæc potius incumbere actori ad justificandam suam actionem, seu replicationem.

Pragmaticas autem prædictas disponentes, ut recipientes literas teneantur infra quatuor, vel respectivè octo dies post acceptationem, seu maturatum acceptationis terminum facere debitas & consuetas protestationes, sine quibus regressus competere non possit contra scribentem, dupliciter non obstante dicebam; Primò quia constabat in facto, ministrum seu correspondentem; cui literæ erant directæ, per diem antequam illarum usus maturaret, detectum fuisse depositum ac lactantem, unde propter eam extrà casum pragmaticarum, quæ pro fundamento principali habent adjecti negligentiam, cum hæc adesse non dicatur, quando certum ac notorium est diligentias non fuisse profuturas, ut per Rotam Genuen. dec. 91. num. 27. cum seq. Decocòs enim assimilatur mortuo, ac non existenti in rerum natura, atque ita notoria effecta est ejus insufficientia ad literas implendas & solutionem. Card. de Luca, Lib. V.

nes faciendas, quia cum interdicta sibi dicatur administratio illorum bonorum, quæ fortè etiam haberet, utique nec volens posset id facere.

Et secundo quia inspectio dictarum pragmaticarum tenore præsertim pragmat. 3. §. 10. quæ loquens intra Regnum magis proximè oblatat, illa loquitur de termino curtere debente in ipsa Civitate Neapolis, & inter mercatores ibi residentes circa literas, quæ ab intra, vel extra Regnum respectivè eis diriguntur, ut liquet ex ejus verbis, ibi: *Li uso dei pagamenti s'intenda in questo modo cioè, per lettere che vengono di Regno otto giorni, Roma, Fiorenza, &c. 15. giorni.* Et sic Regnum stat solum tanquam terminus à quo, non autem ad quem, qui est solum verificabilis in ipsa Civitate, & consequenter in casu converso, literarum scilicet, quæ ab ipsa Civitate ad alias extrà dictam Regni partes diriguntur, casus remanet omisus, ac extra dictam pragmaticam dispositionem, cadens proinde sub illa juris communis.

Quod evidenter comprobatur observabam ex eadem pragmat. §. 1. ubi mandatur precia taxari, aliaque mercantile commercium concernentia singulis hebdomadis fieri per sex mercatores ab illorum foro deputandos in certo ejusdem Civitatis loco consueto, vel præscripto, igitur pragmatica clarè agit de literis ad ipsam Civitatem ab extra directis ibi implendis, non è contra.

Hinc proinde dicebam, attestations mercatorum & pro-xeneratarum dictæ Civitatis Licien, super dicta pragmatica non usu, non percutere illum non usum, qui tanquam formalis consuetudo præscripta esset clarè legis abrogativus, seu probativus non acceptationis populorum, juxta notata per Canonistas in cap. 1. de *regua & pace*, & alios, de quibus plenè Farin. in *fragm. verbo lex*, n. 1. cum seq. Rovit. pragmat. 1. de *extrat.* n. 5. Sperell. dec. 15. sed attendenda videbantur pro clariori dicti intellectus comprobatione, seu interpretatione, ad quem effectum etiam tales imperfectæ probationes sufficiunt, atque ex hac distinctione repetebam resultare decisionem, an esset dandus necne terminus in causa.

Denum ad complacendum potius principali; quam quod crederem istud aliud movum solum, & de per se recipi debere, deducebam quod dictum jus municipale non obstante d. Archiepiscopo Carthagineni, cui literæ implenda erant tanquam ecclesiastico, ab hujusmodi laicalibus legibus exempto, cum paria sint forum fortiori, ac legibus ligari, ex ple-nè deductis per Orthob. dec. 149. & passim, & in terminis specialibus de Marin. in addit. ad Revet. de *decis.* 232. in fine; Dabitam tamen quin hoc motivum haberet plausum, Tum ratione publici commercii, quod in istis præsertim mercantilibus materiis uniformem observantiam exigere videtur; Tum etiam quia non agitur de obligando Clericum passivè in personam, & bonis propriis, sed deliberando laicum & proprium subditum, atque de canonizando istius exceptionem ab ipsius juris communis dispositione, vel intentione resultantem, circa diligentias, quas cessantius, seu adjectus facere tenetur; Cum enim id sit in jure dubium, atque diversas habeat opiniones, Idcirco ad hujusmodi questionem dirimendam, ita pragmatica canonizare voluit unam opinionem, quamvis fortè minus commanem & receptam, per quam ejus subditus exceptione tutus redderetur, ac liberationem obtineret, quæ tamen ita incidere & discursivè otretens cum ipso principali dicebam ad infinuandum motivum pati posse suas difficultates, idcirco in aliis duobus principaliter insistendum esse, credebam, nullo tamen super his dictum ultimum motivum concernentibus efformato judicio, sed relinquendo integrum locum veritati.

BONONIEN. CAMBII PRO HEREDIBUS DOMINICI COMELLI CUM HEREDIBUS ZANIBONI ET GRATI.

Responsum pro veritate.

Onus cambiandi susceptum per debitorem, seu receptorem pecuniæ ad certum tempus, seu certas nundinas, An duret in futurum donec pecunia restituitur, potissimè dum partes, verbis, & factis id agnoverunt.

Onus prædictum an cesset per mortem debitoris, seu fuscipientis; Et qualem contractum contineat hæc susceptio pecuniæ ad cambiandum.

An sit licitum cambium, ubi dator pecunie scit illam per recipientem in alios usus esse convertendam, Et de expensis provisionum, An & quando cedant necne ad commodum creditoris, vel potius a cambiis defalcari debeant. Et si aliquid plus ob cambia solutum est, an ipso jure imputetur in sortem.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Cambia assumpta per debitorem debentur etiam post elapsum tempus conventionale, in quo fuit in mora restituendi pecuniam.
3 Clarius accedente declaratione parrium, & de ratione.
4 Declaratur conclusio, quod confessiones, & facta partium non attenduntur in hac materia, quando procedat.
5 Ubi datur alicui pecunia ad cambiandum, qualis species contractus iste dicatur.
6 An mandatum, vel onus susceptum ad cambiandam pecuniam expiret per mortem, & de differentia inter mandatum voluntarium & necessarium.
7 Quod hac oneris susceptio sit transitoria ad heredes.
8 An cambium sit licitum, ubi dator pecunie scit receptorem eam convertere debere in alios usus.
9 Qualis scientia ad hunc effectum requiratur.
10 Ex intervensu cambiorem, an detrahenda sint provisiones.
11 Quomodo probandum sit, quod cambia non ascenderint ad summam taxatam.
12 Si de facto solutum sit aliquid ultra summam taxatam, an imputetur in sortem ipso jure.

D I S C. XXIII.

DE mense Januarii 1649. Marcellus de Zanibonis & Cesar de Gratis habuerunt a Lominico Comello libras 28. mill. cum obligatione eas cambiandi per quatuor proximas futuras nundinas Bituntinas, vel aliorum locorum, cum usufructu respectivè libertate in qualibet nundina, & sub conventionem ut cambiorem interversura ad commodum Comelli excedere non possent sex pro centenario & anno, itaut excessus cederet commodo ipsorum recipientium, quatenus verò ad talem summam non ascenderent, debeatur solum id quod restet importarent.

De mense autem Junii 1652. facta pramissorum narratione, ac etiam quod ex tacita prorogatione ad alias subsequutas nundinas in eodem contractu continuatum fuerit, Comellus de interversuris, seu cambiis usque ad illud tempus decursis faretur se satisfactum, conveniendo indefinite super eisdem contractus continuatione in futurum, usquequo ab eo de alicujus partium conventionem recessum esset, sub eisdem pactis in primo contentis, eademque cambiorem, seu interversurorum limitatione.

Atque in hoc secundo instrumento (dicto contractu etiam quoad clausulas executivas jam perfectò) Gratus per novam periodum recognovit etiam Zanibonum bonam fidem, receptivè scilicet ab initio dicta libras 28. mill. ut eis uteretur in negotio dationum per eos & alios socios susceptorum, unde promissit de illis debito tempore reddere rationem.

Obierunt de anno 1658. Zanibonis, & de anno 1664. Gratus, unde inter istorum heredes, seu creditores, ac predicti Comelli etiam defuncti heredes, circa data & accepta de pluribus dubitari contigit, super quibusdicti Comelli heredes consilium pro veritate petierunt; Primo scilicet circa cambia decursa & soluta de annis 1651. & 1652. in spatio intermedio post retributas quatuor nundinas in priori conventionem contentas usque ad diem 20. Junii 1652. in qua dicta nova conventio inita est, an illa debeantur, dum de spaciorem transmissione atque cambiorem realitate non constabat; Secundò num cambia in vim secundæ conventionis deberentur ex tempore mortis Zaniboni, vel mortis Grati respectivè, stante quod per tales casus prætendebatur dissoluta societas, seu alias resolutus contractus; Tertio, stante quod constabat dictas libras 28. mill. susceptas esse, ut erogarentur (ut de facto erogatas fuerunt) in dictum negotium datorum, unde certum erat per nundinas cambiati non potuisse, an contractus proinde redderetur illicitus & usurarius, & quartò, quid dicendum esset de illis annis, in quibus cambiorem interversura, deductis correspondens-

sumam 6. pro centenario, super quibus respondi.

Quoad primum, de plano & absque dubio pro heredibus, Comelli creditoris respondendum censui, quoniam etiam si nulla haberetur probatio voluntatis partium continuandi, minùque cambia postmodum decursa soluta essent, ut erat casus de quo in infra allegandis decisionibus coram Cerro, adhuc deberentur ex duplici clara ratione. Una quod tempus adjectum non censetur gratia terminanda, seu extinguenda obligationis, sed solum gratia illius differenda; & altera, quod non debet esse melioris conditionis morosus & deficiens à data fide quam non morosus & non delinquens, quoniam esset dare commodum ex delicto & mora contra principia juris naturalis & scripti, Unde si durante termino conventionali, quando debitor dici non poterat in mora, neque fidei violator, tenetur ad interesse cambiorem, fortius teneri debet in tempore sequenti, ut me obtinente decisum fuit in Romana Cambii 24. Aprilis 1662. & 23. Februarii 1663. coram Cerro; per quas revocantur duæ præcedentes editæ 8. Aprilis, & 4. Decembris 1658. coram eodem, & de quibus in dicta causa, hoc eod. tit. disc. 9.

Multò magis in præsentis casu, in quo dupliciter constabat de voluntate partium continuandi in eodem contractu etiam post quatuor nundinas ad solam debitorum dilationem conventas, Primò scilicet verbis, ut dicitur in secundo instrumento, ibi; stante la tacita proroga fattali per l'altre fiere scorse; Et secundo factis, per solutionem cambiorem, per quam solventes id agnoverunt.

Clarius verò ac indubitante procedendo cum lectura agentium ex personis debitorum, ac prætendentium juxta secundum proximè sequens dubium, istum contractum esse societatis, quia sive dicatur societas, sive susceptio mandati, sive locatio operarum, sive contractus incommutatus, sive connexio rrum contractuum, ex iis quæ habentur in magistrali Mediolanen. Cambiorum coram Lancellotto; & Ubaldo decif. 304. & 556. p. 2. recent. in Viterbien. transactionis 4. Junii 1663. coram Taja, s. fin. in jure passim datur etiam tacita renovatio societatis, locationis, vel similis contractus.

Neque alicujus momenti esse dixi conclusionem in suis casibus veram & receptam, de qua decif. 69. par. 9. recent. in Ravennaten. seu Faventina cambii 16. Junii 1653. Bichio, & sæpius in aliis, quod scilicet verba, vel facta partium in hac materia usuraria nil operentur, neque redere valeant licita cambia aliis sicca & usuraria, quoniam hujusmodi propositio est verissima in iis, quæ concernunt substantiam cambiorem, illaque requisita, quæ ad eorum realitatem necessariã sunt, in quibus allegatæ, & aliæ auctoritates loquuntur, secus autem in iis, quæ concernunt quid extrinsecum & accidentale pendens ab ipsarum partium voluntate, ut in d. Ravennaten. seu Favent. hoc tit. disc. 12.

Utpotè creditor postquam cessit dies solutionis, non potest in damnum morosi debitoris accipere debitam pecuniam ad cambium absque interpellatione, nisi ista ex pacto remittatur; Sive cambiandi facultas per debitorem creditori data, non intelligitur cum se ipso, nisi expressè dicatur, cum similibus; Ista verò non respiciunt substantiam seu validitatem cambiorem; sed solum respiciunt voluntatem partium, seu factum accidentale ab ipsa voluntate pendens, quæ voluntas extrinsecus etiam per aliàs probationis species probati potest, multò magis per ipsarum partium duplicem confessionem verbis & factis explicatam, ut ita declarando dictam conclusionem habetur in dict. Ravennaten. seu Faventina cambii 26. Januarii 1666. coram Cerro, & in dict. decision. 12. Atque hoc jure passim vivitur in Curia, cum versetur in iis, quæ non exigunt scripturam, vel aliam factum tertii, ut sunt spaccia, vel similia, sed agatur de rebus dependentibus à simplici voluntate ipsarum partium.

Et ideò, cum durante tempore convento, certum sit etiam sine realitate literarum, seu spaciorem cambia deberi, non tanquam cambia, sed tanquam damna & interesse ob non factum, seu non impletum mandatum per debitorem, seu receptarum pecuniarum susceptum juxta decisiones in Romana pecuniaria 7. Junii 1647. & 5. Junii 1648. coram Corrado in eadem 14. Junii 1649. Dunozer. impress. post Salgad. in laeyrint. decif. 7. & inter suas decif. 829. quæ reputantur in materia magistralis passim uti receptæ, ut in allegata Romana Cambii coram Cerro, & in aliis frequenter, atque prorogatio temporis super eisdem mandati susceptio pendeat à mera partium voluntate, nil prohibet istam per

per ipsam net partes declarari potuisse, unde quoad hunc primum punctum credebam versari in casu omninò plano, quoniam non agitur de justificandis usuris receptis ex sola, & nuda confessione, quæ proinde attendenda non est juxta receptum conf. 520. Romani, sed confessio prædicta continet agnitionem illius veritatis & obligationis, quæ etiam de jure, & ex natura actus adesset, quamvis debitor non agnovisset.

Quoad secundum, quamvis Scaccia de cambiis, s. 1. glof. 3. n. 33. & sequen. credat hujusmodi contractum esse societatis, admixtum cum duobus aliis contractibus assecurationis fortis & fructuum, quam opinionem sequuntur Morales relati per Rotam in dicta Viterbien. transactionis 4. Junii coram Taja, s. id quod & c. & plene habetur in Firmana sub tit. de usuris, disc. 1. Nihilominus juxta firmata in allegata Mediolanen. coram Lancellotto confirmata coram Ubaldo decif. 304. & 556. par. 2. recent. verius est istum esse contractum insertorium, seu suscepti mandati non omninò voluntarii, sed necessarii, donec scilicet restitueretur accepta pecunia, cum quo sensu suscepti mandati proceditur in allegat. dec. 7. post Salgad. & in dd. decif. Romana Cambii coram Cerro, & in aliis.

Quo posito sequitur non resultare cessationem contractus & obligationis per mortem, quoniam recepta juris conclusio, ut mandatum expiret per mortem mandantis, vel mandatarii, procedit in mandato voluntario, secus autem in necessario; Sicut enim debitor volens non potest invito creditore non restituta suscepta pecunia habere mandatum pro resolutum, atque ab ejus suscepto quere se eximere, ita non potest id sequi per mortem naturalem, vel civilem nè plus operetur fictio quam veritas, ut de dicta distinctione inter mandatum voluntarium, & necessarium habetur per Gabr. de procurator. conclus. 22. n. 36. Trentacinq. l. 2. var. lit. de procurator. resol. 10. n. 7. & 9. Butar. decif. 440. num. 2. & 3. Merlin. dec. 436. n. 11.

Unde propterea mandatum prædictum, seu verius susceptum minus faciendi, esse transitorium ad heredes activè & passivè, pro absoluto supponitur in Romana multiplici 9. Decemb. 1635. coram Pirovano, & 18. Martii 1654. coram Meltio, Atque in celebri Romana Cambiorum acerrimè disputata in Congregatione Baronum, & in Rota inter Valentem & Raymundum, quamvis ex parte debitoris prætenderetur cessatus cursus cambiorem ob expiratam mandatum, per ejus mortem civilem ex banno capitali resultantem, attamen morivum ex dicta ratione super rejectum fuit, nulla ratione habita deductis in contrarium per Caball. conf. 145. leg. 1. ut in dicta causa, hoc tit. disc. 2.

Et in terminis specialibus contractus huic similis, ac mortis naturalis debitoris, seu mandatarii, qui pecuniam cambiandam susceperat, unde ejus heredes prætendebant ex dicto motivo dissoluta societatis, seu expirati mandati per mortem cessasse cursum cambiorem, seu damnorum, & interesse ejus eorum loco debentur, ego disputavi in Tribunali A. C. in una Camerinen. cambiorum, & pro creditore judicatum fuit, atque judicatum canonizarum fuit per Signaturam Justitiæ rescribentem cum clausula, sine præjudicio, quamvis ut credo causa ulteriorem disputationem non haberit in Rota, ubi commissa fuerat, ob subsequutam concordiam, & de qua causa supra, disc. 4. Potissimè quia contractus tenor non ostendit in hoc præcisè electam fuisse industriam, personæ, itaut ageretur de negotio merè administratorio, sed potius constaret agi de mero cambio obliquo, seu mutuo dato cum obligatione debitoris tenendi sub cambiis æquivalentem summam in ejus damnum & curam pro relevatione creditoris, ne damnum ex otiositate suæ pecunie sentiat, ut est proprie cambium obliquum, quod inter privatos est frequentissimum, ac passim usitatum, ut in d. Camerinen. disc. 4. & sæpius in aliis hoc tit.

Circa tertium questum quamvis Rota in Romana cambiorum 4. Julii 1642. 18. Aprilis 1664. & 16. Januarii 1645. coram Peuringerio ex plurium moralium sententia firmaverit, illicitum ac sicum censeri contractum cambii, quando creditori innorescit pecunias ad cambium, per recipientem erogatas, vel erogandas esse in alios usus, itaut per nundinas cambiari non possint; nihilominus, dicebam hanc difficultatem in hac facti specie non obtare, nec de facto, nec de jure.

Non quidem de facto; Tum quia nullibi constabat de tempore primi contractus anni 1649. quando data fuerunt pecuniae, quod Comello innotuisset illas in causam negotii datorum convertendas esse, unde scientia postmodum superveniens non habetur in consideratione, cum ad effectum

validitatis contractus spectetur scientia illius temporis, qua non concurrente non attenditur ea, quæ deinde superveniat, ut in proximis terminis census impositi super realia, vel incapaci habetur in Romana Salviani 20. Martii & 19. Junii 1651. coram Verospio, Romana vinea coram Rojas inter suas dec. 458. n. 4. & 5. & sæpius in aliis; & in sua materia sub tit. de Censibus. Tum etiam quia neque ex secundo Instrumento anni 1652. inferri poterat ad certam scientiam Comelli, cum enim in uno eodemque instrumento contineri possint duo diversi contractus, etiam inter diversas personas, ut dec. 154. nu. 12. p. 8. rec. Romana domus 24. Januarii 1650. coram Bichio, & in aliis, possunt stare simul, quod Comellus post jam perfectum suum contractum (cum ad eum de illis gerendis inter ipsos Gratum & Zanibonum inquirere non pertineret) recessisset, seu non advertisset ad ea, quæ inter ipsos gererentur, & sic inferri non potest ad scientiam, nisi ad summum ad remotam & præsumptam, quæ sufficere non debet ad grave præjudicium reddendi actum illicitum & usurarium juxta receptum quotidianum axiomam, quod ad effectum gravis præjudicii scientia debet esse vera & certa, non autem præsumpta, Pateat dec. 242. l. 1. Rota dec. 48. nu. 15. cum seqq. p. 8. rec. & in aliis plenè congestis per add. ad dec. 542. nu. 98. p. 4. rec. tom. 3.

Minus de jure, quoniam licet Rota in allegatis decisionibus id dixerit, nihilominus in eadem causa, agnita veritate, curavit partium concordiam creditori satis proficuum, itaut eadem decisiones remanserint sine effectu, atque deinde quamvis positiva illorum revocatio sequuta non esset, semper ab eadem Rota aliique Tribunalibus etiam in causis gravissimis, præsertim in Romana locationis venæ ferri inter Principem Ludovisum & illos de Rinuccinis disc. seq. istud fundamentum non fuit habitum in consideratione, expressè deinde rejectum specialiter respondendo dictis decisionibus, in Romana Cambii 24. Martii 1664. s. tertio vis fcebat, coram Orbialora, de qua etiam hoc tit. inter Ludovisum & Sfortiam disc. 8. ex clara ratione, quod nulla subesse necessitas cambiandi, seu girandi super cambiis eandem pecuniam sciente etiam dante in alios usus per recipientem convertendam esse, & tamen girum cambiorem sequi posse in æquivalenti, atque ita passim docer praxis totius Orbis, cujus notitiam habere non de facili solent Morales, ut plurimum intra claustra viventes, atque hujusmodi difficultates excitantes.

Demum quoad quartum & ultimum punctum detractio nis positionum, dixi hujusmodi punctum frequenter à me disputatum fuisse in Tribunali A. C. & in Signatura, adhuc tamen formiter non disputatum, nec decisum in Rota, atque processum esse cum certo præsupposito, quod ubi agitur de illis interversuris, quæ ob defectum realitatis spaciorem non debentur tanquam cambia, sed tanquam damna, & interesse, non possit creditor exigere nisi id, quod cambiorem inter alios decursum interversura importent, detractis provisionibus correspondentialium, quas creditor prætendere non potest, ex ea clara ratione, quod nunquam plus operari potest fictio, quam veritas, neque interesse ob non factum potest excedere id, quod interesset. scilicet factum, promissum adimpletum esset, Unde si Gratus & Zanibonus receptores pecuniarum verè & realiter spaccia transmississent, & cambia girassent, expensæ provisionum cedere debuissent: ad favorem correspondentialium, absque eo quod dator pecuniarum aliquid de eis prætendere posset, ita non potest de illis prætendere aliquam utilitatem, unde punctus videbatur pro meo judicio indubitatus.

Tunc etenim provisiones in toto, vel in parte cedere solent commodo creditoris, quando ipsemet suscepit mandatum, seu curam girandi super cambiis, cum tunc prohibitorium non sit reportare à suis correspondentialibus, aliqua modica mercede contentis, condonationem earundem provisionum ad eorum favorem, ut dec. 45. nu. 3. & seqq. p. 4. rec. tom. 2. in Romana cambiorum 4. Decembris 1662. coram Verospio, sed ubi cessat hæc ratio, nulla alia subesse videtur, quæ suadeat earundem provisionum commodum cedere debere ad beneficium creditoris.

Solumque in hac materia ad favorem creditorum, ubi præsertim agitur de reperendis, vel imputandis cambiis jam solutis, considerata fuit non bene probata negativæ minoris cursus cambiorem, ex eo quod minor fuerit in aliquibus nundinis, quia ubi cambium non est ad certas nundinas præcisè restrictum, sed continet generalem alternativam omnium nundinarum in aliis locis celebrandarum; ut est in præsentis contractu, tunc debet id justificari per omnes nundinas ex juris principio, quod indebitum præsertim volun-



voluntarium exigē perfectam, & concludentem probatio- nem exclusivam contrariæ possibilitatis, & de quo habetur in Romana pro Musca & in altera pro Marefcort. hoc eod. tit. disc. 17, unde propterea iste punctus consistit potius in facto quam in iure utpote pendens à dictis iustificationibus & calculis.

22 Quando autem in aliquibus annis de hujusmodi minora- tione concludenter ut supra constaret, quod in scripturis transmissis ex parte hæredum creditoris negabatur, tunc di- cebam quod intraret juris difficultas, an illud plus singulis anni, vel temporibus solum ipso iure in fortem imputan- dum esset, itaut eam ex tunc respectivè extenuasset, vel potius competeret solum de præfenti repetitio, seu desat- catio; Hunc autem punctum dixi adhuc non esse decisum, Ego tamen credebam locum non esse dictæ imputationi ipso iure in extenuationem fortis, licet enim Rota & Curia se- quatur opinionem, quod in odium usurarum fiat imputatio ipso iure, non autem per viam repetitionis indebiti, ut li- quet ex firmatis, in vulgata Romana cambii coram Bichio dec. 69, p. 9. nec. cum qua passim proceditur, Attamen id rectè locum habet, ubi agitur de vitio intrinsicco consistente in dispositione juris, cujus ignorantia in materia usuraria non excusat, neque in creditoris inducit bonam fidem, ut est exempli gratia, quando prætenduntur cambia sine spaciis, seu aliis de jure illicita & usuraria, cum tunc creditor inex- cusabiliter censetur esse in mala fide causante ipso iure imputa- tionem in fortem, ejusque extenuationem, secus autem ubi agitur de re consistente in facto, cujus ignorantia in credito- re sit justa & probabilis, tunc enim quidquid sit, an illa sit necne sufficiens ad excusandum à restitutione per- ceptorum & consumptorum, admittenda tamen videtur ad effectum evitandi dictam rigorosam imputationem, dum- stante majori cursu cambiorum in annis præcedentibus, at- que subsequēta illorum solutione, creditor eorum cursus ignarus, bona fide credere potuit ad tantum currisse, dum de- bitor, qui cambiandi curam & onus habebat, atque cambio- rum cursum scire debebat, voluntariè solvit, verisimiliter non soluturus, idè sibi imputet, cur creditor non de- punxerit subsequētam accidentalem diminutionem, in- casus casu creditor rectè dicere potest, quod abstinuit- set à majori exactione, non autem quod ita per adèd di- gnitas solutionis partem fortis recipere voluerit, Atque hanc dici mihi videri ipsam genuinam veritatem super isto puncto.

ROMANA LOCATIONIS VENÆ PRO PRINCIPE LUDOVISIO CUM RINUCCINIS.

Causa variè decisus per Rotam, postea concordatus.

An in cambio detur usura ob mixturam alterius contractus, seu ratione certi lucri, Et quatenus detur, an talis mixtura, ex qua resultat usura, vitiet etiam ipsum cambium, vel potius, isto va- lido permanente.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus controversa.
2 Contractus cambii simpliciter & de per se non continet mutuum, & successivè neque usuram, & qualis con- tractus dicatur.
3 In omnibus actibus attendi debet substantia voluntatis, non autem cortex, & figura verborum.
4 Quod in cambia non adfit usura, sed lasio, vel inju- stitia.
5 Declaratur, & quod usura esse possit in quocumque actu inter vivos, vel per ultimam voluntatem.
6 Quando etiam in cambio proprio, & directo adfit usura.
7 Quid in cambio minuto, seu materiali permutationis mo- detur in eodem loco inter presentes.
8 In cambio nullum dari potest lucrum certum.
9 De cambio obliquo continente sub se plures contractus mutui, mandati, & cambii.
10 Examinatur dec. Mastrilli 106. & an data infestione contractus creditori debeatur interesse.
11 Corruente altero contractu correspondivo admixto cum contractu cambii, an iste contractus etiam corrumpat, & quando.
12 Accidentalia vitiantur, non vitiant.

13 Declaratur conclusio de quâ nu. 11. circa correspondivo- ritatem.

D I S C. XXIV.

PRæsupposita facti serie in hac eadem causa magis distin- ctè enarrata, sub tit. de Regalibus disc. 117. ac brevius enunciata in eadem causa, sub tit. de usuris disc. 4. Quatenus pertinet ad istam materiam cambiorum, actum fuit de pun- cto, An mixtura locationis, vel alterius contractus cum cambio inducat usuram, quæ istum etiam contractum vitiet, vel potius ipsa circumstantia inductiva usuræ vitietur, contractu cambii firmo permanente. De prima verò tan- tum parte disputatum fuit in Rota, an scilicet adesse mix- tura talis quæ causaret usuram necne. Cumque recedendo à prima dec. 23. Martii 1639. coram Cardinali Verospio, in tribus posterioribus sub diebus 2. Maji 1659. & 20. Fe- bruarii & 26. Novembris 1660. coram altero Verospio succes- sore, firmatum fuerit usurariam mixturam non adesse, hinc proinde desuit occasio disputandi de altera parte, Num scilicet posita circumstantia usuraria, ista vitietur, vel vitiate- tur, de quo solum actum fuit in congressibus habitis per solos hujus partis Advocatus pro directione, ac etiam in illis, qui habiti fuerunt coram Arbitris, seu Arbitri consultoribus, priusquam resumeretur causa in Rota.

Quatenus igitur pertinet ad dictam primam partem dis- putatam in Rota, cum in isto contractu locationis, seu ap- paltus venæ ferti suscepto per fratres de Rinuccinis con- ventum esset, quod ipsi dare deberent Ludovisio locatori scuta 175. milla ad cambium, explicando hujusmodi pecuniæ da- tionem cum vocabulo Italicis idiomatis, prestare, o far pre- stare, quod traductum in latinum idem importat ac mutua- re; Hinc proinde in prima decisione anni 1639. inferatur ad- esse mutuum, quod data iniustitia pretii, usurarium reddit alium contractum admixtum; In posterioribus autem de- cisionibus, atque in disputationibus habitis in Rota, ma- gna inspectio habita fuit super hoc puncto, an adesse, necne mixtura mutui, nimirum laborantibus scribentibus hinc in- de super Etruscæ elocutionis vocabulorum significatio- nibus, quid scilicet hoc verbum prestare apud Florentinos præsertim importaret, & an initio contractu in Urbe, istius potius, quam dictæ Florentinæ Civitatis patriæ conducto- rum loquendi usus attendi deberet, Atque Rota deferendo aliquibus attestationibus negotiatorum, magnum funda- mentum constituit in usu Florentino, juxta quem etiam ipse contractus cambii explicari solet; Dictoque contractu posito, inferat non cadere usuram, cum hæc non detur sine mutuo vero, vel interpretativo, quod ita abesse judicatum fuit, dum contractus cambii, postis requisitis ad ejus realitatem 2 ad præscriptum Constitutionis 117. Pii V. necessariis, nullum sub se continet mutuum verum, vel interpretativum sed, vel juxta unam opinionem contractum permutationis, vel juxta alteram illam mandati, seu institutiæ, vel juxta alteram, locationis, & conductionis, vel juxta alteram contra- ctum innominatum, do ut des, seu do, ut facias, ut apud Turr. hoc tract. & in aliis hoc tit. pluribus.

Quamvis autem Ego inter hujus parvis Advocatos tunc junior, ut ceteri senioribus & primatis adhererem, scri- bendo in causa, in præmissis quoque insisterem; In meo ta- men sensu, omnes istos credebam labores, inanes, atque per modum loquendi potius puerilitates, circa præsertim si- gnificationem dicti verbi, seu vocabuli prestare, & an unius, vel alterius Civitatis loquendi usus attendi deberet, quo- niam procedendo cum certo principio, à judicantibus & consulentibus in quibuscumque humanis actibus, tam in- ter vivos, quam per ultimam voluntatem, principaliter, ac perpetuò attendendo, ut non cortex, vel formalitas ver- borum, sed substantia voluntatis attendi debeat, ut de acti- bus inter vivos, Mantica de tacit. lib. 2. tit. 7. Buratt. dec. 133. n. 7. Merlin. dec. 692. numer. 46. Rota in Romana fide jussionis 24. Maji 1660. coram Verospio, & frequenter, sub tit. de cre- ditio, ac sub altero de contractibus & alibi; Et in ultimis vo- luntatibus idem Mantica de conjecturis lib. 3. tit. 3. nu. 9. Ot- thob. dec. 254. in fine, & frequenter, sub tit. de fideicommissis ac alibi; Cum ex ipsa conventionis ad evidentiam pateret in partium voluntate non fuisse dandi dictam pecuniam sub contractu mutui, sed sub illo cambii, limitando cambio- rum fructus, seu interusura ad septem pro centenario, ac etiam adiciendo pacta in contractibus cambii aditici solita super justificatione spaciocorum, seu realitatis, & aliis, ita etiam comprobante subsequēta obsequantia formalis giri cambiorum per nundinas; Hinc proinde puerilitatis species videbatur super formalitatibus, & significationibus verbo- rum.

rum immorari, ideoque reflectendo etiam ad veritatem, om- nino absolutum credebam, quod versaremur in contractu cambii, non autem in illo mutui.

E converso autem eodem veritatis sensu retento, inanes credebam labores scribentibus pro conductoribus in retexen- do ad exclusionem usuræ longissimas allegationes, quatum pleræque recententur etiam in causâ decisionibus super certo ac præsupponendo principio, quod non detur usura sine mu- tuo vero, vel interpretativo, cum punctus difficultatis non consisteret in ipso principio, seu conclusione juris, sed in ejus applicatione, circa quam credebam procedi cum æquivo- co evidenti.

Licet enim putus contractus cambii realis initus sub forma præscriptum dictæ Pianæ Constitutionis requisita, nullum contineat mutuum, & successivè usuram, etiam si ageretur de cambio irregulari, in quo cambiorum interusura, seu pre- tia à partium conventionione resultant, & in qua conventionione, circumventio, seu lasio adesse, cum id percutiat iniustitiam reducendam ad justitiam, seu æqualitatem juxta terminos text. in l. 2. Cod. de rescind. vendit. non autem usuram, ut ad- vertitur in Romana cambiorum, disc. 1. & in aliis, atque est principium receptissimum.

Attamen ubi accedit qualitas alterativa, tunc illa corrum- pere dicitur contractum, illumque transformare in diversam speciem mutui interpretativi sub diversâ contractus nomine palliati; nam etiam in emptione, & venditione, locatione, & conductione, permutatione & similibus, atreata propria natura contractuum, nullum adesse dicitur mutuum verum, vel interpretativum, & consequenter non intrant termini usuræ, sed potius illi læsionis & iniustitiæ; Et tamen con- ventiones alterativæ, in istis etiam usuram inducunt, ob eor- um corruptionem, ac implicitam transfusionem in toto, vel in parte in diversum contractum mutui impliciti, seu inter- pretativi ad notata per Canonistas in cap. in Civitate, & cap. finali, de usuris, & per civilistas in l. carabit. Cod. de action. em- pti, ut latè advertitur ad propositum apud Mastrilli, dec. 106. Quinimò intrat usura etiam in feudo, emphyteusi, dona- tione, deposito, & similibus, à quibus illa magis abesse vi- detur; Et quod magis, etiam in legatis & ultimis volonta- ribus, ut frequenter in sua materia, sub tit. de usuris, quo- niam ipso, quod alteratur consuetudine natura contractus, atque de facto exinde resultat, quod ob usum pecuniæ ad- mixtum cum tempore alter contractus aliquam reputat uti- litatem de ipsius principalis contractus natura non competen- tem, tunc ita occultari dicitur mutuum velatum, seu inter- pretativum, ut in omnibus dictis, ac similibus contractibus, vel legatis, ac ultimis voluntatibus, quinimò, & in judicium sententiis, vel arbitrorum laudis plenè expendit Leotar. in ejus tract. de usuris, qu. 1. 8. 18. & 19. 25. & per totum tracta- tum, & sunt principia certa, in quibus tyronicum esset au- thoritates desiderare.

Et in specialibus terminis cambii, etiam ubi agitur de cambio proprio & directo juxta ejus originem & intro- ductionem absque mixtura negotiationis, seu circulationis, sed pro sola commoditate, vel necessitate commercii, quia nem- pe habens pecuniam in una Civitate, illius verè & realiter indi- gear in altera, vel in nundinis pro mercibus emendis, aliisq; negotiis, vel usibus explicandis; nam adhuc adesse potest usura, ex eo quod ratione majoris dilationis, & de majori cam- biorum, seu mercedis pretio conveniatur; cum ita in fit mu- tuum interpretativum, quod usuram causat juxta dubitatio- nem excitatam per Lupum in cap. Naviganti, de usuris com- mentar. 3. §. 2. n. 72. in aliis ultima impressionis, aliis nu. 30. in antiquioribus, & advertitur supra in Romana cambiorum disc. 1.

Quinimò etiam in cambio minuto & materiali sine literis, quod in eodem loco inter presentes sequi solet, ut est illud quod exercetur per collybistas, quos vulgo bancherottos vocamus, cambiando scilicet monetam auream cum ar- gentea, vel argenteam cum aenea, sive grossam cum minu- ta, &c. dari potest usura, quoniam licet circa usuram licitè concedatur in cambiatore aliquod lucrum in compensa- tionem laboris, & industriæ circa illud exercitium, vel ra- tione illius extrinseci valoris, quem ratione commodioris usus habeat ex consuetudine magis una monetæ species, quam altera, quamvis valor intrinsecus esset informis, & circa quàm recompenfam si adesse excessus, vel circumventio, illa percuteret iniustitiam & læsionem, non autem usum. Nihilominus si admixtum esset tempus, & successivè unus ex permutantibus lucrum ratione usus pecuniæ, quia nempe, ut sæpè contingit, præsertim in Regno Neapolitano, ubi magnus habetur incommodissimus usus pecuniæ aeneæ, quod

habens de facto inferiorem pecuniam, illa indigenti tradat ad certum tempus restituendam in argentea, vel aurea. Tunc enim occultari dicitur mutuum interpretativum, & succes- sivè intrat usura, quod scilicet ob usum pecuniæ cum dila- tione illam recipiens sentiat damnum, & successivè illius da- tor lucrum illius extrinseci valoris, qui vulgò aggium nuncu- patur, in una ac in altera monetæ specie cum similibus, & sic usura non sinit in contractu cambii puro, ac simpliciter, & de per se considerato, sed in circumstantia, seu qualitate alterativa.

Item retentis eisdem terminis cambii veri, ac directi ut supra, illius essentialia requisita sunt, ut nullum detur lu- crum certum ab initio, neque in obolo, sed totum pendeat ab eventualitate majoris, vel minoris valoris monetæ, un- de uterque contrahens æquè se habere valeat ad lucrum, ac damnorum juxta conf. 239. Romani, Rota dec. 303. nu. 5. p. 2. rec. dec. 315. n. 6. p. 2. d'rovf. Spetell. dec. 90. n. 21. & frequenter in aliis hoc tit. Unde propterea eo ipso, quod datur lucrum certum, & non pendens à dicta incerta eventualitate, istud dicitur cambium scium, saltem in hac parte alterativa lucri certi ratione mutui interpretativi, in quod contra- ctus cambii, corruptus, vel alterata ejus natura, transfundi dicitur.

Clarius verò, ac extra principium dubitandi, quando ut in hac facti specie, non agitur de cambio proprio & directo, quia nempe quis habens pecuniam in uno loco, eam tradat campfiori, vel alteri, ut æquivalens in alio loco, & in diver- sa moneta ibi ad ejus opportunitates congruas recipiat, sed agitur de cambio obliquo, quia nempe indigens quis pecu- nia pro aliis usibus, illam mutuo accipiat ab eo, qui eam- dem cambiorum traficis, & negotiationibus destinaverat, unde propterea ne mutuator in damno remaneat, mutua- tarius ei præbet facultatem accipiendi tantundem ab aliis, vel à seipso ad cambium pro reintegratone, ideoque credi- tor, seu dato pecuniarum, ut advertitur supra in Romana cambiorum disc. 1. & in decisionibus in ea causa editis coram Verospio, ac habetur hoc eod. tit. in aliis frequenter, plures personas gerere dicitur. Unam creditoris ex causa mu- tui, Alteram mandatarii debitoris accipientis pecuniam ad cambium mandantis nomine & damno, Et tertiam campforis dantis sibi ipsi tanquam mandatario dictam pecuniam, il- lamque girantis, unde propterea adfit mutuum verum ex- pressum, & consequenter ubi ex mixtura alterius contractus resultaret certa utilitas aliis quam à cursu & eventualitate cambiorum, tunc usura remanet indubitata, quoniam istud lucrum ad aliud refertur non potest, nisi ad accessiones mutui, vel ad cambium sicum, ac extra naturalem cursum cambii realis. Et consequenter dicta conclusio de usura non intran- te sine mutuo vero, vel interpretativo, generaliter & in abstracto vera, omnino extranea videbatur à casu contro- versæ.

Hinc ex facto potius quam ex jure cessavit occasio dispu- tando in Rota alium punctum. An postea mixtura alterius contractus causantis usuram vitietur, vel vitietur, dum ob præsuppositam justitiam pretii, seu personis, in alio ad- mixtum contractum locationis & conductionis, cessabat lucrum certum, quod est usura fundamentum.

Verum ubi subsisteret dictum præsuppositum, quod in meo, plurimumque sapientum sensu videbatur inrefragabile, quod scilicet dictus alter contractus locationis, seu appaltus contineret iniustitiam pretii & successivè lucrum certum, unde propterea intraret infectio usuraria; Quatenus perti- nerat ad punctum, an hæc vitietur, vel vitietur; Aliqui ex nostris, ac etiam ex scribentibus in contrarium, pragmati- co more magnificentes doctrinas, ac decisiones punctua- les, magnum fundamentum constituebant in decisione 106. Mastrilli, quæ nimirum docta & magistralis est in hoc pun- cto usurariæ locationis, seu alterius contractus ob mixtu- ram mutui, vel è contra, juxta deducta dicta disc. 117. sub tit. de Regalibus, & dicto alio disc. A. sub tit. de usuris, quo- niam per Concilium declaratus quidem fuit usurarius & infectus ipse contractus, sed tamen creditoris adjudicatum fuit interesse pro pecunia, quam alter contrahens interim in manibus habuit ad rationem non excedentem decem pro centenario, ut patet ex eadem decisione n. 40. ideoque inferre- batur posse stare simul locationem esse infectam, itaut Appal- tantes tenerentur locatori reddere rationem rei venditæ pro illo eodem pretio, pro quo ipsi vendiderant, & tamen eum- dem locatorem pro pecunia prædicta, quam interim habuit, teneri ad dicta cambia ad conventam rationem septem pro centenario.

Istud motivum in Curia Romana, retentisque opinionibus,

bus, cum quibus in ea proceditur, verè nullius momenti erat, atque contemptibile dici poterat, dum omnino damnatum est illud interesse, quod postea mora, seu conventionem in dicto Regno Siciliæ ultra, ac etiam in altero citrà, aliisque locis per Tribunaia laicalia decernitur absque illius specialii justificatione cum requisitis postis per Castrenf. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco, utpotè ibi habitis pro notoriis, atque speciali probatione non indigentibus, cum hæc opinio in Curia passim reprobata sit, ut frequenter in sua materia, *subtit. de usuris*, ideòque dicta decisio ex hoc capite decernens creditori hanc accessionem non faciebat ad casum ex defectu applicationis, in qua totum & continuum est iuristarum malum.

Alii ex nostris, cum præsupposito proximè insinuatim assumpti in Curia irrefragabilis non dandi interesse absque titulo illius productivo, vel speciali justificatione, mordicus insistebant, quod pro dicta pecunia nihil deberetur, nullaque camba currisset, atque hunc sensum præsertim habebant duo saniores, inter congregatos doctissimi & primarii Viri Androssa & Ronconius. Cum enim ex deductis d. disc. 17. *subtit. de Regalibus*, indubitata esset corresponsivitas locationis, seu appaltus cum datione pecuniæ in dicta summa scutorum 175. mill. adeo ut unus actus sine altero absque dubio hinc inde gestus non esset, unusque fuerit causa præcisa alterius, quod est verum ac certum corresponsivitatis indicium. Hinc proinde, data infectione contractus locationis, seu appaltus, juxta regulam ex certis juris principiis, quam in corresponsivis habemus, corrui etiam alter actus ex defectu voluntatis, quæ aliis adesse non dicitur, dum unus sine altero factus non esset.

Diverfa vero in hoc puncto erat mea opinio, unde apparenter, & apud alteram partem reputatus in ista causa durior, magisque pertinax, seu obstinatus, attamen in effectu etiam omnibus benignior; Credebam enim verè appaltum non sustineri ob claram injustitiam pretii, quodque istud reducendum esset ad justitiam, dum Appaltatores nulli periculo, nullique incommodo subiecti fuerat juxta decisia apud Mastrill. dicta dec. 106. cum aliis, dicto disc. 117. E converso autem, injustam, ac omnino improbabilem reputabam nostram præntensionem denegandi etiam cursum cambiorum; Idque non solum ex quadam non scripta æquitate, ac epicheja deducta ex ratione, vel dispositione textus in *l. curabit, Cod. de action. empti*, & à simili, dum notorium erat datores pecuniarum esse negotiatores retinentes eorum pecunias sub cambiis, quorum occasiones expetende non sunt. Ac etiam ob declaratam voluntatem non faciendi mutuum, sed dictum alium contractum validè, & de sui natura hujusmodi eventualium accessionum productivum. Sed etiam de stricto juris rigore, juxta ea quæ apud Cenc. & Leotar. ac alios, receptissimum habemus in contractu censuali, quod ubi contractus de per se consideratus habet omnia substantialia, vel naturalia requisita, ita ut nullus adsit defectus intrinsecus, & in se, sed solum adjecta sint pacta ab eo extranea quæ percutiant accidentia, non autem substantialia, vel naturalia contractus. Tunc, quicquid sit in foro interno, in quo omnis decisio pendet ab intentione, unde solus Deus, ac propria conscientia sunt iudices, Quatenus pertinet ad forum externum, receptum est, hujusmodi accidentalia vitari, ac haberi pro non scriptis, non autem vitari; Et hic mihi videbatur casus, quoniam contractus locationis, seu appaltus continebat purum accidens, quod esse & abesse poterat citra corruptionem alterius contractus cambii, qui de per se erat validus, & perfectus, utpotè habens omnia Pianæ Constitutionis requisita.

Quatenus verò pertinet ad motivum corresponsivitatis, Advertebam procedi cum aliquo æquivoco in applicatione, quoniam illud procedebat ad favorem alterius partis, quæ rectè dicere poterat, quod non dedisset tantam pecuniam sub cambiis limitatis ad taxam, juxta illorum temporum conditionem nimium suavam septem pro centenario, cum brevi etiam reductione ad quinque, & cum impedimento repetendi sortem, diminutive singulis annis assequendam ex pretio venæ juxta seriem, de qua *disc. disc. 117.* nisi etiam effectum habuisset dictus alter contractus, cujus sperata utilitas dicta talia præjudicia compensasset, & sic quod ipsi creditores, cessante contractu appaltus allegare potuissent resolutionem, & actionem alterius contractus ita eis præjudicialis, ac nolle stare conventis ratione cessantis alterius contractus corresponsivi, tanquam ex cessante voluntate, sive conditione, sine qua non; Secus autem è converso, quoniam debitor qui pecuniam indigebat, si pro eis habendis non solum se supponere voluit cambiis, sed etiam alteri jacturæ resultanti ex dicto

præjudiciali appaltu, ita duplicatum damnum sentiendo; multo magis & absque dubio fecisset solum contractum cambii sine appalto; Et consequenter prorsus improprium mihi videbatur dicere, quod ex hac parte allegari posset ratio defectus intentionis alias contrahendi, ob quam in corresponsivis, cessante uno contractu alter quoque corrui, ita enim nimium repugnare videbatur ipse naturalis discursus, quidquid alter nimium rigorosus leguleicus suaderet: Sed subsequens concordia his omnibus finem dedit, nulla tamen difficultate habens per Arbitros in concordia tractam circa cursum cambiorum.

R O M A N A

! SEU NEAPOLITANA LITERARUM CAMBII  
PRO VALENTINO SALUTIO  
CUM FRANCISCO CUCURNO.

Casus decisus per Rotam pro Francisco.

An scribens literas cambii teneatur de casu decoctionis mandatarii seu corresponsalis cui directus sunt eas non impletis, si conditoris, vel adjecti, cui solutio facienda erat, fuit negligens in præsentando, & exigendo literas, & non certiorando scribentem de renuentia.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Resolutio causæ.
- 3 Refertur quæ sit juris theoretica in materia, & distinguuntur casus.
- 4 De primo, in quo acceptatio literarum sequatur post decoctionem, & recensentur decisiones Rotæ hunc casum percutientes.
- 5 De alteratione ob quam isto casu acceptans excusatur.
- 6 De secundo casu, in quo de tempore decoctionis scribens erat in statu valido postea immutato.
- 7 De tertio casu mixto, quia de tempore acceptationis non esset sequuta formalis mutatio status, sed cepisset aliqua deterioratio.
- 8 Impugnatur in hoc casu resolutio, & de ratione.
- 9 Datur distinctio plurimum effectuum, ad quos attenduntur, conjectura & indicia futura decoctionis, & ut quis dici valeat decocturus.
- 10 Quæ regula tradatur ad videndum, an quis esset decoctionis proximus.
- 11 De statuto fori mercatorum Bononiæ in hac materia.
- 12 Quando iurata preparatio decoctionis in hac materia attendatur.
- 13 De applicatione theoreticæ generalis ad casum.
- 14 De stylo mercatorum in acceptatione literarum cambii.
- 15 Mandatarius, seu corresponsalis non excusatur si scire potuit conditionem scribentis.
- 16 Ponderatur difficultas cadens in causa.
- 17 De partitis passatoris bancorum.

D I S C. XXV.

SUB die 27. Februarii 1666. Cæsar de Cæsare in Civitate Neapolitana negotiator dedit literas directas Francisco Cucurno in Urbe negotiatori pro solutione scutorum mille faciendæ Valentino Salutio in Urbe pariter existenti, pro totidem ab eodem Cæsare acceptis, mediante banco publico, à Solaris, & Lavagnis, quas literas Cucurnus liberè accepit, sub die 6. Martii; Cumque pendente solito termino dierum quindecim, qui usus vulgò inter negotiatores dicitur, sub die 13. ejusdem mensis ob eisdem Cæsaris latitacionem ejus decoctio in foro mercatorum detecta, & publicata esset, Hinc propterea Cucurnus, ita carens relevatore recusavit dictarum literarum implementum ex motivo superventæ decoctionis scribentis, introductaque causa coram A. C. prodiit sententia dicti Cucurni absolutoria, à qua interposita appellacione ad Rotam coram Albergato, datoque dubio, An Cucurnus ad dictarum literarum solutionem teneretur sub die 13. Aprilis 1668. negativa prod iit resolutio, & in hoc statu causa pendet.

Quæstio autem hæc aliàs apud nostros majores involuta, hodie in Rota, & Curia Romana, cum cujus opinione concordant etiam sacrum Consilium, aliæque Tribunaia Regni Neapolitani, videtur hodie jam sopita, ita ut non sit amplius

amplius juris, sed facti, & applicationis; Juris enim theoretica est, de qua apud Franch. dec. 303. Fab. de Ann. consil. 28. Rovit. *super pragmat. de liter. cambior.* Merlin. l. 2. *controv.* 11. de Marin. *resol.* 258. lib. 1. Carleval. *de jud. tom. 2. quaest.* 6. Rotam dec. 345. par. 5. *rec. in Romana literarum cambii* 16. Martii 1640. Coccino, & apud Dunozettum *decis.* 940. cum aliis in hujus causæ decisione, quod plures casus distingui debent.

Primus est ubi decoctio mandatantis, seu scribentis supervenit re integra, ante scilicet literarum acceptationem factam à mandatario, qui in statu bonæ fidei eas postea acceptaverit, justè credens perseverantiam mandatantis in consueto bono statu, cujus mutationis ignorantia crassa, vel supina dici non valeat; Et tunc in dictis locis, & Tribunalibus recepta est opinio magis benigna excusans acceptantem, quoniam verius videtur acceptantem non dici fidei justorem, vel expromissorem juxta opinionem Scaccia & aliorum, sed potius mandatarium ita acceptasse cum propria obligatione, cum præsupposito, quod adhuc duraret mandatum jam solum per mortem civilem à decoctione resultantem, ideòque casus iste fortuitus cedere potius debet damno ejus, qui scribentis, & mandatantis magis quam corresponsalis, & mandatarii fidem sequutus est, atque hic est casus, de quo agunt Franch. & Fab. de Anna, & cæteri, de quibus supra, idque habetur apud Rotam *disc. disc. 346. p. 5. rec.* ubi literæ erant scriptæ sub die 2. Junii, & acceptatio sub die 9. ejusdem, decoctio autem sequuta erat eo intermedio tempore, & ad summum ipsa die nona, scilicet in Sabbato, quando juxta usum mercatorum literæ scribi, ac respectivè acceptari solent; Prout in dicta Romana literarum cambii 16. Martii 1640. coram Coccino, literæ erant scriptæ die 31. Decembris, acceptatæ die 8. Januarii, decoctio autem sequuta tempore intermedio nempe die 3. Januarii, unde madatarius non poterat juxta usum curfacionum certiorari. Atque apud Dunozettum, *disc. dec. 940.* literæ erant scriptæ die 13. Februarii, acceptatæ die 20. mutatio autem status sequuta in ea hebdomada intermedia, & sic inter unum & alterum sabbatum, qui est mercatorum, & negotiantium dies criticus, in quo frequentius, ac ferè semper decoctiones detegi, ac sequi solent.

Alia etiam probabili ratione isto casu concurrente, quod magis inculpandus, seu minus excusandus est ille ad cujus instantiam, seu gratiam literæ per mandatantem, accepto æquivalenti scribuntur, quia tanquam præsens in loco melius indagare potuit, vel debuit conditionem decocturi, quam mandatarius absens non aptus ad obtinendas eas informationes, quæ præsentis conceduntur; Et qui potuit etiam se cautelare dando æquivalentiam vinculatam in banco, non liberandam nisi post acceptum nunciium acceptationis, atque ita se per modo in tuto.

Alter casus est ubi mutatio status scribentis supervenit post acceptationem, sed ante solutionem, puta durante consueto termino usui, ita ut acceptatio sequuta sit de tempore quo scribens erat in consueto statu valido & mercantili; Et tunc verius est, atque eadem hujus causæ decisio admittit, supervenit casum decoctionis cedere damno, & periculo acceptantis, ut apud aliquos allegatos, ac etiam bene apud Cypc. *Larr. consil.* 42. num. 10. & *seq. & dec.* 196. num. 24. Bocch. *consil.* 17. lib. 1. num. 1. & communiter ac in dictis Rotæ decisionibus.

Tertius casus est mixtus, ubi scilicet, tam de tempore quo scriptæ sunt literæ, quam de tempore acceptationis, status mandatantis cooperat deteriorari, ita ut jam adesset futura decoctionis præordinatio, formalis autem immutatio status per detectam decoctionem sequuta esset post acceptationem, de cujus tempore adhuc scribens negotiaretur, atque in foro mercatorum inter negotiantes recipere, ac fidem generaliter haberet, licet apud aliquos ea diminuta esset, & de ea titubari jam coeptum, qualis erat proprius, ac præcisus casus præsentis controverfiæ.

Et tunc in Rota in hujus causæ decisione simpliciter firmat acceptantem excusari, quasi quod si id ei innocuisset, verisimiliter literas non accepisset, ralemque obligationem non suscepisset, allegando in id autoritates Fab. de Anna *d. consil.* 82. n. 11. cum *seq.* Mastrill. *dec.* 221. n. 2. & Merlin. *d. contro.* 11. n. 14. cum aliis generalibus non percutientibus istos terminos speciales.

In hoc autem, mihi scribenti pro Salutio actore, ad formam etiam veritatem reflectenti, videbatur quod circa ea quæ juris theoreticam generalem percutiunt, fortè preceptum esset cum aliquo æquivoco, quodque dicta propositio ita simpliciter sumpta esset periculosa, publicoque commercio

arque negotiantium bonæ fidei nimis præjudicialis; Siquidem in Urbe, omnibusque Orbis Civitatibus, & emporiis quotidie practicamus, mercatores ac negotiatores non semper eundem uniformem statum habere, sed quandoque majoris, & quandoque minoris existimationis, atque pleorisque pecunias sub cambiis, vel ad interesse præter solitum accipere, vel tractas non ita punctualiter implere, ac aliquando pati protestationes, quæ majoris existimationis aliquam diminutionem inducere solent, adeo ut per aliquos melius informatos eis non credatur cum ea facilitate, vel in illis magnis summis, ut prius credi solebat, Adhuc tamen in generali opinione, atque in foro mercatorum retinet eundem statum atque prò idoneis, & probis negotiatoribus reputantur, cum exceptis quibusdam omnino accidentalibus, ac inopinatis casibus raro contingibilibus, decoctiones non sequantur in instanti, sed longas habeant preparationes; Unde propterea theoretica communi consensu etiam tenentium magis benignam opinionem supra in secundo casu constituta nunquam verificabilis esset, nam quandocumque post acceptationem, sed ante implementum, scribentis decoctio, vel aliqua deteriorationis suspicio oriretur, semper mandatarius recusare posset solutionem, sive accipere hunc pretextum pro literarum prompto implemento differendo contra omnem negotiationis, ac publici commercii rationem, atque cum evidenti ejusdem commercii, ac publicæ fidei præjudicio, cui ad hunc effectum revocationis, seu resolutionis mandari, cui innititur opinio in primo casu constituta, requiratur illa status immutatio quæ causet mortem civilem, naturalis ad hunc effectum assimilata, & quæ sequi dicitur per formalem decoctionem, vel saltem per eum statum, in quo dici valeat proximè decocturus, qui decocti iure censetur, atque in his terminis loquuntur Fab. de Anna, Merlin, & Mastrill. in decisione allegati, ac alii.

Atque in hoc proposito, respondendo autoritatibus quæ deducebantur per scribentes in contrarium super generali propositione probandi proximam decoctionem per indicia, suspensiones & argumenta collecta per Rocchum in *notab. de decoct.* post 2. *vol. consil. not.* 37. nu. 108. & *seq. & alios*, Advertebam aliud esse agere de contractibus, solutionibus, obligationibus, alienationibus, & declarationibus, quæ à decocturo fiant in fraudem creditorum in gratiam uxoris, & conjunctorum, vel fiduciatorum cum quibus fraudis, & collusionis suspicio probabiliter intret, Aliud verò ad itum præcisum effectum excusandi mandatarium, qui literas cambii acceptaverit, ob talem mutationem status mandatantis, quod ex illa resultat revocatio mandati, tanquam per mortem; Isti enim termini sunt inter se longè diverfi, nimiumque clarum videtur æquivocum, hos ultimos cum aliis præcedentibus regulare; Ad primum enim effectum inducendi in altero contractante cum decocturo malam fidem, ac fraudis præsumptionem, certa, & determinata regula dari non potest, sed juxta generalem rerum conjecturalium naturam & qualiter, totum residet in iudicis prudentis arbitrio, ex facti qualitate, singulorumque casuum particularibus circumstantiis regulando, adeo ut quandoque etiam per menses, imò etiam per annum antea dici valeat quis decocturus, & contrahens in fraudem, ut pluries advertitur in sua materia *subtit. de credito*, præsertim in *Bononiæ discussionis*, ubi de statuto fori mercatorum Bononiæ præsumente hanc fraudem per qua triennium antea, unde propterea omnes creditores, seu alios intra dictum terminum contrahentes cum eo, qui postea decoquet, nulla data temporis differentia, reddit æquales; Hoc autem si admitteremus in hac materia literarum cambii, esset involvere totum Mundum, atque publicum commercium omnino tollere, vel impedire, quo nil absurdius, dum juxta *dec. 9.* Butatti, tempus 14. dierum reputatur passim sufficiens, & tamen data acceptatione tempus usus est talis, & pluries minor, & sic nunquam claretur casus quo acceptans esset obligatus.

Ideoque futura decoctionis actus preparatorios observabam rectè considerabiles esse in hac materia, ubi probabilis suspicio cadere posset, quod literæ cambii per decocturum corresponsali scriptæ essent, non pro æquivalentia tunc sincerè, ac bona fide habita ab eo in cuius gratiam tracta fiat, sed ut ita illum jam ex alia causa creditorem dimittat, juxta ponderationem, de qua infra in hoc præcisio controverfo casu.

Ista igitur theoretica generali ita constituta; Quatenus pertinet ad ejus applicationem, ac factum, per eosdem testes inductos ex parte rei conventi, aliisque probationes deductas per actorem cum attestacionibus negotiatorum, & partitis publicorum bancorum, ac etiam cum publicis instrumentis,

ris, constabat dictum Casarem usque ad diem 12. Martii publicè conversatum, ac negotiatum esse, atque negotiatore juxta solitum fuisse in publico foro reputatum, detecta solum ejus decoctione ex laritatione in dicta die 13. cadente in Sabbato, die ut supra mercatorum critica; Dicebant autem testes à multo tempore antea ejus fidei diminutionem initiatam esse, eis tamen inter se discordantibus, aliqui namque id asserbant à sex mensibus, alii verò id restringebant ad duos circiter, ex quo tempore plures passus erat protestationes ob literas non impletas, alia etiam indicia deteriorationis in dies referendo, proxima verò in ipsa hebdomada decoctionis, & sic post acceptationem sequutam hebdomada præcedenti, ob dimissionem scilicet scripturalis, repositionem uxoris in monasterio, & occultationem librorum, & aliorum bonorum.

Atque hac facti serie sic stante, dicebam, quod aut attendere volumus formalem decoctionem, & illa sequuta erat sub die 13. Martii, & sic septem diebus post acceptationem, sequutam sub die 6. quiniò verè, & propriè per decem dies antea, quoniam literæ scribuntur in Civitate Neapolis Sabbato, dum ista literæ scriptæ fuerunt die 27. Februarii, habentur autem in Urbe in die Mercurii valdè mane, quiniò, & die Martis de sero, atque illic requiritur mercator ad acceptandum, sed ille ex quadam majori dilatione de facto per negotiatores usurpata differt facere acceptationem in scriptis usque ad sequentem diem Sabbati, quasi quod illa sit hujusmodi negotiorum dies congrua, ideòque magis de plano intrabat theoretica, de qua in dicto secundo casu.

Aut ex abundanti attendendum esset tempus coeptæ, seu preparatæ decoctionis, & cum illud esset nimis longum sex mensium, vel saltem, duorum, adhuc acceptans inexcusabilis remanebat, dum allegare non poterat probabilem ignorantiam, seu justam credulitatem, quod mandas continuaret in consueto bono statu, ideòque sibi imputare debet cur sciens, vel scire debens statum mandantis, literas acceptavit, ut benè advertitur per Gaitum de cred. cap. 2. tit. 7. nu. 2404. & segg. Carleval. dicit. qu. 6. n. 38. Merlin. d. controu. 11. nu. 17. & 18. & benè Rota d. dec. 345. nu. 3. & 13. cum duobus segg. p. 5. rec. ac cæteri communiter tenentes hanc magis benignam opinionem, non alteri fundamento innixam, nisi dictæ credulitati, quoties sit justa, & probabilis, ex benè discussis per Merlin. d. controu. 11. Et habemus in materia restitutionis in integrum adversus præscriptionem; Sive in materia alterius æquirativi remedi competentis ratione ignorantie, quia intelligitur, dummodo illa sit probabilis, & verisimilis, non autem ubi crassa, & supina, aut aliàs improbabilis; Porrius verò, quia in facto justificabatur hoc medio tempore, & postquam testis dicebat scribentem coepisse deficere à fide, plura, & plura negotia inter ipso mandantem, & mandatariu inter cesserant, unde propterea omninò planum videbatur, quod acceptans non esset excusabilis.

Unica difficultas, quam ab initio in ista causa agnoscebam, consistebat in facto potius, quam in jure, An scilicet concurreret nec ne bona fides in prædictis Solarii, & Lavagnis, ad quorum instantiam dictæ literæ scriptæ erant, quod scilicet verè, & regulariter tunc data esset æquivalentia, tanquam mercatori probabiliter idoneo reputato. Vel potius dicta æquivalentia præstita non esset, sed illi tanquam præsens melius informati de malo statu dicti Casaris ejusque imminente decoctione, tanquam ejus creditores curassent mediante ista tracta se reintegrare, ita ut scientia dicti status, sive immineris decoctionis prævio, magis verisimilis esset in prædictis, quam in mandatario absente, Ideòque totus punctus esse videbatur in realitate præstationis dictæ æquivalentiæ tunc, & de præsentis, quod advertebam justificandum esse, aliàs quam per partem banchi, in qua per actorem totum fundamentum consistebatur, quoniam in ea Civitate frequens usus est, ut omnia serè negotia inter partes tractata transeant per bancum, etiam sine effectiva pecunia, atque ibi vulgò dicuntur *parite passatorie*, quæ nihil probant, nec aliquid operantur, ut in specie advertitur per Capyc. Latr. dec. 220. num. 72. quando enim ita res se haberet, justam credebam resolutionem, secus autem è converso, quod scilicet tunc verè ac bona fide æquivalentia soluta esset ut cambiaretur per Urbem,

ARIMINEN. LITERARUM CAMBII PRO FRANCISCO MANGANONO. CUM FRANCISCO RASIO.

Casus disputatus coram A.C.

An scribens literas cambii teneatur de casu decoctionis mandatarii, seu corresponsalis cui directæ sunt eas non implentis, si creditoris, vel adjecti, cui solutio faciendæ erat, fuit negligens in præsentando, & exigendo literas, & non certiorando scribentem de renuentia.

S U M M A R I U M

- 1 Facti series.
- 2 Scribens literas cambii teneatur restituere æquivalentiam acceptam si literæ non implentur.
- 3 Etiam si recipiens fuerit negligens in exigendo.
- 4 Quod ista sit questio facti potius quam juris, & quomodo decidenda sit, distinguitur inter negligentiam notabilem, & non notabilem.
- 5 Qui recipit literas, quæ non implentur, teneatur certiorare scribentem.
- 6 Assignantur rationes ob quas ubi concurrat negligentia notabilis, periculum non debet esse scribentis.
- 7 Ubi etiam cessio est pro solvendo, & non pro soluto, cessionarius teneatur facere diligentias.
- 8 Mandatarius teneatur servare bonam fidem, & quam culpam præstet.
- 9 Termini literarum cambii diversimode tractandi sunt, quam illi simplicis cessionis, vel assignamenti.
- 10 Leges municipales aliarum Provinciarum, vel ditionum, an & quomodo attendi debeant.
- 11 Expenduntur auctoritates super conclusione, de qua nu. 3. ut percussant casum modicæ negligentie.
- 12 Quomodo dignoscatur an negligentia sint notabilis & culpa nec ne.

D I S C. XXXI.

Franciscus Manganonus sub die 28. Aprilis 1666. Arimini in Urbe commoranti pro solutione scutorum 800. faciendâ in eadem Urbe Thomæ Bacelli in gratiam Francisci Rassi, à quo æquivalentiam accepit; Præsentatis verò die quarta Junii sequentis dictis literis præfato Zelæ, hic recusavit illas acceptare, data intentione acceptandi & solvendi cum aliqua competentis dilatione, unde Brogius Baccelli complementarius, ac focus fecit solitam protestationem, atque de sequentis certioram reddidit dictum Rasinum; qui nullam protestationem fecit cum Manganono, minusque ut supponebatur, eum aliàs certioram reddidit, unde negotium ita pro aliquo tempore siluit usque ad mensem Octobris, istoque intermedio tempore obiit Zela non solvendo, quare Rasius actiones direxit contra Manganonum scribentem pro restitutione æquivalentiæ habitæ.

Et introducta causa coram A.C. sive Præfato deputato, Scribentes pro Rasio actore istius intentionem fundatam dicebant in recepta onclusione, de qua supra in Neapolitana disc. 22. super obligatione scribentis literas non impletas restituendi, etiam cum processu executivo de communi usu ubique introducto, quidquid receperunt esse, ex causa earumdem literarum, deducendo easdem auctoritates, quæ dicto disc. 22. relatæ habentur.

Cumque ex parte rei conventi exciperetur de actoris negligentia in non exigendo debito tempore dictas literas, vel in non certiorando ipsum scribentem, qui ita certioratus, suas adhibuisset diligentias priusquam Zela deficere, & à quibus diligentias abstinuit sub bona fide per eum ex silentio Rassi concepto, quod literæ essent jam impletæ. Replicabant scribentes pro actore de conclusione, in Rota præsertim & Curia recepta, quod ubi non constat de requisitis veræ & formalis delegationis hujusmodi literæ susceptæ censetur pro solvendo, non autem pro soluto, & sic sub conditione quatenus solutio sequatur, & non aliàs, ideoque scribens non remanet liberatus, quamvis ex parte recipientis, vel cessionarii aliqua negligentia adhibita esset, ut per Rot. apud Gregor. dec. 217. Buratt. dec. 486. & 497. apud Pacif. de Salv. dec. 49. & 50. apud Royas dec. 362. inter rec. p. 10. dec. 47. & 260. & pluries. Atque

que esse alibi magis communiter receptum patet ex deduct. per Rovit. super pragm. 1. de literis cambii, nu. 1. & segg. Rocch. resp. 8. l. 1. Merlin. de pignor. l. 4. qu. 150. in fin. Ole. de cess. jur. tit. 7. q. 3. & generaliter in proposito cessionis nominis debitoris, & cuius periculo istius decoctio cedat, habetur pluries in sua materia *sub tit. de credito*.

Scribens ego pro reo convento, admisa veritate primæ conclusionis in suo casu super regressu competente contra scribentem, ubi non obstatet ipsius cessionis, vel adjecti negligentia, ad istam restringebam quæstionis punctum, an scilicet stante intermedia mutatione status mandatarii de tempore literarum earumque maturationis idonei, obstatet nec ne actori negligentia ipsius, vel ejus corresponsalis, quæ etiam sufficeret.

In hoc autem, dicebam, quod quidquid juxta morem Nostri varient, præsertim ad solam causarum opportunitatem scribentes, Attamen benè ponderatis auctoritatibus, & decisionibus, quas desuper habemus, quæstio videtur potius facti, & applicationis, quam juris, decidenda cum distinctione benè conciliante auctoritates quæ desuper pugnant videntur, eodem præsupposito scribentium in contrarium revento, quod non concurreret formalis delegatio, sed ageretur de simplici cessione, seu consignatione literarum quam admittebam in dubio censeri debere potius pro solvendo, quam pro soluto,

Aut enim negligentia non est magna, & notabilis, & tunc verius est eam non obstatè juxta supradictam regulam in contrarium deductam, quam cessantibus legibus municipalibus admittebam veram, juxta deducta in dicta Neapolitana disc. 22. Aut verò illa est magna & notabilis, ita ut culpam redeat, atque dici valeat causa damni, quod scribenti aliàs resultat, quia nempe hic sub bona fide, iustaque credulitate quod literæ fuerint impletæ, acquieverit, atque non fecerit illas diligentias quas aliàs fecisset, & quibus mediantibus debitorem tunc in bono statu existentem exegisset, & tunc secus, ut benè cæteris relatis Fontanell. dec. 125. in fin. quem in hoc laudant add. ad Capyc. Latr. dec. 20. n. 16. Rocch. resp. 8. n. 7. lib. 1. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 150. nu. 65. Olea de cess. jur. tit. 7. q. 3. n. 39. & admittunt add. ad Greg. disc. 217. n. 9. in fin. ubi allegatur Scaccia in hoc ab omnibus receptus, quod qui recepit literas, quantum solutio suum implementum non habuit, teneatur certiorare scribentem, ut etiam ex Gaito & aliis habetur apud Carleval. de judic. tom. 2. disp. 6. num. 28. benè Thor. in compend. dec. par. 2. verbo periculum decoctionis, in fine.

Et quando desuper non haberemus auctoritates, id etiam suadet utraque ratio humana & legalis, naturali siquidem sensui, ac rationi repugnare videtur, quod cessionarius ita obdormitans, & quandoque cum cesso debitore etiam cum occulta recognitione colludens, à propria culpa ita immuni bona fide versatus est; Ac etiam juxta principia legalia; concordant enim omnes, hujusmodi cessionarios, vel adjectos, quamvis cessio esset pro solvendo, teneri ad diligentias, licet tales quales, non autem omnino exactas, ac per viam formalis excussionis, ex ea clara ratione quod ita cessionarius suscipere dicitur à cedente mandatatum ad illam executionem faciendam, ideòque docere debet se implevisse partes mandatarii ex generaliter deductis per Rotam apud Merlin. dec. 639. dec. 44. n. 12. p. 11. rec. Fontanell. dicta dec. 125. & frequenter in terminis generalibus controversis inter cedentem & cessionarium super periculo nominis cessi in sua materia *sub tit. de credito*. Ideoque data magna & notabili negligentia, impossibile redditur cessionario justificare hoc requisitum, dum ita concurrere videtur etiam culpa lata, cum tamen etiam levem de jure mandatarius præstet, quiniò in aliquorum sensu etiam levissimam, ut pluribus juribus expensis, latè deducit Harprecht. 8. in §. is qui, in fin. de mandat. n. 21. cum segg. ubi concordantes. Quodque mandatarius præstare debeat diligentiam, & culpæ reddere rationem, Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 14. n. 5. & habetur *sub tit. de Regal. disc. 117. & alibi*.

Quod si procedit generaliter in quacunque cessione, seu assignatione proprio creditori facta pro solvendo de aliquo nomine debitoris, utique longè facilis, atque cum majori rigore contra cessionarium, seu recipientem literas recipientum est in hac materia literarum cambii, ita ratione communis usus, ac negotiationis, & publici commercii exigente. Attendendo etiam in idem aliorum Principatum rigorosas leges particulares desuper editas, non in ratione autoritativa non egrediente limites, & potestatem legislatoris, sed in ratione interpretativa, & tanquam doctrinam magistralem, ex iis, quæ circa leges particulares, aliorum provinciarum, & ditionum, præsertim finitima-

rum advertunt DD. collecti per scribentes apud Prat. *respons. crim. 46. n. 53. & segg.* & advertitur etiam per Rotam in proposito consuetudinis dec. 357. n. 61. p. 11. rec. & de legibus Hispaniarum dec. 27. n. 3. p. 1. rec. & Franc. dec. 578. n. 14. cum aliis per Constantium in l. 2. C. de fl. Offic. lib. 10. & per add. ad Rovit. pragm. 2. de cessione bonorum, atque frequenter alibi advertitur.

Idque etiam agnoscere videntur auctoritates, quæ supra contra scribentem insinuantur, siquidem apud Greg. 217. ut patet n. 7. nulla aderat negligentia, & apud Buratt. dec. 486. n. 6. ponderatur moram 27. dierum non esse notabilem, Atque ex judicio mercatorum idem advertitur coram eodem dec. 457. n. 8. & segg. potissimè quia in d. dec. 486. concurrebat qualitas militaris in debitore ita non facilis conventionis, & cum eodem præsupposito moræ non notabilis, vel aliàs excusabilis proceditur dec. 49. & 50. post Pacif. d. dec. 260. n. 14. & 15. p. 10. rec. & in aliis.

Igitur ut jam dictum est, quæstio non est juris, sed facti, certam regulam generalem, sive uniformem decisionem non recipiens, sed decidenda pro judicis prudentis arbitrio, regulando ex facti qualitate ac singulorum casuum particularibus circumstantiis, quæ solent frequentius esse difforme ob locorum diversos usus, nec non personatum, & temporum qualitatem, quibus attentis juxta generalem regulam quam in arbitrariis, & conjecturalibus habemus, unum & idem temporis spatium in uno casu erit modicum, atque negligentiam notabilem non imporrabit, in alio verò erit magnum importans negligentiam notabilem. Potissimè verò ac principaliter attendendo maximam differentiam militantiem inter casum literarum cambii, & alterum simplicis assignamenti, quam debitor faciat suo creditori de aliquibus effectibus, vel nominibus debitorum, adeò ut iste pro meo judicio clarus videatur error tractare hos terminos literarum cambii inter negotiatores cum dictis aliis terminis generalibus simplicis cessionis, vel assignationis, quæ sequatur inter privatos creditores, & debitores; Potissimum autem attendendo, an scribens, vel cedens verisimiliter exegisset, ac se reintegrasset, si fuisset certioratus.

In unica verò disputatione habita in ista causa, maturum judicium pro veritate efformare non potui, ob non benè firmatum super quo causæ Partoni nimium diversificabant, cum ab hoc ut dictum est hujusmodi controversiarum decisio pendeat; incertus tamen mihi est causæ exitus, dum causa mutavit defensores, & ut frequenter contingit ex mutatione procuratoris.

S O P R A

LA VALIDITA' DEI CAMBII DIPIAZZA.

In che differiscano da quelli di fiera, fatto in occasione della disputa havuta in Signatura di Gracia nella causa Romana Cambiorum trà la ragione bancaria di Filippo Valenti & il Marchese Raimondo, della quale si tratta di sopra al dis. 1. & 2. e con la quale occasione si discorre di molte specie de' cambj, Et quando in essi entri il sospetto dell' Usura.

D I S C. XXVII.

Per chiarezza della materia dei cambj, e per togliere gli equivoci presi da moderni Scrittori sopra l'intelligenza della dottrina degli antichi Canonisti, e Morali, conviene distinguere le diverse sorti de' cambj, & in quali entri nò l'usura è sospetto di essa supponendo il discotto in Roma.

La prima sorte di cambj è quella che si fa trà presenti trà l'una, e l'altra specie di moneta corrente nel medesimo paese, ch'è à punto quel cambio conosciuto dalla legge commune, che si esercita da gli Argentarii ò collobisti, volgarmente chiamati Bancherotti, quali per la miglior qualità, ò più commodò uso di una moneta che l'altra, ricevono per tale commutazione certa mercede; Come à dire, Tirio ha cento scudi di oro di peso vecchio, ò cento cinquanta scudi di moneta di paoli, e li bisognano per una spedizione di Daratia cento scudi di oro stampo, vada dal bancherotto, e per cambiabile la sua moneta in detti scudi di stampe gli paga un mezzo grosso, più ò meno conforme si può convenire per scudo, ch'è valore di quella miglior qualità di moneta, & in tal cambio



bio il bancherotto altera il prezzo, perchè in lista tra mercanti cotterà l'oro ad un bajocco, ed egli ne vorrà due per sua mercede, vivendo con quell'industria, nella quale applica tutta la sua persona & opera. Anzi si dà la mercede anco nel cambio di due monete d'egual bontà, e valore per la sola maggior commodità di una specie più che l'altra; Come a dire, ha Titio una dobla di Spagna, comple haver tanti giulii, grossi, o mezzi grossi, vada dal bancherotto, e paga per tal cambio certa mercede; Come anco per la più buona, o cattiva qualità della moneta, benché il valore sia il medesimo; Come a dire, ha Titio nel Regno di Napoli cento ducati di rame, gli comple haver l'istessa somma in moneta di argento, o oro, come più comodo al trasporto e più spendibile, la cambia col bancherotto, o col negoziante pagandone il cinque più, o meno per cento d'aggio come si può convenire. E questa forte di cambio tra presenti è anco praticabile dalla moneta corrente in un paese con la moneta di un altro, che ivi non corra; Come a dire, viene in Roma un Regnicolo di Siciliano, porta seco cento ducati di tari o altra moneta di quel paese, che in Roma comunemente non si spende, vada dal bancherotto o altro negoziante, e la cambia in testoni, o paoli perdendovi il diece o dodici per cento, come si può convenire.

In questo cambio non cade usura, non entrandovi dilazione di tempo, nè mutuo vero o interpretativo, senza de quali non può darli l'usura; Vi possono bensì cadere l'inganno, e la lesione, perchè correndo il solito aggio degli scudi d'oro di stampe a mezzo grosso l'uno, l'astuto bancherotto col non pratico cambiante può chiederne, & averne un grosso; Come anco vi può cadere la falsità, perchè può dare all'insperato feudi di oro peso vecchio in cambio di stampe nuove, ovvero giulii di Urbino, o Ferrara, o testoni di S. Petronio in cambio di giulii Romani, ma ciò farà falsità, fraude, lesione, o ingiustizia, però mai usura.

La seconda forte di cambio è quella che parimente si fa tra presenti da una specie di moneta all'altra dell'istesso paese, e nel medesimo luogo, ma con qualche dilazione di tempo, il che frequentemente si pratica nel Regno di Napoli; Come a dire, Titio dà oggi a Sempronio cento ducati in moneta di rame, perchè tra un mese restituirli gli medemi cento ducati in moneta d'argento, o oro; O pure dà cento ducati in moneta d'argento del paese, perchè tra un mese gli restituirli nel medesimo luogo cento scudi di moneta Romana; Et in Roma si può praticare, che Titio dia a Sempronio cento scudi d'oro di peso vecchio o cento cinquant' scudi moneta, perchè a campo di un mese o due egli restituirli cento scudi d'oro stampe.

In questa forte di cambio cade chiaramente l'usura, perchè vi entra il mutuo con la dilazione del tempo, per mercede del quale si riceve quell'utile, che importa il ridurre la sua moneta da una specie inferiore ad un'altra migliore, & in questo consiste propriamente l'usura di cavar frutto dalla sola dilazione, & uso del denaro.

La terza forte di cambio è il locale, che si fa per lettere sopra la moneta del medesimo paese da un luogo all'altro del medesimo Regno o Principato; Come a dire, Titio ha mille scudi di moneta in Roma, gli comple haverli in Macerata, ma non vorria haver l'incomodo o spesa, nè fogggiacere al pericolo della trasportazione, trova Sempronio negoziante, a cui dà la sua moneta, perchè glieli paghi o facci pagare l'istessa quantità in Macerata con il cambio di tre o quattro per cento, più o meno, come si possono convenire.

Questa mercede non può dirsi che sia per il cambio di differenza di valore da una specie di moneta all'altra, mentre si dà, e si riceve l'istesso pieno, e tanto nell'uno, quanto nell'altro luogo la moneta ha il medesimo valore, ma solo è mercede della spesa e pericolo per la vettura o trasporto, che s'ha da un luogo all'altro; E se bene Sempronio non manda la medesima moneta, in maniera che effettivamente non patisca la spesa della vettura, nè fogggiaccia al pericolo di esser rubbato per la strada, ma procura, che da un suo corrispondente in Macerata con denaro di esso Sempronio o dell'amico si paghino a Titio li suoi mille scudi, nondimeno ciò non importa, essendo effetto della sua industria, non importando ciò a Titio cosa alcuna.

In questa forte di cambio possono darli l'ingiustizia o lesione, e rispettivamente l'usura; L'ingiustizia, o lesione, perchè se tra pratici negozianti la mercede di questo cambio senz'alterazione particolare di tempo, ma nel solo termine, che porta la distanza del luogo fusse di tre per cento, Sempronio mercante astuto potrebbe ingannare Titio men pratico in farsi dare il sei o sette per cento, ma questa sarà

ingiustizia, e lesione, non già usura, la quale solamente potrà cadervi per la maggiore o minore dilazione del tempo; Come a dire Sempronio riceve in Roma da Titio mille scudi per pagare o far pagare li medemi in Macerata nel termine di uno o due mesi, e stante tal dilazione, si convengono, che Titio habbia ivi gli medemi suoi mille scudi senza mercede alcuna da Sempronio, che ha avuto il peso e pericolo del trasporto, questa è usura, perchè Titio per rispetto della dilazione congiunta col mutuo almeno interpretativo sente quell'utile.

El'istesso camina, quando in qualunque modo si convenga di maggiore o minor cambio per causa della maggiore o minor dilazione al pagare in luogo quel che si riceve nell'altro. E questo appunto è quel cambio tra due Città o luoghi del medesimo Regno, dal quale parlano il *Malfese*, il *Giustiniano*, il *Duardo*, & altri *Morali*, non cadendovi alterazione per la diversità di moneta, e dependendo il tutto della sola convenzione delle parti.

La quarta forte di cambio è il locale, che si fa per lettere dalla moneta di un Regno o Principato, che si dà in un luogo, alla moneta di un altro Regno o Principato, che si deve pagare nell'altro; Come a dire, Titio ha mille scudi di moneta in Roma, gli comple haverla valuta in Venezia o Napoli, gli dà a Sempronio, perchè glieli cambi per il detto luogo, dove li bisogna; O pure all'incontro Titio ha bisogno di mille scudi in Roma, li chiede a Sempronio, che avendo tal moneta in Roma, ne desiderava valuta in Venezia o Napoli, obligandosi dargliela quivi con la convenzione di qualche cambio o lucro certo di tanto per cento; Et allora se non vi corre alterazione di tempo, in modo che non vi cada il sospetto del maggior utile per causa della maggior dilazione, non entra usura, ma può ben entrarvi inganno, lesione, & ingiustizia, perchè essendo solito, per esempio, in quella settimana tra negozianti pratici corrente il cambio da una moneta all'altra a 7. per cento, può un accorto negoziante farcene dare dall'altro men pratico il dieci o dodici, ma ciò non importa usura, quale solamente entraria, quando l'alterazione nascesse dalla dilazione; E nel regolare l'ingiustizia o lesione, si attende la maggiore o minore idoneità del recipiente, potendosi giustamente convenire qualche maggior utile per ricompensa del pericolo, a che il dante si espone, quando il recipiente non sia totalmente sicuro, però sia come si voglia, non entra l'usura.

Ma se in questa forte di cambj non vi fusse convenzione alcuna, nè circa il cambio, nè circa il tempo, perchè si convenisse, che Titio, il quale riceve da Sempronio i mille scudi in Roma, debba nel termine che porta l'uso de i mercanti pagarneli la valuta in Venezia, nel modo che cotterà la piazza quando maturarà il pagamento, in questo caso correndovi la realtà dei spacci, come si dirà di sotto, non vi cade usura, nè meno ingiustizia o lesione, mentre non vi è alterazione di tempo, dalla quale possa nascere l'utile del dante, e rispettivamente danno del recipiente. Nè meno non vi può essere l'inganno, lesione o suffocazione nel convenire maggior utile o danno di quel che porti l'eventualità di quel tempo, in maniera che, tanto è l'utile del dante, che sia praticissimo, & astutissimo, quanto di quello, che sia sciocco, e totalmente insperato, anco tutto, che però si esclude, non solamente l'usura, ma anco l'ingiustizia o lesione.

In questo caso, l'utile, o rispettivamente danno del dante o recipiente, consiste nella variazione del prezzo dell'oro, dal quale pende la riduzione di una moneta all'altra, Come a dire, Titio piglia in Roma da Sempronio mille scudi moneta a cambio per Venezia; E perchè la piazza di Roma non usa sopra cambj altra moneta, che scudi d'oro, & all'incontro la piazza di Venezia non usa sopra cambj altra moneta che di ducati, però in Roma li mille scudi moneta si riducono a tanti scudi d'oro con l'aggio corrente in lista quella settimana, e poi si fa la tratta a Venezia in ducati, col prezzo, che si pone, come a dire, tanti ducati, a 54. scudi di oro per ogni cento ducati.

Nel ritorno poi della tratta per Roma, li ducati di Venezia si rimettono a ragione del valore di tanti scudi di oro, secondo il prezzo che in quella settimana si mette, e corre in Venezia, qual prezzo può essere maggiore o minore di quel che era in Roma, quando si mandò il cambio, in maniera che potrà essere a 54. e mezzo per cento, ovvero meno de' 54.

Quando il prezzo è alterato, che il primo di Roma sia di 54. & il secondo di Venezia sia di 54. e mezzo, questo

ca.

cagiona l'utile del dante, e rispettivamente il danno del recipiente; Et all'incontro quando il primo è di 54. & il secondo di Venezia è di 53. e mezzo, questo fa il danno del dante, & utile del recipiente, sicché sminuisca la prima forte, e tutto ciò pende dall'eventualità, la quale esclude l'usura, e l'ingiustizia.

Et il medesimo camina egualmente ne i cambj di fiera, perchè la moneta consistente nel luogo, dove si dà o rispettivamente si piglia il denaro a cambio in scudi di moneta, o in ducati, o in lire, si deve ridurre a scudi d'oro, e da questi si riduce a scudi di marche, che si comprano, e dal maggiore o minor prezzo di essi dipende l'utile o danno del dante, e rispettivamente del recipiente.

E questa incertezza dependente dall'eventualità del più basso o più alto prezzo dell'oro, e moneta, o marche rispettivamente, salva il cambio, così dall'usura, come dall'ingiustizia, mentre il tutto dipende dall'evento, e niente dalla convenzione delle parti, onde nel solo caso di convenzione cade quel sospetto di usura, che in questa materia si è havuta per i Canonisti, e Teologi.

Per la validità di questo cambio, si ricerca che veramente si mandino le lettere in fiera dirizzate a persona tale, che con denaro del scrivente o proprio possino avere il suo adempimento, in maniera che se dette lettere realmente non corrono, o pure il dante sia certo, che non ne possa seguire l'adempimento, e che sappia, come il recipiente converrà il denaro il altro usi senza poterne dare l'equivalente in piazza o fiera, si dice cambio secco, e simulato, per quel che ne dispone la Bolla di Pio V. sopra cambj, quando si tratti di cambio diretto, e puro senza mistura di altro contratto.

E tutto ciò camina bene quanto alla prima rata o primo cambio da Roma a Venezia, o da Roma in fiera, non cadendo sopra ciò differenza dal cambio per fiera o per piazza, dove termini; E quando la tratta ha il suo pieno nel luogo destinato, non vi cade altra difficoltà, la quale cade solamente in caso di non adempimento, per defecto del quale, con la ricorso, o altro termine usato da negozianti si crea il ricambio di nuova tratta dal luogo *ad quem*, al luogo, *à quo*.

In questo caso di ricambio, cadono due ragioni da dubitare, l'una, perchè così si dice continuazione prohibita della detta Bolla di Pio V. che permette solo un cambio per la prima fiera o primo termine di piazza, e l'altra, perchè l'augmento cagionato dall'interesse del detto cambio si converte in forte, e si rende atto a produrre nuovo interesse di cambio, che è specie di frutto, quale alcuni dicono superfezione, & altri dicono anatocismo.

Ma ciò che alcuni men pratici del negozio habbino sopra ciò dubitato; Tanto dalla Rota Romana, quanto da tutti gli Tribunali del mondo Cattolico, e dalla comune opinione de i Canonisti e Morali intendenti della materia, viene ammessa la validità di questo ricambio, rispondendosi al primo oggetto, che allora s'intende continuazione prohibita, quando il recipiente benché vollesse pagare in fiera, o in piazza non potesse farlo, e fosse costretto patire contro sua voglia la continuazione di altra fiera o di altro termine di piazza; Ma quando è in suo arbitrio in farlo, in maniera che il ricambio venghi creato di nuovo per adempimento il primo, non si dice continuazione, ma creazione totalmente nuova & indipendente, e così successivamente, la onde in tal caso si dicono tante tratte o contratti, e cambj nuovi, quante sono le fiere, o quanti sono gli termini di piazze.

Et all'altra ragione di dubitare circa il convertire gli interessi del primo cambio in forte nel fare il ricambio, si risponde con maggior facilità, perchè l'interesse del cambio realmente non è, nè frutto, nè lucro, nè accessione contraddistinta dalla forte, ma è una forte nuova, come tutto prezzo di quella moneta, che in quel luogo tanto vale, con il di più cagionato dalle spese di provisioni a ciò necessarie, e volgarmente si dice ricambio per contraddistinguerlo dal primo, ma in effetto è un cambio totalmente nuovo; E se bene gli Giuristi chiamino frutti questo interesse de' cambj, & alcuni più sciocamente confondendo i termini gli chiamino usure, nondimeno questo, o è errore, o un certo modo di dire per contraddistinguerli dal valore della prima forte.

Dicono alcuni, che tutto ciò camina bene, tanto per fiere, quanto per piazze, in ordine al primo cambio, mentre questo è più necessario al commercio per piazze che per fiere. Et anco l'ammettono nel primo ricambio, cioè nel

Card. de Luca, Lib. V.

ritorno del luogo *ad quem* al luogo *à quo*; Ma che la continuazione, e successiva circolazione, benché fatta nella già detta forma valida, per via di tante nuove creazioni di nuovi contratti o tratte, sia permessa solamente per le fiere, o pure anco per le piazze con la mistura di fiere, cioè da piazza a fiera, e da fiera a piazza, ma non già da piazza, a piazza, cioè da Roma a Venezia, e da Venezia a Roma, e così successivamente.

Questa distinzione si crede ideale e di nessun fondamento, non essendovi ragione immaginabile, per la quale una forte di circolazione deva esser valida e lecita, e l'altra illecita & invalida, mentre presupposto, che non siamo nel caso di quella vera continuazione prohibita dalla Bolla di Pio, e che ogni cambio si dica nuovo stante da per se, per il solo primo termine, la detta Bolla egualmente approva gli uni che gli altri cambj; E quando si possa dire continuazione, tanto dalla detta Bolla è proibita quella per fiera quanto quella per piazza, in modo che la distinzione ha dell'ideale, non essendovi alcuna ragione probabile di differenza.

Sogliono alcuni assegnare la ragione della differenza, in che le fiere habbino il tempo, e prezzo determinato invariabile, stante che in fiera il prezzo si mette dal publico foro di mercanti, o dal Consolo, e deputati, e che il tempo è di tre mesi, in maniera che non si può cambiare che quattro volte l'anno; Et all'incontro per le piazze, che portiano elegerli vicine, potrà il cambio circularsi per più di 30. volte l'anno, e metterli il prezzo a suo modo con interesse grande, & eccessivo.

Chi si fonda in questa ragione si mostra poco inteso, & assai digiuno della materia, poichè il dubbio cade, quando si cambia per luoghi non mercantili, che non hanno regola, ma non già quando si tratta di cambio per quelle Città mercantili di diversi Principati, che meritano il titolo di piazze, dove il prezzo è uniforme, & invariabile posto ciascuna settimana dal foro publico o congrega di mercanti, con l'istesse regole; e considerazioni della moneta larga o stretta, con quali si pone in fiera, dandose fuori le liste; Laonde vediamo in Roma, che in una settimana l'oro corre in lista un bajocco, in un'altra due, in un'altra non vi è aggio di forte alcuna, in maniera che camina l'istessa ragione a puntino come in fiera.

E quanto al tempo, parimente è certo e uniforme, importando l'acceso, e recesso con l'uso il tempo di un mese e mezzo quasi inalterabile, in maniera che si può solamente cambiare otto volte l'anno in circa con poca variazione; E da ciò nasce, che non può darli inganno o suffocazione, mentre come di sopra si è detto, tanto è l'utile del più accorto negoziante, quanto quello di un putto di tre anni, che dia il suo denaro a cambio. Dunque questa ragione di differenza resta totalmente vana, e senza fondamento, non correndovi altro di più che qualche maggior interesse delle provisioni, che per fiere sono otto, e per piazze sono sedici, ma non si trova disposto in termine di ragione, che ciò vizi l'atto.

Altri ne assegnano la ragione di differenza, del ben publico che risulta dall'unir tutto il denaro di negozio in un luogo di fiera, perchè così facendose maggior abbondanza, viene a calare il prezzo dell'oro e renderli minore l'interesse de i debitori; Ma non si sa vedere, perchè non cada l'istessa ragione in queste piazze principali, e metropoli di gran Mercanzia, come sono, Venezia, Napoli, Milano, Roma, e simili.

Altri dicono che per le piazze stà in arbitrio di un negoziante con un cambio grosso alterare il prezzo a suo modo, il che non camina in fiera, però questa ragione potrà ben cadere in Ancona, Bari, Foggia, Lecce, e piazze simili piccole, ma è troppo incongrua a piazze tanto mercantili, nelle quali girano milioni di mercanzie, e negozj, perchè anco in fiera le tratte grosse possono fare l'istessa alterazione.

Adducono altri per ragione di differenza la sicurezza, che si ha in fiera delle antidate, e fraudi, e falsità, stante che tutte le tratte e negozj si registrano nel publico libro, che si dice *bilancio di fiera*, il che non è per le piazze, per le quali può il negoziante con antidate formar gli spacci, & accommodar la Scrittura a suo modo.

Questa è la più sciocca, e mal fondata ragione di tutte l'altre, perchè gli delitti non si devono presumere, nè la sola possibilità di falsità, e supposizione rende l'atto invalido, quando quella non si provi; Come habbiamo in materie più gelose di testamenti, instrumenti, grazie di Principi e simi.

e simili; E però non è buona conseguenza. Una forte di cambiare è più sicura dall'altra, dunque una è lecita e valida, l'altra illecita, & usuraria, perche come si è detto di sopra, negli bancherotti può darli la fraude o falsità nel dare una moneta falsa o scarsa, e pure niuno dice, che questo mestiere di cambiare sia usurario, & illecito.

Ne assegnano alcuni quella del maggiore, & eccessivo guadagno, e rispettivamente interesse, che risulta dal cambiare per piazza più che per fiera, & ancorche tra negozianti non si usi la circolazione de' cambj per piazze solamente, ma per fiere e piazze unite.

Che li negozianti frequentino più una forte di cambio che l'altra, potrà operare, che l'una possi dirsi frequente, & usitata, l'altra non frequente né usitata, ma non perciò potrà dedursene la conseguenza, dunque l'una è lecita, e l'altra illecita; Anco li negozianti sfuggono dar denari a censo, e quasi mai si vede impiegato denaro mercantile in tal contratto, ma frequentemente in cambj per la ragione della perpetua irreperibilità del capitale, che a negozianti comple avere a loro disposizione, ma non perciò può dirsi, che i cambj siano leciti e non li censi.

E quanto al guadagno eccessivo, quando anco questo nasce dalla convenzione delle parti, pure adempiendosi la forma dalla Bolla di Pio, in maniera che non vi sia cosa contraria alla sostanza del contratto, cioè cagionaria ingiustizia e lesione, che merita la rescissione, e riduzione alla giustizia, ma non usura, né nullità; Oltre che quando il danno nasce, come di sopra si è detto, dal mero caso & eventualità, che può portar anco il danno del creditore, e diminuzione della forte principale, meno entra il termine d'ingiustizia e lesione, come è indubitato principio legale.

Sicché potrà ben dirsi, che delle due forti di cambiare l'una riesce dall'evento più lucrosa, e rispettivamente più dannosa dell'altra, ma non già mai, che perciò l'una sia lecita, e l'altra illecita.

Chi per esempio ha mille ducati in Bari per rimetterli in Roma, dove il bisognino per pagar pensioni, o far altra spedizione, ha due strade da cambiare, una per Napoli, l'altra per Venezia, & il caso frequentemente porta, che in una medesima settimana, cambiando per Venezia, patirà un interesse suavissimo di tre, o quattro per cento, e cambiando per Napoli ne patirà un grave di dodici, e 15. Et all'incontro in un'altra settimana per Napoli il cambio gli riuscirà dolcissimo, e per Venezia altissimo; Questo è effetto dell'eventualità, ma non perchè uno elegga la strada più dannosa, e che l'altra dall'evento si scuopra migliore, dunque ne risulta, che l'atto sia stato invalido, & illecito.

Può ben darsi la fraude dell'usura nel cambio, quando tra le parti si stabilisca per accordo il prezzo dell'aggio, che non è proibito fare sinceramente sopra l'incerta eventualità, che può apportare danno & utile rispettivamente, in caso cioè, che il maggior o minor prezzo nasca dalla maggior lontananza o vicinanza della fiera, ovvero dal maggiore o minor breve termine dell'uso, perche si convenga di maggior prezzo dell'aggio quando si piglia il denaro nelle prime settimane della futura fiera, di quel che si convenga quando si piglia verso le ultime, e prossime settimane, si che la dilazione del tempo sia causa dell'aumento o diminuzione; E così parimente quando il prezzo dell'aggio per piazza sia maggiore o minore per il più breve o lungo termine dell'uso, perche può esservi il maggior lucro cagionato dalla dilazione, nel che consiste l'usura; Ma ciò egualmente cammina ne' cambj di piazza come in quelli di fiera senza differenza, dependendo dalla convenzione sopra il tempo di dilazione.

Onde bisogna necessariamente concludere, che è la circolazione de' cambj con le scritture, & atti simulati & a vento senza che mai vi corra denaro (come dicono quei, che danno questa continuazione) sia lecita o no. Se è illecita, tanto farà quella di piazza, quanto quella di fiera, mentre la Bolla di Pio egualmente dispone dell'una che dell'altra; E se per le ragioni dette di sopra deve stimarsi lecita, tanto farà l'una quanto l'altra, benchè l'una sia più suave, e l'altra più aspra, perchè l'accidente di maggiore o minore interesse, non è atto a viziar il contratto, quando non vi sia difetto nella forma, o sostanza.

Finalmente alcuni moderni non pratici del negotio, dicono che tal forte di contratto può tollerarsi tra i mercanti e negozianti, per il bene, che dal commercio e negoziazione, risulta al pubblico, ma non con privati debitori, che pigliano il denaro a cambio, non già per cambiarlo, ma per valersene in altri bisogni & usi, il che è ben noto al dante, che sa di certo

non potersi dal recipiente cambiare quel denaro per fiera, o piazza.

Questo dubbio è parimente effetto di poca notizia della materia, e dalla quale nascono tanti equivoci, particolarmente di quelli, che per il più, poco, o niente praticando il foro, e gli negozii di Città grandi e mercantili, veramente non fanno che cosa sia negozio, né cambio.

Bisogna dunque presupporre, che in due maniere si dice dare, o rispettivamente ricevere denaro a cambio, l'una che secondo l'uso forense si dice diretta, e l'altra che si dice obliqua; La diretta è quando un contraente riceve dall'altro il denaro per cambiarlo veramente, perche il dante, o sia per industria e negozio, o sia per altro suo bisogno, ne voglia realmente la valuta nel luogo destinato. Et in questo caso entra la considerazione de' Canonisti e Morall'abbracciata anco dalla Rota (benche con qualche equivoco quanto all'applicazione a quel caso, nel quale nascono le risoluzioni, che di ciò parlano,) che se il dante sa di certo l'invalidità del recipiente, e che dovendosi valere del denaro in altri usi non possa dar il pieno alla tratta nel luogo destinato, non si dica cambio reale, ma simulato e fecco.

La maniera obliqua è, quando il recipiente piglia a cambio il denaro dal dante in prestito per servirsene a i suoi bisogni, & usi totalmente diversi dal cambiarli per piazza o fiera. Et allora veramente non si dice pigliare quel denaro a cambio, perche in effetto è puro e semplice mutuo; Ma perche il mutuatario non intende tener ozioso sotto mutuo il suo denaro destinato a traffico e negoziazione di cambj, però il mutuatario, per rimborso & indennità del mutuatario, dà mandato o facoltà al medesimo di pigliare da altri, o anco da se stesso a cambio l'equivalente somma, e quella ritenere e girare sopra cambj a danno del mutuatario, finché segua il rimborso del mutuo; O pure il medesimo debitore ne assume il peso in se medesimo, in qual caso se lui non fa correr gli spacci necessari, non possono dirsi dovuti gli cambj come cambj, essendo impossibile dare il corso di questi senza la realtà de' spacci, ma si devono al creditore gli medesimi come danni & interessi dovuti da un procuratore, che accettando il mandato, trascura di eseguirlo, & in questo caso il debitore patirà minor interesse, non parendo quello delle provvisioni.

E questo è quel contratto, che oggidì tanto frequentemente si pratica in Italia, anco tra i privati, che non sono mercanti, perche non gira sopra cambj quel denaro prestato tra persona private, che non siano mercanti, ma gira tra mercanti e negozianti l'equivalente preso a cambio diretto da un'altro, o da se stesso come terzo, in danno è rispettivamente utile del debitore. Et in questo consiste l'equivoco di molti, che non praticano il foro di Città grandi, e piazze mercantili, e senza la qual pratica è impossibile intendere bene questa materia, e distinguere gli termini, dalla confusione de' quali nascono gli equivoci.

Chi poi di tutto ciò desidera la prova con autorità, è ragioni, potrà sodisfarsi ne' discorsi legali in lingua latina contenuti di sopra ne' casi particolari seguiti, e disputati specialmente nell' discorso primo, e secondo concernenti la detta causa che fu occasione del presente discorso; Dove in particolare si avverte che sia troppo manifesto errore di chi crede esser validi gli cambj circolati da fiera a fiera senza mistura di piazze, e non esser validi quelli da piazza a piazza, senza mistura di fiere, mentre come ivi si prova, gli cambj di piazze sono più antichi, più necessari, e più reali, meno lontani della finzione, e conseguentemente senza dubbio più leciti, non potendosi mai dire in regola di legge naturale, e positiva, che un modo modernamente inventato, meno necessario alla Repubblica, e commercio umano, e che contiene qualche bugia contenuta sotto una moneta finta, & immaginaria, possa, o deva dirsi più lecito, del modo più antico, più necessario, e meno lontano della bugia, e finzione.

È più antico il cambio di piazza, che legalmente si dice locale, perche lasciando da parte la questione, se questa specie di contratto fusse conosciuta, e praticata in tempo dell'antica Repubblica Romana o no, nel che habbiamo varie opinioni; Certa cosa è, che dopo la traslazione dell'imperio Romano in Oriente, e che questo per le tante incursioni di barbari in Italia, & altre parti occidentali fu quasi perso, con la divisione di tanti diversi Principati, e Signorie, fu fino da quei tempi necessario d'introdurre questo modo di cambiare la moneta da un luogo all'altro, per la necessaria reciproca comunicazione di quelle cose necessarie all'uso umano, quali la natura ha distribuite in diverse parti del mondo, arri-

aricchendone una parte, & impoverendone l'altra; E ciò non solo per la diversità de' Principati, o Signore, ma ancora per il pericolo della trasportazione della moneta da un luogo all'altro; Laonde di questo cambio locale per lettere parlano comunemente gli Teologi, e Giuristi antichi; Et all'incontro queste fiere che si fanno in Italia, furono introdotte da Genovesi nell'anno 1527.

È più necessario il cambio iteratio foreale, o per piazze, per la detta ragione della necessità della comunicazione tra le Città, e Provincie, senza la quale quasi non si può vivere, almeno con vita civile, e commoda, e per le altre ragioni della diversità delle monete, e pericoli di viaggio, come sopra. Et all'incontro queste fiere sono modernamente introdotte per meta mercatura, e senza quelle si potrà vivere, si che non vi corre necessità precisa come nell'altro.

È finalmente è più reale, e meno lontano dalla bugia, e simulazione il cambio di piazza, perche si cambia da moneta a moneta vera, reale, e corrente in argento, o in scudi d'oro. Et all'incontro in fiera si cambia con scudi d'oro di matrice, ch'è una moneta finta, & immaginaria, quale bisogno compare con scudi d'oro stampe veri, e dal maggiore o minor prezzo di queste due forti di feudo nasce l'interesse del cambio; Dunque è troppo chiaro l'assurdo, che un'atto che più si allontana dalla verità, e si accosta alla bugia, e simulazione, e che contiene un'invenzione moderna non necessaria totalmente al vivere umano, deva prevalere, e stimarsi di miglior qualità, che un'atto antico, necessario, e reale senza mistura alcuna di bugia, o simulazione, con le altre considerazioni addotte nell'altro dei due primi discorsi giuridici.

ROMANA EXCESSIVÆ SOLUTIONIS  
PRO FRANCISCO PIPHER  
CUM DECIO MARCONO.

Causa disputata coram Prefecto Palatii Apostolici,  
& resoluta pro Pipher.

An debitori assument in se curam, & onus cambiandi, ac sponte & pacifice solventi cambia juxta taxam ab initio concorditer limitatam, detur jus, vel actio imputandi in fortem, vel respectivè repetendi id, quod excessivè solum esset, eo quia detectum sit, cambia per nundinas tanti non importasse.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
- 2 De requisitis necessariis, ut cambia exigantur possint.
- 3 Quod debitor assumens in se onus cambiandi teneatur ad cambia etiam sine spaciis tanquam damnata, & interesse.
- 4 Sed tunc non debentur expensæ provisionum.
- 5 Camata male soluta imputantur ipso jure in fortem etiam si sponte.
- 6 Quod hic articulus sit novus.
- 7 Quod procedendum sit cum distinctione casuum.
- 8 Quando agitur de cambiis non solutis attenditur quid minus.
- 9 Idem de solutis per debitorem invitum de mandato judicis.
- 10 Etiam sponte soluta cambia in excessu reperiuntur, vel imputantur si creditor girabat cambia.
- 11 Secus ubi ipse debitor in se suscipit onus cambiandi.
- 12 De probatione negativa.
- 13 Indebitum voluntarium indiget probatione conclusiva.
- 14 Quod solvens scienter indebitum censeatur donare.
- 15 Quod creditor exigens, & consumens fructus excessivos in statu bona fidei non teneatur restituere.
- 16 Declaratur conclusio, quod bona fides in materia usuraria non excuset.
- 17 Fructus societatis officii exacti post societatem finitam cum bona fide consumpti non restituntur, idemque de censibus.
- 18 De cambiis non platearum validitate, vel moderatione.

D I S C. XXVIII.

1 Nitio contractu cambiij pro summa scutorum 2. mille inter Franciscum Pipher pecuniæ datorem, & Decium Marconum receptorem sub pacto limitationis cambiiorum, ut Card. de Luca, Lib. V.

excedere non possint scuta septem pro quolibet centenario & anno, ita tamen quod si minus importarent, exigi non possent, nisi id minus, debitorum juxta modernam frequentiore formulam in se assumente curam, & onus girandi, seu exercendi cambia per quasvis nundinas, plateas, & mundi partes per Italiam & extra; Cum plurimum annorum spatium debitor sponte ac pacifice solvisset fructus, seu intercuria cambiiorum ad conventam limitatam rationem, ac etiam restituisset fortem; Comperito deinde ex pluribus causis agitatis in Tribunali A. C. quod cambium per nundinas decursa ad dictam summam non ascendissent, de quarum causarum aliquibus mentio habetur in præcedentibus, præsertim discursibus 17. Hinc proinde judicium instituit repetitionis ejus, quod singulis annis excessivè solum esset, cum imputatione, seu diminutione sortis singulis quibusque temporibus, atque ut vulgò in Curia dicitur *faciendo scalam*; Et introducta causa coram Apostolici Palatii Præfecto, tanquam judice competente dicitur Piper unius ex majoribus officialibus cohortis Helvetiæ Pontificis, ac ejusdem Palatii custodia destinata.

Scribentes pro actore, cum consueta inani repletionem chartarum in allegationibus super iis, quæ hodie tanquam omnibus nota præsupponi possunt, & debent, Dicebant fundatam esse ejusdem actoris intentionem, quoniam ad præscriptam Constitutionis Pii V. omnino damnatis, ac usuraria declaratis cambia sicca, ut cambiiorum intercuria exigantur possint, duo copularivè concurrere debent. Primum nempe justificationis realitatis cambiiorum per literas saltem reditus, quas *spaccia* vulgò dicimus. Et secundò quod non exigatur, nisi id quod verè singulis quibusque nundinis, vel terminis, cambiij intercuria importent, cum in isto contractu dari non possit lucrum certum, neque in obolo, sed totum pendear ab ipsa eventualitate, quæ se habere possit ad lucrum & damnum, ut pluries in præcedentibus.

Et licet primum requisitum necessariè justificationis realitatis cambiiorum cum spaciis hodie poenè ab Aula recessisse videtur, ob hanc modernam frequentiore contrahendi formulam, quod ipse debitor in se assumat curam & onus cambiandi, quod operatur, ut non sequuta transmissione literarum, adhuc teneatur ad cambia, quæ licitè a creditore exigantur valeant, non tanquam cambia, sed tanquam damnata & interesse, potius ob non factum, quam ob non datum, ratione scilicet non adimpleti mandati per ipsum suscepti. Attamen in aliquo relevatur debitor ratione hujus æneris, ob cuius cessationem creditor etiam in aliquo respectivè damnificatur, quod scilicet ita cessant intercuria provisionum, aliarumque expensarum, atque non debentur dicta damnata & interesse, nisi ad eam rationem, quam important ipsa intrinseca intercuria cambiiorum resultantia ex alteratione valoris auri, atque, ut vulgò dicitur, ratione *aggii*, ut pluries etiam in præcedentibus habetur.

Et ideo cum occasione dictarum aliarum causarum satis frequentium, jam firmatum esset, quid detractis provisionibus, aliisque expensis, dicta intercuria importarent, sine dubio minore, quam importaret dicta taxa conventionalis; Hinc proinde concludebant, planum remanere, ut petitæ repetitioni locus esset, non obstante spontanea solutione, cum in hac materia factum partium in nulla consideratione habeatur, quia non possunt partes licitam reddere usuram, ac facere licitum id quod est illicitum; Ac etiam quia usurarium solutio per suffocatum debitorem facta, quamvis spontanea, potius necessaria & coacta censenda est, itaut non intrent termini repetitionis indebiti, sed potius imputationis ipso jure juxta opinionem, quam sequitur Rota ex firmatis in satis vulgari *Romana cambi coram Bichio impress. decif. 69. par. 6. recent.* canonizata poenè in centum altis, quas cum naufragio tylo, absque aliqua necessitate tanquam in re in Curia notoria cumulabant per integras columnas cum stylo extero, ita illum Curia Romanæ adeò commendabilem corrumpendo.

Scribens Ego pro Pipher reo convento, admittebam omnes prædictas conclusiones, tanquam, ut dictum est, hodie notorias ac præsupponendas; Dicebam tamen fallaciam consistere in applicatione, circa quam adeò frequenter nos moderni juriste nimium laboramus. Unde proterea, cum in hoc articulo tanquam novo deduci non possent veterandæ authoritates Accursii, Bartholi, Baldi, aliorumque antiquorum legistarum, minusque Innocentii, Joannis, Andree, vel Abbatis, aliorumque Canonistarum; Quinimò neque modernorum, vel Rotæ decisionum, cum articulus à recenti tempore in campum prodierit, neque pro mea notitia, adhuc in Rota formiter disputatus, & decisus esset; Id-

etiam expertus plures quaestiones desuper habitas in Tribunali A. C. & in Signatura iustitiae, tam in causis enunciatis supra d. disc. 17. quam in plerisque aliis, quae utpotè cadentes sub eiusdem principis negliguntur; Ad evitandam veritatem, atque istius sensu retento, dicebam plures casus in proposito distinguendos esse, diversam habentes rationem, ideòque diversimode decidendos, quodque propterea manifestum pro meo sensu videatur æquivocum, regulam, seu decisionem generalem desuper statuere.

Primus igitur casus est, ubi agitur de cambiis solvendis, quæ per creditorem perantur à debitore invito ac opponente non tenentur ad integram summam convenientem, ex eo quod cambia verè decursu minus importarent, & tunc sine dubio pro debitore respondendum videretur; Quamvis enim etiam isto casu ex parte creditorum deduci solitum esset idem motivum, de quo infra, quod scilicet contractus non esset restrictus ad solas nundinas, sed etiam per plateas Italiae & extra, per quas certum est hoc moderno tempore cambiorum inter-usuria esse majora juxta ea quæ habentur supra d. disc. 1. Attamen cum in hac alternativa electio sine dubio esset debitoris, rectè hic dicere potest se integra habuisse in animo cambiandi per nundinas, non autem per plateas; Duplici circumstantia dictam ejus assertionem nimium confoverente. Primò scilicet, quod juxta deducta d. disc. 1. & seq. hæc via cambiandi per nundinas, quando agitur de circulatione, seu continuatione, est magis frequens & usitata; Et secundò quod in materia usurarum attendendum est, quod minus ob verisimilem etiam voluntatem ipsius debitoris gerentis personam mandatarii tantum quam in rem creditoris, & suam, intelligere voluerit, ac debeat dictam magis usitaram viam, quam experientia probavit parere inter-usuria minora.

10 Eodemque jure regulandum esse dicebam casum, in quo debitor invitatus, & opponens viribus Præturæ compulsus cambia solvisset juxta casum, de quo supra, d. disc. 17.

Alter casus est, ubi ageretur de cambiis spontè ac pacificè solutis, quorum deinde repetitionem, vel respectivè imputationem debitor petat, Et hic subdividendus videtur inter casum, in quo ipse creditor ex mandato, seu facultate sibi per debitorem tributa cambiorum girum exercuerit, & casum præsentem, in quo ipse debitor hujusmodi onus in se assumpsit. In primo enim, cum certum sit nihil, neque in obolo etiam à sponte dante exigere potuisse sine spaciorem, seu libertatem realitate, & per ipsum creditorem iustificanda, & ex qua singulis quibusque nundinis, vel terminis certificari potuit, vel debuit quantum verè importassent cambiorum inter-usuria. Hinc proinde exigendo in excessu dicitur in mala fide ac potius dici potest indebitum per debitorem ex errore solutum creditori, qui stante hac mala fide evitare non potest, restitutionem ex motivo consumptionis sub bona fide, licet iste casus raro contingat, quoniam cum calculentur etiam ad damnum debitoris provisiones, alique expensæ, non de facili verificabilis est hic excessus ultra taxam conventionalem.

In altero autem, qualis erat proprius, præcisus casus præsentis controversiæ, quod scilicet debitor assumpsit in se onus cambiandi, atque singulis annis, vel temporibus spontè ac pacificè cambia solvere creditori, verisimiliter cursu cambiorum tam nundinalium quam platealium ignaro, quia nempe non sit campfor, seu mercator artem cambiariam exercens, & tunc stante præsertim dicta generalitate susceptionis mandati, tam per nundinas quam per plateas, absolutum pro meo sensu videri dicebam, dictam repetitionem, vel respectivè imputationem prætendi non posse ex pluribus fundamentis, quorum singula sufficere videntur, multò magis simul juncta.

Primò scilicet ob cessantem probationem negativæ, quæ est fundamentum intentionis actoris, quod scilicet cambiorum inter-usuria tanti non importaverint, cum ad id probandum adducerentur solum attestaciones super cursu cambiorum nundinalium, quæ non sufficiunt, stante possibilitate, quod hæc cambia girari potuerint per plateas, duplici recepta propositione in id consentente. Una scilicet, quod negativa nunquam probata dicitur per contrariam affirmativam, vel è converso, nisi quoties præcisè ac de necessitate actus sequi debet per illam viam, sive contineri in illa scriptura, & non aliàs ex relatis apud Butart. & Adden. dec. 10. 220. 264. & 282. & passim, cum sit principium vulgare; Et altera, quod indebitum voluntarium indiget perfecta & concludenti probatione excludente contrariam possibilitatem, qua concurrente adesse non dicitur probatio perfecta, ubi potissimum concurrat titulus legitimus, atque accessiones in genere, seu substantia sunt licitæ, solaque controversia cadit super accidenti majoris, vel minoris quantitatatis, adeo non intret adversus hanc propositionem difficultas, de qua latè in Savonen. sub tit. de usuris disc. 12.

Secundò quia cum debitor, qui curam & onus cambiandi habeat, ita sciret, vel scire deberet, quanti cambia verè importarent. Hinc proinde scienter ac voluntariè solvendo in excessu, istum censetur donare voluisse, ut in proximis terminis excessivæ solutionis fructuum census, qui verè ad tantam ratam non deberentur, haberentur apud Spadam conf. 248. lib. 2. nu. 3. cum seqq. & apud Seraph. dec. 1226. edita in eadem causa dicti consilii.

13 Illud tamen motivum, solum & de per se mihi videbatur periculosum in debitore qui campforiam artem non exerceret, verisimiliter ignarum, quod cursus cambiorum singulis quibusque temporibus verè importaret, unde propterea rectè dici posse videretur indebitè solum potius per errorem, quam scienter animo donandi de facili non præsumendo, ex pariter recepta propositione, quam in foro frequenter habemus, quod animus donandi non præsumitur, omnique alius possibilis intellectus pro ejus exclusione capiendus est, licet motivum esset adaptabile ad casum, cum debitor esset mercator mercium fundacalium, non autem campfor, adhuc tamen in his versatus.

14 Solidius verò, magisque tutum mihi videbatur tertium fundamentum pariter benè deductum per Spad. dicto conf. 248. lib. 2. ad finem, ac examinatum pluries sub tit. de usuris, præsertim in Baren. disc. 17. & in Lucana d. disc. 18. quod scilicet creditor in bona fide fuerit, jusque credere potuerit, quod debitor adimplendo fidem promissam, ac susceptam mandatum, cambia verè giraverit, atque ita rectè conscius quod tanti & ultra importarent, spontè illa solverit, unde propterea creditor excusandus veniat à restitutione ejus, quod in statu bonæ fidei à sponte solvente exegit & consumpsit, aliàs non percepturus, neque contumpturus, si debitor suum munus adimplendo, de veritate ita certior factus, ipsum creditorem certiorer reddidisset; Atque aliàs esset dare magnum absurdum, quod jure naturalis, & scripti repugnantiam habet, quod debitor ita delinquens, seu malè agens ex propria culpa, & delicto commo- dum reportaret in supplantationem creditoris innocentis versantis in bona fide, ac in iusta credulitate; Eò magis verisimili, si de tempore initi contractus, ut in præsentis casu sequebatur summa conventa esset iusta & verisimilis magisque inferior quam excessiva, cum ita nulla excogitabilis adesse videatur ratio, ob quam creditor illud damnum sentire debeat.

15 Et quamvis vera sit conclusio, de qua frequenter sub tit. de usuris, præsertim in allegatis discursibus 12. & 17. ac etiam sub tit. de censibus, quod bona fides ex ignorantia, vel aetate, rusticitate, sexu, seu aliàs resultans, in hac usuraria materia non excuset. Attamen, ut ibidem advertitur, id rectè procedit, quando virum est in substantia, illudque procedat à dispositione juris clari, cujus ignorantia non excusat, secus autem ubi provenit à iusta & probabili ignorantia facti ex deductis præsertim dicto disc. 17. Unde propterea apud Spadam dicto conf. 248. lib. 2. in fine, refertur Boccacc. in ejus tractat. de societ. off. num. 191. ubi testatur per Pontificem in plena Signatura Gratiæ declaratum fuisse excusari creditorem exigentem à debitore spontè solvente fructus societatis officii, quam credebat adhuc vigere, non obstante illius extinctione sibi ignota, sed nota debitori, qui proinde sibi imputet, cur sciens spontè solverit; Et quidem id videtur omnino probabile; nam aliàs esset mundum involvere ac, tollere commercium pedum in isto contractu cambii, sed etiam in altero census, de quo agit Spada dicto conf. 248. quoniam frequenter dari potest casus, quod existente fundo censito capaci de tempore impositionis, si tractu temporis ejus fructus diminuuntur, certum est, quod de jure creditor exigere non potest nisi ad ratam fructuum, atque si scienter plus exigeret, tanquam illicitum, & usurarium veniret restituendum, vel imputandum, quod irrationabile ac inhumanum videretur, si debitor sciret, atque hoc non obstante spontè solveret creditori ignaro ac bona fide credenti continuationem fundi in primævo statu, cum similibus, & conferunt quæ habentur dec. 3. part. 7. recent. & passim, de fructibus perceptis ex re non sua in statu bonæ fidei, vel non malæ non restituendis.

16 Claritè verò ac extra omnem dubitationem in hac facti specie, dum debitor etiam sortem postea spontè solverat, unde cadere non poterat consideratio, de qua d. dec. 69. par. 9. rec.

9. rec. ac pluries dicti. de usuris quod scilicet debitor ita sub nomine usurarum pro majori commoditate voluerit per diminutas solutiones se liberare à debito sortis, dum istam quoque postea solvit, ut proximè ponderatur etiam supra disc. 7.

18 Difficultatem aliquam promovebat iudex adversus dictam contrariam possibilitatem majoris cursus cambiorum per plateas, per quam exclusa remanebat probatio negativæ, seu excessus, quod scilicet Rota in decisionibus editis coram Verosio in Romana cambiorum, de qua supra, disc. 1. & seqq. decreverit deberi solum cambia nundinalia, non autem platealia. Unde ista præsertim occasione sum expertus adeò damnablem pragmaticum currentem usum, attendendi decisiones, & doctrinas ad literam, atque per regula generali, non considerando, ad quid, & quomodo loquantur, & an applicentur ad casum necne; Si quidem in dictis decisionibus, non solum non damnatur; sed expresse canonizantur cambia platealia, sed quia casus præbuit illa reddita esse nimium excessiva, ideò ex quodam aequitativo arbitrio illa moderata fuerunt ad rationem nundinalium, calculatis tamen etiam provisionibus, aliisque expensis, adeo ut importarent ad novam pro centenariis, & sic in quantitate excederent istam taxam conventionalem, ideòque cessabat ratio moderacionis; Et ex his prodiit sententia rei conventi absolutoria, quæ restituendo ad solam veritatem, iusta, & probabilis visa est. Causæ autem factum fuit circa hanc ultimam difficultatem, quod iudex, absque doctrinarum necessitate dictam respon- sionem benè perceperit, nam aliàs ex eo quod non adessent doctrinæ, vel decisiones, quæ in verbis ita firmarent, reputatum fuisset proprium ratiocinium, sive distinctio ex capite, juxta eas quas frequenter Advocati experiuntur frigiditates, risum, ac iram eodem tempore excitantes.

JANUEN. PECUNIARIA, SEU PARTITI, PRO CAROLO SPINOLA, CUM DOCTIS, ET VAMBARLIS. Responsum pro veritate.

De acceptance, ac implemento tractæ, seu literarum cambii in nundinis, cum aliqua protestatione, ut vulgò dicitur sotto protesto, An id alteret naturam negotii, ita ut solventi non competat illud jus, vel actio, quæ alias contra scribentem, vel socios competere; Et de literis certi oratoris, vulgò nuncupatis d' avviso, An obligent necne scribentem, & quid operentur in hac materia tractarum, seu literarum cambii.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De rationibus dubitandi.
- 3 Socius obligat confocium etiam in solidum in concernentibus negotium sociale.
- 4 Quod sit rationabile, & necessarium pro usu commercii.
- 5 Ampliatur etiam dissoluta societate non notificata dissolutione.
- 6 An id procedat in societate particulari.
- 7 Litteræ certificatorie, seu d' avviso, an & quando obligent, & probent.
- 8 De materia acceptationis, & solutionis literarum cambii sub protesto.
- 9 An, & quando gesta per procuratorem præjudicent principali.

D I S C. XXIX.

18 P ublicato, ut moris est, decreto Senatus Reipublicæ Venetæ, super partito faciendo cum negotiatoribus, accipiendi duc. 100. mille pro belli Cretenis necessitatibus, restituendos spatio aliorum annorum ex redditibus aliquarum salinarum ad id assignatis, cum utilitate interim scut. 7. pro centenariis & anno, partium prædictum injerunt Cassioni, Docti, & Vambarli negotiatores, qui non habentes tantam pecuniam præ manibus promptam, curarunt eam in toto, vel in parte habere in Civitate Januensi à diversis particularibus admittis ad hujus negotii participationem, in qua isti contenti fuerunt magis moderato utili Card. de Luca, Lib. V.

scutorum sex cum dimidio, remittendo ipsi Cassionis, Doctis, & Vambarlis pro eorum industria, totum residuum dicti lucri, sub ea tamen lege, quod solvendo ipsi pecunias in scutis marcarum, in eisdem, tam pro sorte, quam inter-usuriis, seu utilibus reintegratio sequi deberet, ita in hac specie convertendo æquivalentiam, quæ ex dictis assignamentis in ea ducatorum monetæ specie exigere; Cumque unus ex dictis ad hanc participationem admittis esset Carolus Spinola pro rata scutorum bis mille auti marcarum, pro ista Cassioni eidem literas cambi scripserunt, seu tractam fecerunt pro nundinis Novarum solvendam quibusdam de Taliacarne eorum correspondens, assignando in eisdem literis, (quæ in nimum brevibus parvis pagellis concipi solent tractæ causam relativè ad alias literas certioratorias, quæ vulgò dicuntur d' avviso, seu di spaccio, cum illis confectis verbis, come si avviso; Eademque die præfati Docti, & Vambarli diversam campforiam rationem exercentes ab illa dictione de Cassionis, literas certioratorias eidem Carolo scripserunt, quod dicta tracta per Cassionem ea die sibi facta esset in causam dicti partiti, ac in executionem conventionis initæ super participatione; Dictaque tracta per Carolo absentis procuratorem, seu correspondens acceptata, & impleta cum protestatione se relevandi, nedum à dictis Cassionis scribentibus, sed etiam à præfatis Doctis, & Vambarlis, ac ab assignamentis dicti partiti, & c. sequuta postmodum decoditione illorum de Cassionis, atque Carolo pro ejus reintegracione suas actiones dirigente contra præfatos Doctos, & Vambarlos, cum isti negarent se ad aliquid teneri, ex eo quod de aliquo ipsorum mandato pro hujusmodi solutione faciendâ non constaret; Hinc desuper ex parte dicti Caroli pro veritate consultus sui, An contra præfatos dictam actionem haberent necne.

19 Rationes dubitandi, in quadam nota transmissa duæ erant; Unam scilicet, quod Carolus solvens sequens esset solum fidem illorum de Cassionis, qui tractam fecerant, ideòque nullam haberet actionem contra ipsos qui nullum desuper dederant mandatam, sine quo, cum non ageretur de societate universali, sed de solo negotio particulari, ex gestis cum uno socio, non debent remanere alii obligati, Nil obstantibus dictis literis certioratorias, stante quod in eis denunciatur tantum dictam tractam esse in causam partiti, sed non dicunt scribentes, quod solvi debent, & sic nullum continerent mandatam; Et secundò quod dicta tractæ implementum sequitur non esset purè & liberè, sed cum protestatione prædicta, ideòque eos non afficeret, quamvis aliàs afficere deberet, ubi purè & liberè sequutum esset, supponendo in eadem nota hujusmodi difficultates reputari nimum considerabiles, nullam tamen deducendo specialem rationem, vel auctoritatem, cui difficultas immitteretur.

His tamen non obstantibus, ac nisi concurrerent aliæ facti circumstantiæ illud alterantes, Respondi pro meo iudicio clarum videri bonum jus præfati Caroli, nullamque dignosci probabilem dubitandi rationem; Cum enim præfati Docti, Vambarli, & Cassioni, quamvis diversas campforias rationes exercentes, simul uniti dictum partium cum Republica in solidum se obligantes suscepissent, eodem modo admittissent præfatos particulares pecuniam respectivè pro ejusdem partiti effectuatione subministrantes, ad participationem negotii; Hinc de plano resultare dicebam quod inter præfatos, qui partium susceperunt à Republica, quamvis non socios totius rationis campforiæ, seu negotiationis, mira fuisset super isto negotio societas, tam in ordine ad ipsam Republicanam, seu Senatam super dicto partito, quam in ordine ad præfatos particulares in ejusdem negotii causam pecuniam subministrantes, ac ad participationem admittos; Quo posito, ubi etiam præfati Docti, & Vambarli non scripserunt præfatas literas certioratorias, aliàs d' avviso, adhuc tamen obligati in solidum remanerent ex facto confocii, ex vera passimque in foro recepta conclusione, quod inter socios de jure datum censetur reciprocum mandatam, per quod quilibet eorum commune negotium administrare potest, atque in ejusdem negotii causam confocios etiam in solidum obligare ad textum l. penul. s. fin. & l. si tamen plures, ff. de exercitor. act. cum concordan. apud Surd. decif. 213. num. 1. & seqq. Gratian. discip. 279. num. 2. & discip. 967. num. 4. Rota apud Cels. decif. 2. num. 1. 2. & sapius.

Et quando desuper non haberemus juris dispositionem, id evidenter comprobarent, tam ipsa ratio naturalis, quam communis usus commercii mercantilis, cum aliis negotia socialia, quæ frequentius habent socios in diversis locis exten-



stentes, aliàs explicari non possent. Imò pluries practicatur, quod sub unius tantum nomine negotium explicatur, sive etiam sub nomine omnium literarum ab uno eorum, vel etiam ab aliquo ministro; qui vulgò *complementarius* dicitur, scribi solent, & tamen obligat omnes juxta plenè firmata in celebri Romana Societatis de Roriginis 19. Junii 1645. 2. Martii 1646. & 10. Februarii 1648. cotam Ghislerio, quarum prima est impressa apud Marin. *resol. 207. l. 2.* & tertia est *dec. 151. par. 10. rec.* in quibus firmatur, quod etiam si inter ipsos socios dissoluta esset societas, adhuc tamen, nisi hujusmodi dissolutio publicaretur per solitas literas circulares, vel publica Edicta in locis, in quibus habebantur correspondentes, alii socii remanent obligati, ut latius deductum habetur in sua materia *sub tit. de credito.*

Nulli verò fundamento innixam putabam præfatam excitatam difficultatem, quod non adesset societas universalis, sed esset communio particularis istius negotii tantum. Istam enim considerationem rectè intrare dicebam in ordine ad obligationem sociorum ex actibus indifferentibus gestis per socium etiam proprio, & particulari, non autem sociali nomine, ac extra causam societatis, Secus autem quoad eos qui geruntur in causam ipsius negotii socialis, quoniam circa illud concententia dicitur adesse univèrsitas discretiva; Atque in his terminis alicujus negotii tantum absque necessitate desiderandi societatem omnium bonorum loquuntur præmissæ auctoritates ac decisiones, & quotquot aliæ habeantur.

Si verò hæc ita procedunt ex solo tacito ac legali mandato, etiam si nullum sociorum factum positivum, seu consensus accederet. Multo magis ac pro meo iudicio extra dubium ea locum habere dicebam in hac facti specie, in qua concurreret expressus consensus, seu mandatum, quod hæc tracta facta per unum ex sociis impleteretur, stantibus dictis literis certioratoris, seu *d' avviso*, per quas dicebam omnem removeri difficultatem.

Licet enim in jure habeamus, quod hujusmodi literæ solæ, & de per se nullam inducunt obligationem, neque actionem producant, eo quia scribi potuerunt cum præsupposito tractæ, seu literarum cambii, quæ deinde scriptæ non essent, seu aliàs non acceptatæ, neque effectum sortite; At tamen ubi constat de effectu, ita ut cesset dicta ratio dubitandi, tunc probant ac obligant, atque eorum vigore exerceri potest ille processus executivus, qui vel ex jure municipali, vel ex consuetudine ratione commercii ubique recepta, inter mercatores, & negotiantes exercetur, ut ita distinguendo bene firmatur per Rotam in Romana, seu Januæ literarum cambii coram Bichio *impress. dec. 108. par. 12. rec. ex n. 11. & per tot.* Multo verò magis in hac facti specie, in qua obligatio sociorum ex facto socii ut supra resultat ex sola juris dispositione. Unde hujusmodi literæ non deserviunt pro fundanda actione, sive inducenda obligatione, sed ad solum effectum removendi eam difficultatem, quæ resultat ex ipsorum sociorum non probata scientia, vel non probato consensu; Atque ex his mihi videbatur casum esse incapacem dubitationis, nisi aliud in facto concurreret, quod eam causaret.

Quo verò ad aliud motivum, quod prædictæ tractæ implementum in mundanis sequitur esset, non liberè, & purè, sed cum protestatione, atque ut vulgò dicitur, *sub protestu*, quod apud dubitantes majorem inferre videbatur difficultatem, Advertentibus in hoc procedi cum aliquo æquivo: Iste siquidem solvendi modus *sub protestu* non alterat actum, ita ut tollat actionem aliàs competentem contra scribentes, seu eos qui ex facto scribentes obligati remanent, cum id nullo jure cautum sit, nullamque habeat rationem, dum potius majorem ipsius scribentis obligationem inducit; Procedit enim in casu quo scribens mandat ei cui literæ diriguntur, quod de tracta per ipsum solvenda se à tertio reintegraret, quo casu si purè & simpliciter impleteret, sequitur diceretur fidem tertii, non autem scribentis, contra quem nullam haberet actionem; Secus autem ubi solutio fieret sub protestu, & in honorem literarum, Tunc enim ita solvens declarare dicitur ejus animum non sequendi fidem tertii, sed illam scribentis, contra quem proinde competit actio, atque hic est effectus hujus protestationis, ut de hoc modo acceptandi, seu solvendi literas cambii sub protestu habetur latè apud Scacciam *de cambiis. s. 2. gloss. 3. n. 358. & seqq.* Gratian. *discep. 388. num. 6.* latè Rota apud Othob. *dec. 118. numer. 7. cum seqq.* & in pluribus aliis decisionibus antecedenter in eadem causa editis ibi enunciatis, Multò magis dum non solum protestatio erat simpliciter facta cum termino generali pro honore literarum, seu habebat expressam causam dicti partiti, ac obligationis aliorum

sociorum, ut supra; Et sic facta erat pro majori cautela, & declaratione. Unde magnum absurdum esset, ut ea, quæ pro majori cautela, & meliori declaratione facta sunt ad favorem facientis, retorqueri deberent in odium, atque causare contrarium effectum diminutionis jurium aliàs competentium contra omnia principia, & hæc mihi videbatur veritas.

Potissimè quia d. protestatio facta non erat per ipsum Carolum, sed per ipsius absentis procuratorem, seu mandatarium, qui sine speciali mandato non poterat ejus principali præjudicare, suumque jus tollere per actum consistentem in committendo, cum attendatur solum præjudicium resultans omittendo, juxta distinctionem, de qua *Surd. dec. 181. nu. 16. Gregor. & adden. dec. 75. n. 1. & 4. & communiter.* Sed hoc ad superabundantiam, nam etiam si dicta protestatio facta esset ab ipso principali, verè causare non posse videbatur hunc præjudicium effectum.

R O M A N A,  
SEU ANCONITANA PECUNIARIA  
PRO ALOYSIO GREPPIO,  
CUM COCCIS.

Casus disputatus coram A.C. & in Signatura, & resolutus pro Greppio.

An tertius scribens ei, cui literæ cambii diriguntur ab alio in computandis alteris, quod eas impleteret, quia haberent suum finem, remaneat, & inde obligatus ad favorem implentis dictas literas cambii, seu tractam, si non sit idoneus ille, in cujus computum fit tracta.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series cum resolutionibus.
- 2 Quod laudator, seu approbator scribentis literas cambii ad aliquid non teneatur, contrarium n. 6. & seqq.
- 3 Scribens alteri literas cambii, quod eas impleteret in computum tertii; ipse ad aliquid non teneatur, & num. 9.
- 4 Quod verba, havrano suo fine, inducant obligationem propriam de stylo mercatorum.
- 5 Deserendum est stylo mercatorum, quorum verba intelligenda sunt prout ipsi intelligunt.
- 6 Expenditur auctoritas Borelli, in qua fundata est conclusio, de qua n. 2.
- 7 Et de aliis auctoritatibus in idem dicto n. 2.
- 8 Quando laudator teneatur etiam in sensu illum excusantium.
- 9 Declaratur conclusio, de qua n. 3.

D I S C. XXX.

Juxta facti seriem occasione competentia fori recensitam *sub tit. de jurisdictione, & foro compet. discurs. 71.* Cocchi negotiatores in Civitate Anconæ scripserunt Greppio in Urbe negotiatori, ut impleteret tractam sibi ex Veneitiis faciendam à Platto in causam Pighetti pariter in dicta Anconitana Civitate negotiatoris, quia (sunt verba præcisa) *havranno suo fine*; Cumque dicta tracta jam impleta in scutis mille, Pighertus effectus minus idoneus solventem reintegrare non posset; Hinc proinde Greppius suas direxit actiones contra dictos Cocchos, quorum fidem cum sequutum esse dicebat, Atque postquam rejecta fuit fori A.C. declinatoria ut supra; Assumpta in isto Tribunali, seu coram Prælato deputato disputatione negotii principalis, decretum fuit ad favorem actoris mandatum exequutivum à Signatura justitiæ quoque canonizarum mediante rejectione appellationis suspensivæ cum solito rescripto, *sine præjudicio exequutionis*, atque ita causa, quod sciam, cum solutione finem habuit.

In disputationibus autem in utroque Tribunali desuper habitis, scribentes pro Cocchis reis conventis dicebant dictas literas non continere, nisi simplicem laudationem dicti Pighetti, in cujus causam tracta à tertio faciendâ erat. De jure autem laudator non accedente dolo non tenetur, ut in his punctualibus terminis, Borell. *consil. 47.* Deducendo etiam super dicta conclusione laudatoris, seu approbatoris auctoritates generales, Menoch. *consil. 179. & Cephal. consil. 447.*

Et

R O M A N A  
SEU TUDERTINA CAMBIORUM,  
PRO JOANNE BAROLO  
CUM FABRITIO ET ALIIS  
DE VICIS.

Casus variè decisis per Rotam.

De eadem materia, de qua supra, *disc. 17. & 28.* an scilicet id, quod excessivè pro cambiis per debitorem solutum, & per creditorem respectivè exactum est, imputetur ipso jure in fortem, quam in dies, & temporà paulatim extenuet, cum illo calculo qui vulgò *scaletta* dicitur.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series cum resolutionibus.
- 2 De regula, quod usura indebita extenuant sortem in quam imputantur.
- 3 De abusu allegandi auctoritates super principiis certis, & non controversis.
- 4 Declaratur conclusio de qua n. 2. ut non procedat, quando accessiones sunt licitæ in genere.
- 5 De bona fide excusante hanc imputationem.
- 6 De declaratione, de qua n. 4.
- 7 De materia compensationis, quando intret necne ipso jure.
- 8 Diminuta usura an extenuent sortem.
- 9 Spontanea solutio sine alia probatione non causat remissionem usurarum.
- 10 De alia bona fide resultante à possibili giro cambiorum etiam per plateas.
- 11 De suspecto Advocatorum iudicio, & de ratione.
- 12 Quod in decisionibus responderi debeat omnibus motivis deductis per defensores succumbentis, & de ratione.
- 13 Non datur usura in cambio licito, & reali, cum ea non detur sine mutuo.
- 14 Quare detur in quibuscumque contractibus, & quando in eis dicitur in esse usura.
- 15 Cambium proximum mutuo, & suspectum de usura.
- 16 Contractus dicitur talis qualis Partes facere velle declaraverunt.
- 17 Ubi non adest mutuum expressum, vel interpretativum, tunc in excessu non intrat usura, sed iniustitia.
- 18 Quod in contractibus cambii validis, & realibus non intrent fructus, vel usura, sed totum sit fors.
- 19 Ac propterea non intrant termini usurarii, sed illi lastianis, & iniustitie.
- 20 Expenduntur decisiones 151. & 201. Bichii.
- 21 De præsumptionibus malis resultantibus contra faventorem, & de eorum ratione.
- 22 Damnatur stylus pragmaticorum, deserendo simpliciter auctoritatibus in sola litera.
- 23 De bona fide excusante creditorem ab imputatione ejus, quod excessivè exactum sit.
- 24 De distinctione circa eandem bonam fidem diversarum specterum cambii.
- 25 Datur exemplum in sensu.

D I S C. XXXI.

Nito per illos de Vicis cambio ad favorem Bartoli ad limitatam rationem septem pro centenariis cum moderna fractione formula susceptionis oneris, cambiandi per debitorem; Cum juxta casus, de quibus supra, *discurs. 17. & 28.* detectum esset, quod cambia in mundanis ab aliquibus annis nimium suavia produderint interusura, ac propterea solutiones factæ ad convenientiam rationem septem pro centenariis remanent excessivæ; Hinc debitores eandem locis citatis insinuatam excitaverunt præsentationem adversus creditorem, cum ita non solum à debito sortis absque alia solutione liberationem obtinerent, sed forte creditores efficerentur, cum illa sortis extenuatione in dies, quæ in Curia vulgò *scaletta* nuncupatur; Introduciturque causa coram A.C. favorabilem reportarunt sententiam, canonizatam etiam in gradu appellationis per Rotam coram Emerix, 23. Junii 1670. Concessa vero creditori nova audientia sub die 23. Februarii 1671. revocata, seu verius reformata fuit prior resolutio, ut scilicet, teneretur quidem creditor restituere, seu bonificare id quod excessivè exactum esset, sed ex nunc à die oppositionis, ad eam præfatam *scaletta*, non intraret,

I 4 Huc

Et fortè magis in specie ea, quæ ex Burfatt. & Gaito, ac aliis habentur, apud Rocch. *resp. 14. n. 8. l. 1.* quod si negotiator trahit alteri negotiatori aliquam partitam solvendam in computum alterius, tunc solvens nullam habet actionem contra trahentem, sed contra alterum ad cujus computum tracta facta est, ac impleta, cum ejus fidem solvens sequi dicitur, & hunc dicebant esse casum.

Scribens Ego pro Greppio actore, etiam cum sensu veritatis, qualem causæ exitus quoque comprobavit, dicebam justitiam assistere dicto actori, quoniam in facto justificabatur, eum prius requisitum ex parte Pighetti pro dicto implemento illud recuisse in sola ejus fide, sed replicasse, quod eatenus id facturus erat, quatenus de hoc sibi daretur ordo per Cochchos illum tradentes per eorum literas continentes dicta verba, *che havranno suo fine*, per quæ scribentium, seu mandatarium obligatio inducta dicitur juxta stylum, seu usum mercatorum, cui omninò deferendum est, quoniam verba mercatorum intelligenda sunt, prout ipsi intelligunt, quamvis juxta regulas gramaticales diversimode intelligenda essent, unde eorum stylus pro lege servandus est, Buratt. *dec. 419. n. 6. & 7. Gregor. dec. 126. n. 1. cum seqq.* Rota *dec. 154. nu. 5. par. 7. rec. & sapius.*

Quatenus verò pertinet ad auctoritates, quæ in contrarium deducebantur, dicebam de illa Borelli, quæ magis punctualis videbatur, nullam habendam esse rationem, Tum quia in eo casu diversæ facti circumstantiæ concurrerant, dum prætendebatur mandatarium cessisse fines mandati. Tum etiam quia ex eodem cons. contrarium fuisse iudicatum. Ac etiam quia licet ille esset eruditissimus, ac doctissimus J. C. circa respicientia theoreticam, nihilominus quoad praxim, præsertim verò in concernentibus negotiationem, ac usum mercatorum, utpotè semper vivens in parvo Oppido Oliveti ejus patriæ, erat parum versatus, ut eventus probavit, quoniam cum senio confectus ob ejus eruditissima opera illud præsertim de præstantia Regis Catholici, Mundo cognitus redditus esset, atque per Protegem Neapolis evocatus ad munus judicis civilis M. Curia Vicariæ, in eo exercendo praxis non correpondebat theoreticæ, ut sæpè contingit, considerando etiam, quod agebatur de respectu auctoritate Consulenticæ ad pecuniam, vel causæ affectionem.

Eademque suspicio cadebat circa reliquas auctoritates Menoch. & Cephal. quæ neque applicabantur ad casum, loquerentur de simplici laudatore illius, quem creditor in fidei iustorem debitoris acceperat, & sic in terminis longè diversis, dum in hac facti specie propter ejus seriem, ac dicta verba videbatur, quod præfati rei conventi, no laudatores, & approbatores dicendi essent, ut ab eis prætendebatur, sed principales mandatores, quorum fidem principaliter, ac directè mandataris sequutus fuerit, aliam non solviturus.

Et nihilominus, ubi etiam dici debuissent laudatores ac approbatores, adhuc tamen, stante consuetudine mercatorum, quæ præsupponebatur notoria, remanere debebant obligati, dum idem Cephal. & Menoch. talem limitationem admittunt, ac etiam firmat Ludovic. *dec. Lucen. 33. num. 7.* Atque adaptabilis etiam videbatur altera limitatio deducta ex text. in l. *elegantior. s. finali. ff. de dolo*, ubi scilicet approbator, seu laudator est in dolo, quia sciret sufficientiam laudati, unde cum mendacio laudaverit, & hic præsupponebatur etiam casus, quod scilicet malus, vel periculosus status dicti Pighetti, ipsi Cocchis in eadem Civitate Anconitana negotiatoribus jam esset verisimiliter notus.

Ad conclusionem verò, de qua post Gait. Burfatt. & alios Rocch. *d. resp. 14. l. 1. n. 8.* dicebam eam de plano evitari ex defectu applicationis ad factum, cum dictæ auctoritates pereuerant casum, in quo solvens, seu implens tractam, principaliter sequatur fidem illius tertii, de cujus ordine, & pro cujus computo illam fieri dicitur, non autem trahentis, quia nempe simpliciter solverint absque alia protestatione, vel animi declaratione, secus autem ista accedente, ut occasione solutionis factæ *sub prætextu* habetur in Januæ. *dis. proced.* cujus oppositum in præsentis erat, dum ut dictum est, actor principaliter, non Pighetti, neque Platii, sed præfatorum de Cocchis fidem sequutus erat, adnotando in libris solutionem in computum scribentium, in quod tractam impleteret. Atque reflectendo etiam ad solam veritatem, mihi videbatur, quod dicta resolutio esset juxta, & bene fundata, cui proinde rei conventi acquieverunt solvendo, seu aliàs se concordando, dum, quod sciam, causa ulteriorem progressum non habuit.

Card. de Luca, Lib. V.

Huic autem resolutioni non acquiescentibus debitoribus, re- propofita causa cum dubio, an effer standum in primo, vel secundo loco decisio, post quatuor disputationes sine resolu- tione, demum sub die 17. Martii 1673. sub assertiva, quod ab omnibus Dominis mature causa discussa effer, prodiit re- solutio priori conformis, pro imputatione ipso jure in singu- la tempora juxta infinuam scalettam, atque in hoc statu causam pender in gradu appellationis in eadem Rota coram Viceomite.

Initio autem hujus ultimae decisionis, quae ex prioribus, atque ex tot informationibus, & disputationibus efformata est, forte opinando, ut ea magistralis in hoc articulo esse de- beret, dicitur quod fundamentalis ratio resolutionis fuerit conclusio, quod usurae excessivae soluae, statim, & ipso jure ab ipso facto hominis imputantur in sortem, eamque pro- portionabiliter extenuant, multa desuper allegando leges, & auctoritates, quarum revera nulla suberat necessitas dum in eadem decisione dicitur, quod ista est conclusio indubita- ta Scribentibus pro creditore concorditer admiffa, ideoque non videtur ad quid inducere tot testes ad probandum rem certam per Partes confessam, & admiffam, nisi ut quidam ineptus practicer abusus.

Supponitur vero in eadem decisione, quod ex parte credi- toris adversus hanc regulam fundamentum constitueretur in tribus limitationibus; Primum nempe, quod haec imputa- tio procedat solum in illis usuris, quae generaliter, & in substantia sint in totum illicitae adeo ut juxta veriore sen- tentiam pluries in praecedentibus enunciatae; non detur par- vitas materiae, ut sint accessiones puri mutui, expliciti, vel impliciti, seu interpretativi, quale in hac materia cambio- rum verificari dicitur, quando cessante realitate literarum, seu spaciolorum ad praescriptum Pianae constitutionis reman- neat cambium siccum, nullarum accessionum productivum, ut frequenter in praecedentibus infinuatum est; Secus autem ubi fructus, vel usurae in genere, five in substantia sint licitae, adfit vero aliquis excessus, quoniam tunc non vitatur actus, sed solum vitatur, five moderatione dignus remanet excessus ex iis, quae supra hoc eod. tit. in proposito fructuum recompensatorum pro pretio rei fructificae venditae ad ter- minos textus in l. curabit. Cod. de action. empr. pluries infi- nuata sunt, ac etiam sub tit. de Censibus, in proposito fructuum censu, & sub tit. de dote, in proposito usurarum do- talium.

Alteram supponitur deduci limitationem, quando exces- sive solum effer quid modicum, quod propterea imputari ipso jure non deberet in sortem, cujus restitutionem cum adeo diminutis, & exiguis solutionibus creditor recipere non tenetur.

Et tertio quod cum solutio fuerit spontanea, hinc proinde, vel restitueret remissio, seu condomatio, vel quod in creditore recipiente adfuerit illa bona fides, quae latius ponderatur su- pra, d. disc. 28. cujus ratione hujusmodi usuras quamvis excessi- vas, & consumptas restituere, vel imputare non tenetur; Eadem bona fide non solum resultant a spontanea debitoris solutione, sed etiam a credulitate, quod cambia girata fue- rint, vel girari potuerint non solum per nundinas Nova- rum, in quibus casus dedit moderno tempore interesse ni- mum moderatum, sed etiam per plateas Italiae, & extra, juxta ponderationes, de quibus in eisdem supra infinuatis disc. 17. & 28.

Cum praesupposito itaque quod ad istas limitationes re- stringerentur omnia fundamenta, & motiva creditoris, il- las singillatim expendendo; Quatenus pertinet ad primam, in eadem decisione dicitur verius esse, ut etiam in illis cas- bus, in quibus accessiones, vel usurae in aliqua parte essent licitae, in excessu tamen tanquam illicitae habeant veram usuram naturam, & qualitatem pro dicta imputatione, juxta firmata apud Bich. dec. 151. & 201. in quarum casu agitur de fructibus, vel usuris dotalibus; Et tamen firmatur excessus imputatio ipso jure; Ex ea praesertim ratione, quod debi- tum, & creditum proveniunt ex eadem causa, seu statione, quo casu non intrat quaestio, an compensatio fiat ipso jure, vel ope exceptionis, cum ista cadat, quando debitum, & cre- ditum proveniat ex diversis causis, & stationibus, atque di- verso tempore nascantur; Secus autem ubi ex eadem causa, cum tunc non dicatur compensatio, sed potius calculus dati, & accepti, ut advertitur etiam sub tit. de cred. disc. 41. & 61. & alibi.

Ac etiam quia ubi admittenda quoque sit pro regula illa opinio, quod compensatio non fiat ipso jure, sed solum ope exceptionis a die oppositionis, adhuc tamen recepta est ejus limitatio quoties agatur ad effectum impedimenti cur-

sum usurarum ex deductis decis. 183. & 409. par. 9. recent. ac etiam dictione de Credito loci citatis, cum aliis in de- cisione.

Quo vero ad alteram limitationem, dicitur eam non appli- cari ex facto, & ex jure; Ex facto scilicet, quoniam valde notabilis summa constata erat ex primo cambio, quando factis calculis creatum fuit alterum; Et ex jure quoniam auctori- tates hanc limitationem percipientes procedunt in sensu, cujus fors non est compensabilis, utpote irrepetibilis & inde- bita, donec debitor declareret velle censum redimere, in aliis autem creditis indifferentibus ac repetibilibus, ista restrictio non intrat, quoniam in odium usurarum & foeneratorum, dum lex indefinitè mandat hujusmodi imputationem, indefinitè intelligenda est; Ita fingendo, vel praesumendo utri- usque voluntatem, qua accedente nil prohiber debitum dis- solvi cum diminutis solutionibus, intrante regula quando creditor dissentiat.

Et demum quoad tertiam limitationem bonae fidei dedu- ctam ex remissione ob spontaneam solutionem, dicitur (& in hac parte bene) quod nisi per veritatem, vel saltem per effi- caces praesumptiones & adminicula constet de ista volunta- te, illa non praesumenda est, cum potius praesumptio sit in con- trarium ex firmata d. dec. 74. Bichii repet. dec. 69. par. 9. rec. 9 & pluries infinuatur in praecedentibus, ac etiam sub tit. de usur. disc. 12. & in aliis, ponderando etiam plures facti cir- cumstantias hujusmodi voluntatem excludentes, atque inclu- dentes contrariam ob actum, vel comminatio coactionem. Cum sic quoad aliam bonam fidem resultantem a creduli- tate, quod cambia girari potuerint extra nundinas conste- tas juxta ponderationes, de quibus supra, disc. 17. & 28. dicitur quod id sit admodum inverisimile, ut scilicet debitor in sui praedjudicium eligere voluerit viam duriorum productivam majoris interesse; Ponderando etiam aliquas facti circumstan- tias ad arguendum in creditore malam fidem ac deprava- tum animum fraudandi debitorem cum gravibus usuris, dum ex calculis primi cambii, ex quo alterum creatum fuit, supponitur constare quod exacta fuissent cambia ad rationem duodecim, & aliquando quatuordecim pro cen- tenario.

Et quamvis replicaretur, quod id licite sequutum effer, stante pacto quod restituta sorte infra biennium cessaret limi- tatio, atque solvi deberent cambia currentia, quae tunc tanti importaverant etiam in nundinis & de cujus pacti validitate habetur supra, disc. & alibi; Responderetur tamen quod ex pacto debet praecedere interpellatio, quam supponitur non ad- fuisse, eo quia probationes ex parte creditoris deductae non es- sent sufficientes.

Haec tenus ultima decisio, quae in proposito solum examine digna est, cum reassumat omnia ea quae continentur in duabus prioribus, ac etiam quae deducebantur per scribentes pro de- bitoribus, & per alios scribentes pro creditore.

Quamvis autem, ubi etiam causa regulanda effer cum istis terminis usurariiis, praesupponitur mutuum explicitum, vel implicitum, sine quo illi non intrant, adhuc aliquae ex praefatis limitationibus probabilius subsistere viderentur, neque responsiones captivarent intellectum ut infra; Nihilominus, etiam in sensu illius veritatis, quae cognosci potest per Advocatorum succumbentium intellectum, a causa, vel pro- priae opinionis affectione frequenter offuscari, seu fascinari solitum, ac propterea non omnino sincerum praesumendum sit eorum iudicium, ut praesumendum est illud iudicium, sed potius suspectum; Mihi videbatur quod isti termini gene- rales usurarum prorsus extranei essent a casu quaestionis, quodque clarum effer aequivocum cum istis praesentem causam tractare, ideoque non displicebat quod ea, quae ut infra a me deducebantur, non admitterentur, cum frequenter motiva quae Advocatis videntur solida, iudicibus levia videri so- leant, sed displicebat quod in decisione involverentur sub si- lentio, eisque non responderetur, adhuc ut ita captivari pos- set intellectus, atque clienti consuli, quod acquiesceret, cum iste sit unicus & totalis finis edendi decisiones, ut advertitur in relatione Curiae, disc. 32. occasione agendi de hoc Tribunali, istoque decisionum stylo.

Ut etenim advertitur sub tit. de usur. pluries & praesertim disc. 4. & hoc tit. disc. 24. dum utrobique agendo de eodem casu agitur in specie de locatione admixta cum contractu cambii, ex quo inferebatur ad usum; Ad essentiale requi- situm usurae desideratur mutuum explicitum, vel impli- citum, sine quo illa non datur, ut praesertim late firmatur in decisionibus editis in casu, de quo in proximè relatis locis; Ac propterea cum in praesenti ageretur de contractu cambii realis & liciti, ut in eisdem prima & tertia decisione admit-

ritur, ac supponitur, hinc proinde dicebam non videri quo- modo in hoc proposito cadere termini usurarum impu- tandatum in sorte.

Et licet admitterem, quod usura cadere potest in omnibus contractibus aliis de eorum natura licitis, etiam emptionis & venditionis; vel locationis & conductionis, aut societa- tis, quoniam in donationibus & legatis, & in judicialibus, vel arbitralibus sententiis, multo magis in isto cambii, qui praesertim aliis contractibus magis approximat mu- tuo, atque aliquam majorem sub se occultat suspicionem usurarum, ubi non unica vice pro mera & effectiva indig- nitate & transmissio pecuniarum de loco ad locum fiat, sed cum hac ficta circulatione negotiorum causa, adeo ut plerique Morales, ac etiam ex nostris Merend. de camb. Nun- dinal. & alii, merum figmentum & usurae pallium generaliter (sed male) reputent.

Attamen ut pluries hoc tit. in praecedentibus, & praesertim disc. 24. & 27. & d. disc. 4. de usur. & alibi advertitur, id rectè procedit quando ob pacta alterativa & extranea a natura contractus, vel ob istius formam non servatam, ille contra- ctus quem in verbis contrahentes inire professi sunt, cor- rumptur, ejusque natura corrupta transit in contractum mutui, quod ita proinde implicitum, seu interpretativum appellatur, utpote occultatum, seu palliatum sub velato no- mine alterius contractus, qui revera non adest in substantia, sed solum in nomine, seu vocabulo.

Adinstar eorum quae pluries habentur sub tit. de feudis, & praesertim disc. 10. & 11. super illis concessionibus, quae in verbis appellantur feudales, revera tamen redolent purum alodium, ob feudi naturam, seu qualitatem corruptam; Et ita quoque in emptione & venditione, vel locatione & con- ductione & similibus, & praesertim in censu, atque in isto contractu cambii, quando non accedat realitas juxta Pianam constitutionem, cum tunc dicatur cambium siccum, quod vult dicere idem ac mutuum, in quod convertitur ut pluries in praecedentibus.

Sed quando damus cambium reale, ac licitum in genere, vel in substantia, juxta dictae Constitutionis Pianae praescri- ptum, tunc non videtur quomodo unus & idem contractus, eodem tempore, atque ad eodem effectus in eadem pecu- nia, hanc duplicem diversam naturam habere valeat cam- bii, & mutui, quoniam pernecessè, vel unum, vel alterum contractum redolere debet, Cambii scilicet quatenus ejus requisita habeat, cum regulariter talis dicatur contractus, qualem contrahentes appellaverint, ac facere professi sunt, acif. 110. num. 7. par. 6. rec. & sub tit. de empr. disc. 31. & sequ. vel mutui quatenus cessantibus necessariis requi- sitis, ejusque natura corrupta, illud assumat diversam naturam, & qualitatem, atque transeat in diversam speciem mutui quod propterea implicitum, seu interpretativum appellatur.

Hinc proinde, vel in toto, vel in nihilo intrant termini usurarii, quoniam si cambium est corruptum, adeo fit mutuum, nulla datur accessio, ideoque non intrant termini excessus usurarii, & si non adest corruptio, adeo ut contra- ctus retineat illam naturam, quam contrahentes dare ei voluerint, nulla cadit usura, quae ut supra exiguit pernecessè intervèntum mutui, atque si aliquis verificetur excessus, iste injustitia, seu laesioni, aut indebitae indifferenti referendus venit, nunquam vero usurariae pravitati.

Ut enim pluries in praecedentibus advertitur, clarum aequivocum, clarisque terminorum error est, in isto con- tractu cambii, posita ejus validitate, ac realitate, adhibere terminos usurarum, vel fructuum, sive accessionum, quoniam licet pro nostra capacitate, sive usu loquendi, illa interusura, quae a cambiorum cursu causantur in damnium debitoris, & incommodum, creditoris, appellentur usurae, vel fructus, ita explicando id in quo fors ab initio data au- geatur; Attamen revera, juxta istius contractus naturam, & quidditatem, totum est fors principalis, utpote pretium pecuniae cambiatae, ac respectivè recambiatæ, quoniam aliàs effer declarare illicitum, & erroneum usum recambiorum, convertendo accessiones in alterum cambium, idque pluries repetendo, cum ita effer dare anatocismum omni jure prohibitum, ut praesertim occasione recambiorum advertit- ur supra, disc. 3.

Unde propterea dicebam quod de prima, & tertia decisio- nibus, praesertim verò de ultima, quae est plenior, atque primam reassumit, dici poterat id quod Dialectici in eorum disputationibus dicere solent, admitto rotum, & nego con- sequentiam, quod scilicet, ubi etiam omnes conclusiones, & regulæ in eis deductae admittendae essent tanquam verae,

ac irrefragabiles, adhuc tamen extranea effer earum applica- tio ad casum, cum procedant in terminis usurariiis, & cum praesupposito quod ageretur de usuris, quod utique ex praemissis dici non poterat, quoniam posito contractu cambii realis, & legitimi, exclusum remanet mutuum, sine quo non datur usura, sed injustitia.

Quare si dator pecuniae ad cambium decipiat receptorem cum conventionem excessiva pretii, seu aggraviati, aut illius monetae in qua cambium est implendum, ut antiquitus an- tequam introduceretur usura generalis aggravi sequetur, ex infinuatis disc. 1. & 27. & in aliis, tunc illud altera- tum pretium, ex quo resultat majus interesse, quoties non habeat rationem dilationis majoris propter usum pecuniae, importabit laesionem, & injustitiam, sed non usuram; Eo modo quo si in cambio minuto, collybiata, seu trapezata, vulgo bancherotto, in excambiatione monetae argenteae, vel aeneae, aut scutorum auri ponderis veteris, cum scutis aureis stampatum, conveniret de pretio, seu aggio alterato, ac majori quam communiter curreret inter negotiatores, cum similibus; Ideoque totum id quod in decisionibus continetur, alteri quidem causae convenire potest, non autem isti, super qua prodierunt.

Verum reassumendo etiam ea quae ex parte creditoris dedu- cebantur ab aliis Scribentibus, ac etiam in aliqua parte a me, Quatenus pertinet ad primam limitationem jam supra expli- catam; Pariter ad rem non faciunt auctoritates, cum quibus in eisdem decisionibus, & praesertim in ultima proceditur; Siquidem decif. 151. & 201. Bichii, etiam in eo casu exorbi- tantes, atque omnino improbabiles censendae sunt, ideoque multò minus attendi debent pro decisione istius, longe di- versas rationes, & circumstantias habentis.

In illis namque agitur de antiquata, nimiumque involuta causa Bononiensis, in qua per longum tempus multae pro- dierunt pro utraque parte decisiones coram Baratto, & Mer- lino; & aliis principaliter super articulo, an dos consistere in specie, vel in quantitate, & an dos constituta secundo viro, effer scutorum quinque millium, vel potius bis mille quingentum auri, ut erat dos primi matrimonii, ut patet ex deductis in sua materia sub tit. de dote, disc. 150. in quo istius causae decisiones enunciuntur.

Cumque exacti essent fructus dotales ad rationem scuto- rum quinque millium, ut credebatur, postmodum verò ex- citata fuisset praesensio, quod vera, seu valida dos consistere in quantitate, istaque esse deberet solum in bis mille quin- gentum auri, atque ita nimium etiam variandum decisum fuerit, ex quibusdam apicibus juris potius quam ex jure, vel ex facto claro, adeo ut eadem Rota in hoc se deceperit, & variaverit; Hinc etiam non videntes videre possunt quale fundamentum haberent dictae resolutiones, super restitu- tione fructuum exactiorum pro summa excedente cum rigore imputationis ipso jure in singula tempora, & momenta, cum iste rigor in odium usurarum solum sit inductus, juxta illum modum calculandi, de quo apud Fontanell. dec. 209. & seq. ubi agitur de calculo fructuum veri pignoris conven- tionalis pro mutuo; Sive juxta deducta coram eodem Bich. dec. aliàs 69. par. 9. rec. ubi de usuris pro cambio siccò, quod est idem ac mutuum, ac propterea intrant termini usurarii, qui tamen a subiecta materia earundem decisionum omni- no extranei remanent, quoniam in illa rata sortis dotalis, quae indebita, seu invalida declarata nullum aderat mutuum verum, vel interpretativum, sed solum quoad fructus pro ea solutos, intrare poterant termini conditionis sine causa, vel indebitae soluti per errorem concurrentem ex parte utriusque; Er per consequens non poterant intrare termini compensa- tionis ipso jure, ex odio usurarum, minisque alii calculo- rum dati & accepti ob unitatem, vel identitatem causae, vel stationis; Siquidem aliud non est compensatio nisi ficta solu- tio, nec autem existit consensum tam ex parte solventis quod animo solvendi debitum in sorte illam pecuniam dederit creditori recipienti cum eodem animo quorum neu- trum ibi concurrebat.

Quamvis enim ubi agitur de veteris usuris clare illicitis, 21 lex juxta opinionem, quam Rota & Curia sequitur fingat, vel supponat utramque voluntatem in debitore scilicet sol- vente, quod tanquam suffocatus a foenore, habeat ani- mum ita extinguendi sortem, sed non explicet, ne foenera- torem provocet ad suffocationem; Et in recipiente in quan- dam poenam ejus depravati animi foenerandi, quem non excusat illa bona fides, quae ab ignorantia juris resultat juxta rigorosas ponderationes de quibus in d. decif. 74. Bich. Attamen cessante odio usurarum, ac dicta mala praesumptione a depravato animo foenerandi resultantem, omnia haec cessant, & per

& per consequens in eo casu, in quo tamen nunquam scripsi, neque litigantes agnovi, adeo nullatenus intrare valeat infinuata ratio affectionis, quæ fascinare solet intellectum advocatorum, non videtur quomodo ista caderet; Unde liquet quod doctus quidem nimiumque ingeniosus Extensor decisionum super resolutionibus, in quibus ipse nullum habuit votum, juxta stylum infinuatum *disc. 32. in relatione Curia*, ita ingenium acuere studuerit ad cohonestandum resolutiones, quæ ex aliis motivis facti in eo casu forte rationabilibus etiam justè prodire poterunt ut frequens praxis docet.

22 Exinde verò resultat inconveniens proximè citato *disc. 32*, infinuatum, quod illæ fallaciæ, quæ deducuntur ad exornandas resolutiones, etiam alioquin ex illius facti circumstantiis justas, accipiuntur deinde pro lege, seu norma in aliis causis decidendis, non reflectendo ad diversas circumstantias, vel contingentias, ideoque error errore parit, sive unus error cum altero errore comprobatur; Isteque est unus ex perniciosissimis, nimiumque justitiæ præjudicialibus effectibus, quos producit ineptus stylum mere pragmaticus procedendi in cæca fide, cum sola litera autoritatum, præsertim verò modernarum, absque aliquo discursu, vel ratiocinio legali desumpto ex veris & invariabilibus principiis juris, adeo in oblivione penè abitis legibus, & Canonibus, & antiquis utriusque juris Interpretibus, tota facultas circumferatur in traditionibus Scribentium modernorum, à medio sæculo citra & minus, attendendo aliquos modernos scriptores verè ineptos, perinde ac si essent legislatores, quo nil ineptius, nilque absurdius.

23 Solidum quoque ac legale videbatur motivum sub nomine certæ limitationis infinuatum, bonæ scilicet fidei resultantis à justâ credulitate, quod intersuria cambiorum etiam in consuetis nundinis continuaverint eundem cursum majorem, & graviozem, quem habebant de tempore contractus, juxta ponderationes, de quibus *suprà, dicto disc. 28*. Absque eo quod obster regula in ultima decisione deducta, in suo casu verò, sed male applicata, quod scilicet in materia usurarum non admittatur executio bonæ fidei, vel ignorantia, quoniam ut pluries infinuatum est *sub tit. de usur.* ac etiam *suprà, eodem disc. 28*. id rectè procedit in jure clato & certo, vel etiam in facto certo, adeo ut illi valeat ignorantia facti iusta & cuius injustitia pendat à facto ejusdem debitoris, ac etiam à statu rerum de tempore, quo initus fuit contractus.

24 Ubi etiam agitur de illa specie cambii, in quo ipse creditor tanquam debitoris mandatarius habet onus & curam girandi cambia, & transmittendi spaccia, tunc ejus ignorantia remanet inexcusabilis, quoniam ita ex ejus munere scire, vel scire debet, quanti in singulis nundinis importent cambiorum intersuria, faciendo eorum peræquationem in singulos annos, in quibus illa exigit; Sed quando cambium conceptum est in altera forma hodie magis frequenti, ut erat illud, quod debitor suscipiat in se onus cambiandi, tunc creditor, qui professionem camporis, vel cambiatoris non exerceat, scire, atque divinare non potest illam mutationem, seu diminutionem hujusmodi intercursum, quæ contingit post contractum, de cujus tempore erant majora, idque innoscere debebat ipsi debitori qui assumpserat partes, vel munus cambiatoris; cumque ipse sponte solvendo non denunciaverit subsequentem diminutionem, atque de ea non opposuerit, hinc justè creditor opinari potuit continuationem in consueto statu; Et sic spontanea solutio, vel non opposita diminutio, non venit attendenda tanquam remissio, ut in ultima decisione supponitur, sed tanquam confirmatio justæ credulitatis creditoris super continuatione anti- qui & consueti status.

25 Atque ad id rectè confert exemplum deductum supra, *d. disc. 28*. Ac etiam *sub tit. de usur. disc. 17*. in contractu census, quod scilicet si validè imponatur census super fundo tunc capaci, adeo contractus, artento ejus tempore sit justus, atque fructus ad conventam rationem licitè exigantur; Postmodum verò casus præbeat accidentalem diminutionem fructuum fundi censiti possessi per debitorem, qui volens potuisset petere diminutionem fructuum census ad ratam capacitaris, sed id neglexit, atque continuavit in solutione ad formam conventionis, absque eo quod creditori innoverit dicta fundi accidentalis immutatio, utique creditor in optima fide verusatus est, benèque exegit, & consumpsit fructus ei solutos, dum justè opinatus est, & creditur, quod fundus continuaret in suo primævo, & consueto statu, quoniam aliàs debitor ejus possessor, cui fructus percipienti

benè id innoscerebat, id verisimiliter opposuisset, ac propterea si quæ adest culpa, illa est ipsius debitoris, qui aliàs in manifesto versaretur dolo, decipiendo creditorem ignarum & innocentem ut ita sortem extenuaret, dum creditor dicere posset quod si scivisset, abstinuisset à perceptione, & consumptione majorum fructuum, sed fuisse contentus illis minoribus quos fundus censitus dare poterat, atque illud minus impendisset, ultro non impensurus, ut suam sortem conservaret, ac propterea esset dare in debitore magnum lacrum, & utilitatem ex dolo, & malitia decipiendo ignarum, & innocentem creditorem opinantem continuationem status rerum, ut erat de tempore contractus in sui origine, & substantia liciti, quo nil absurdius, & iniquius, ac irrationabilius; Istique videntur veri, ac proprii termini hujus casus.

ROMANA CAMBIORUM  
PRO DUCE MATEJO,  
CUM MARCHIONISSA REATINA  
STROTIA.

Casus decisus per Rotam favore æriusque respectivè ut infra.

De eadem materia, de qua supra, *disc. 8. & 10. cum seq.* an scilicet, & quando cursus cambiorum detur etiam absque realitate literarum, seu spacciorum in ratione damnorum, & interesse.

Et an clericus possit facere istum contractum cambii juxta deducta supra, *disc. 18*.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series cum solutione.
- 2 De negotiatione clericis prohibita quando procedat, & an cambium cadat sub hac prohibitione.
- 3 Sine realitate literarum nulla debentur cambia.
- 4 Fallit si debitor hoc onus in se assumat.
- 5 De utilitate qua resultat debitori ex hoc onere.
- 6 De ineptia allegandi super principiis certis, & præsupponendis.
- 7 De cambio aliquo quot species contractus sub se continentur.
- 8 Quod quandoque possit creditori impediri non uti facultate cambiandi.
- 9 De casu in quo debitor suscipit in se onus cambiandi.
- 10 Ad quid soleat deputari mercator, seu scripturalis.
- 11 Et quando debitor de culpa, vel negligentia hujus mercatoris teneatur.
- 12 Laudatur solutio contra scripta per Authorem.
- 13 An post mortem mercatoris deputati currant cambia.
- 14 De cessante obligatione fidejussoris per mortem debitoris.
- 15 An sequuta decoctione mercatoris sequatur idem quod causa mortis.

D I S C. XXXII.

Redidit Fantinus Rentius de anno 1637. Duci Hieronymo Mattheo scuta remille, cum solita conventionne, quod cum ipse Dator non esset solitus tenere ejus pecunias otiosas, sed eas traficare super cambiis & recambiis. Idcirco debet æquivalens ita sub cambiis & recambiis girari per nundinas, & plateas, ita tamen ut intersuria certam inter eos conventam taxam excedere non possent, atque ad hunc effectum deputatus fuit quidam mercator, qui curam habere deberet transmittendi spaccia, & retinendi scripturas necessarias, cum obligatione debitoris aliàs ad omnia damna & interesse, & cum pacto quod mercator moriente, sive discedente ab urbe, adhuc prædicto Fantino creditori licitum esset absque alia intimatione, æquivalentem summam accipere sub cambiis ab aliis, seu à seipso, eamque girare, vel ab aliis girari facere, juxta hujusmodi contractum formularium, qui tunc erat in usu, dum de presenti, ad omnes ambiguitates tollendas, simpliciter ac indefinitè debitor istud onus in se, & suos suscipere solet.

Defunctis autem tamen Fantino, quam mercatore deputato, atque Scipione immediato hæredè aliud in contrarium non motivante, post plurimum annorum decursum, Octavia ejusdem Scipionis quoque defuncti hæres mediata, Marchionis Strotii uxor, tam pro sorte, quam pro cambiis deductis præfatum debitorem pulsavit coram A. C. à quo relaxatum fuit mandatam pro sorte ac sine præjudicio fructuum, qui

qui relicti fuerunt in suspensio, commissaque per appellationem causa in Rota coram Calataju, sub diebus 23. Martii 1672. & 17. Martii 1673. prodierunt resolutiones utriusque Parti respectivè favorabiles, acriter scilicet favore pro sorte & cambiis decursis usque ad obitum mercatoris deputati, ab inde verò citra favore Ducis Rei conventi, ut amplius cambia non deberentur ex eo quod stante defectu literarum seu spacciorum cambia non currisent; valdè notabilem summam importantia.

In disputationibus itaque in utroque Tribunali habitis, de duobus punctis actum fuit; Primò nempe, an stante præsupposito clericatu dicti Fantini in minoribus, iste contractus cambii valeret necne ob prohibitam clericis negotiationem; Et secundò, circa cursum cambiorum stante defectu literarum, seu spacciorum tam durante vita mercatoris deputati, quam etiam post mortem usque ad præsens.

2 Super primò puncto incapacitas clericus faciendi istum contractum ego scribere non consuevi, cum jam esset elutus, *disc. 18. supra hoc eod. tit.* ubi sustineret opinio, ut id illicitum non esset, ac propterea magis in eo insisterent alii Scribentes pro hac parte, qui credebant motivum esse verum, excusabiliter tamen, ut potè iniqui auctoritati ejusdem Tribunalis in decisionibus editis in eo casu, de quo *eodem disc. 18.* dum justè idem Tribunal ita cum ejus decisionibus reconveniri poterat.

Et quamvis Scribentes in contrarium adhererent distinctionem prædictarum decisionum conciliativam, inter clericum in sacris, de quo in eo casu agebatur; & illum in minoribus, de quo in præsentis, quasi quod prohibitio procedat in prima specie clericorum, non autem in altera, & quæ distinctio admittitur quoque in primâ decisione, in qua de hoc puncto agitur; Attamen mihi videbatur quod ista distinctio esset extra propositum, quoniam quidquid dicant aliqui relati per Bellett. *disquisit. cleric. part. 1. de disciplin. cleric. §. 1. n. 19. Gait. de cred. cap. 2. tit. 7. quest. 5. num. 1237.* & alii in decisione relati; Aramen, quoties agitur de clericis ex libi non conjugato, videtur quod praxis Commercialium sit in contrarium, quod scilicet ita procedat contra clericos in sacris, ac illos in minoribus, pro illicita negotiatione, cum præsupposito, quod ista sit talis, quamvis frequentius, & cum aliquo majori rigore cum illis in sacris, dum constitutiones Apostolicæ indefinitè loquuntur de clericis.

3 Benè tamen ista distinctio prodesse videtur, atque considerabilis remanet ex eo quod clericus in minoribus, (ut in hac facti specie sequebatur) negare potest qualitatem clericatus actualis de tempore initæ negotiationis, dum est status retractabilis, adeo obijcitur incumbat onus illum justificandi cum suis requisitis, quod scilicet ille, cui illicita negotiatio obijcitur, se haberet pro clerico coelibii, atque clericalibus potiretur privilegiis, ac exemptionibus, quod in urbe nimium difficile est convincere, cum circa habitum non habeatur illa distinctio inter clericos & seculares, quæ alibi haberetur, stante quod Curiales ac professores & alii quamvis laici habent usum togæ ex infinuatis *sub tit. de jurisdic. disc. 93. & in relatione Curia, disc. 46.* & alibi pluries; Ac etiam quia non sunt in usu alia requisita Concilii circa adscriptionem & servitium in divinis, ut advertitur *sub tit. de restam. disc. 34.* & in adnot. ad Concil. Trid. *disc. 19. & 24. & alibi.*

Cumque ille, qui tonsuram, vel minores tantum ordines habeat, publicè & palam negotietur, ut in isto casu verificari videbatur, dum iste Fantinus, juxta consuetam Urbis, aliarumque magnarum Civitatum miracula penè nudus ad eam accedendo, assem medii millionis comparavit & reliquit, hinc inferri posse observabam ad probationem saltim præsumptam dimissionis clericatus duobus argumentis ab iis quæ habentur *sub tit. de pensum. disc. 46. & seq.* super dimissione clericatus resultante à susceptione militiæ, vel alterius officii, & quæ considerationes non cadunt in illis, qui sint in sacris utpotè constituti in statu irtractabili.

4 Verùm ubi etiam ageretur de clericis in sacris; tam in ista causa, quam in aliis Rota agnovit illam veritatem, quam licet pluries à me inculcatam in casu, de quo *d. disc. 18.* agnosceret noluit, ita consueto causarum facto exigente, quod scilicet ubi etiam contractus saperet illicitam negotiationem, adhuc tamen id non importet nullitatem actus ad commodum alterius contrahentis, sed solum operatur subjectionem ipsius Clerici poenis impostis contra negotiatores, illi præsertim spolii quod scilicet fiscus Ecclesiasticus ab eo auferat lucra tanquam illicita & turpiter quæsitâ, ut in istius causæ primâ decisione firmatur.

Sub silentio tamen involvitur alterum motum deductum eodem *disc. 18.* quod scilicet iste contractus reverà non contineat illicitam negotiationem, ex ibi infinuatis fundamentis, quamvis quadam communis vulgi opinio videatur in contrarium, nescitur ex qua ratione, quæ nulla considerari posse videtur, cur clericis, & personis Ecclesiasticis licitus esse debeat contractus census, & non iste cambii; Nisi consideretur illa ratio differentia, quod cum istæ cambiorum circulationes fieri soleant per solos Mercatores, & negotiatores rationis bancharia; in nundinis, & emporiis, ita proinde, saltim, ob populi, seu vulgi opinionem, id scandalosum sit, quod clerici exercent hanc circulationem per se ipsos more mercatorum, & sic non ex intrinseca natura actus; sed ex ista accidentali opinione vulgi; Ac propterea aliqui (quamvis ad hujusmodi considerationes non descendentes, quasi quod apud Juristas crimen redolent discursus & ratiocinia) distinguunt, an actus fiat per se ipsum, vel sub nomine alicujus mercatoris; Id etiam laudabile quidem est, ob dictam rationem, non autem quod reverà sit illicita negotiatio, quoniam si ita esset, sequeretur quod neque per alium ad proprium commodum id fieri posset; Præterquam in eo casu, qui ab antiquis pro illorum temporum moribus, & conditione prudenter consideratur, hodie tamen, saltim pro nostris Italiæ moribus, & praxi, remanet idealis, utpotè nunquam, vel nimium raro ad praxim deducibilis (quamvis per modernos absque hoc discursu, pro solito transcriptorio stylo quoque deducatur) quod scilicet agatur de clerico, qui aliunde commodè vivere non posset, ut ad limites necessitatis, vel congruentiæ id agere valeat, quoniam hodie reverà, præsertim in hoc cambiatorio negotio, fabulosum ac ideale est, istum casum considerari, seu verificari.

Quo verò ad alium punctum, super quo major fuit disputatio, cursus scilicet cambiorum stante defectu realitatis literarum; Non controvertebatur inter scribentes hinc inde principium, hodie omnino absolutum præsertim in curia, & de quo pluries in præcedentibus, quod scilicet ad præscriptum Pianæ constitutionis non detur cursus cambiorum, non accedente realitate literarum, seu spacciorum, ac propterea irritione verè digni censendi sunt illi scriptores, qui super hoc principio cum auctoritatibus allegationibus, ut inepto fatisciant stylo, chartas inutiliter replent.

Minusque impugnabatur alterum, patet hodie certum, ac receptum principium, super quo cadit idem superfuitatis damnabile vitium, ut scilicet id procedat quando agatur degiro cambiorum facti per ipsum creditorem, cui debitor hanc facultatem, seu mandatam dederit juxta casus, de quibus supra, *disc. 1. cum plur. seqq. & in aliis*; Secus autem ubi è converso ipse debitor istud onus in se assumat juxta casus, de quibus *disc. 8. & 10. cum plur. seqq.* cum tunc, etiam deficientibus requisitis realitatis, in damnum debitoris, & respectivè ad commodum creditoris, detur cursus cambiorum, non in vera ratione cambiorum, quæ sine realitate licitè dari non possunt, sed in ratione damnorum & interesse, ob non adimpletum susceptum mandatam, quoties juxta non accedat executio; Isto debitoris incommodo ac præjudicio cum hac moderna magis usitata formula compensato remanente ab aliqua utilitate, seu graviorum interfuturorum levamine, dum ita non subiacet illis interfuturis quæ resultant à provisionibus correspondentialium, ut in præcedentibus pluries quoque advertitur.

His itaque ita præsuppositis tanquam certis, ac indubitatis, ut verè præsupponenda sunt, adeo intret infinuata manifesta irritione quidem digna ineptia, allegationum cumulos desuper faciendi; Unicus quæstionis punctus restringebatur ad applicationem, juxta fere genericam forensium quæstionum hodiernam naturam, an scilicet in primo, vel potius in altero casu versaremur, quoniam si eramus in primo, exinde planum remanebat nulla cambia deberi, atque soluta, utpotè sicca, & usurarum in sortem imputari debere, secus autem in altero, atque in hoc strictè residebat cardo difficultatis, reliqua verò meram continebant evagationem.

In hoc autem scribens pro debitore, more Advocati, ad probandum quod versaremur in primo casu, dicebam idem quod pluries in præcedentibus advertitur, quod scilicet hujusmodi species contrahendi, verè, & propriè non continent cambium directum, quale est illud quando quis indigens habens pecuniam in uno loco, quam sibi verè, & effectivè habere expedit in altero, præbeat pecuniam mercatori in loco à quo, ut sibi faciat tractam, in loco ad quem, juxta casus de quibus in proposito literarum cambii supra, *disc. 25. & seq.* ac etiam *infra in hoc supplemento*; Sed agitur de cam-



cambio mediato, sive obliquo, ex sola ratione circulationis pro cursu interfuturiorum; Iste etenim secundo casu verè, & propriè contractus in sua prima natura, & origine, directè, ac propriè est mutui, sed mutuatarius pro indemnitate mutuatòris, & ne interese officio pariat, illi dat facultatem, seu mandatum suscipiendi æquivalentem summam ad cambium, eamque girandi juxta primam formulam, in cujus casu est in arbitrio creditoris tali facultate uti, vel non uti, prout sibi magis expediat; Et sic ipse creditor fungitur persona mandatarii debitoris in causam tamen, & utilitatem propriam, ac propterea potest sibi expedire, ea non uti, dum ut pluries advertitur, de natura cambii est, ut juxta temporum contingentias, possit etiam esse creditori damnosum, quia nempe fors redeat diminuta, quod licet sit rarum, atramen est contingibile.

8 Quando verò juxta alteram formam debitor in se suscipit istud onus, tunc ipse gerit personam mandatarii creditoris, qui etiam volens potest revocare, vel suspendere mandatum, sed donec revocetur, vel suspendatur, illud durare dicitur, tam ad commodum quam ad incommodum.

9 Atque hinc sequitur, quod ad substantiandum, sive efformandum contractum cambii, qui subsequi debet post duos primos contractus, mutui, & mandati, atque pro executione, & exercitio ejusdem mandati, quatenus idem mandatarius per se ipsum id exercere nolit, vel non possit, quia nesciat, requiritur factum mandatarii, qui actum explicet, vel initiet, deinde verò pro ejus progressu requiritur opera periti scripturalis, qui curet transmittere literas accessus vulgo dell' andata, & recipere aliàs responsivas vulgo del ritorno, necnon retinere scripturam mercantili more super calculis, seu bilanciis interfuturiorum, seu cambiorum, aliæque faciendi ad id necessaria, idque fieri potest, & quandoque solet creditori, vel respectivè à debitore per se ipsum, & quandoque, imò frequentius per aliquem campsosem, seu peritum scripturalem.

10 His itaque prænotatis, applicando ad rem; Dicebam quòd cum debitor explicite hoc onus in se non assumpserit, explicandum per se ipsum, vel mercatorem, quo casu effect idem, cum mercator ita diceretur potius institutor, seu famulus debitoris, & per consequens ejus negligentia, vel culpa damno præponentis cedere deberet, sed solum deputatus fuerit mercator ad dictum alium effectum, habendi curam spacioiorum, atque retinendi scripturam, adeo ut mandatum directum esset potius ad ipsum creditorem; Hinc sequi dicebam, quod ad effectum, ut præpositus deficere diceretur in munere, cui præpositus fuerat, in damnum præponentis, opuserat, quod intiatetur contractus per ipsum creditorem, tanquam mandatarium, qui non autem scripturalis hanc facultatem habebat, atque postea scripturalis tenebatur illum prosequi; Et sic istius culpa considerabilis remanere videtur in prosecutione, non autem in ipsa substantia, vel initiatione actus, dum in hoc nullam habebat facultatem, vel mandatum, adeo ut si idem scripturalis iniisset cambium, quod ex mundinarum eventu detegeretur potius damnosum ut supra, potuisset creditor dicere nolle subjacere huic damno, eo quia ipse non habuisset in animo cambiandi, neque hac facultate uti voluisset; Et per consequens dum creditor nunquam explicavit animum cambiandi, non poterat scripturalis dici in culpa, de qua admittebam, quod debitor præponens teneri debuisset, ex regula pluries insinuata, quod præponens teneatur de facto, & culpa præpositi, sive dominus de facto, & culpa famuli circa opus vel ministerium, cui præpositus fuerit.

11 Quamvis verò de stricta juris censura, atque attenda formalitate verborum, ita probabilis dicendum esset; Atramen Rota, inherendo iudicio, & attestacionibus mercatorum, processit cum sepius insinuata generali, atque pro meo iudicio vera regula attendendi scilicet potius substantiam veritatis, & verisimilis voluntatis quam formalitates verborum, & hujusmodi apices, quas negotiatores non callent, & sic quod cum creditor ab initio se declaraverit velle negotiari, & traficare istam pecuniam super cambiis, ad istum effectum deputando mercatorem, cujus culpam, & negligentiam debitor in se assumpsit, cum expressa obligatione ad damna, & interesse, ita id in substantia equipollere videtur illi obligationi, quam debitor simpliciter in se assumat; Ac propterea, reflectendo ad veritatem, pro typo ab initio clienti libere insinuatam, resolutio potius probabilis visa est, usque ad mortem naturalem mercatoris, cum præsupposito, quod ipse semper integer vixerit in statu scilicet habili & idoneo, ad hoc munus explendum.

Post sequutum verò obitum mercatoris deputati, è con-

verso iusta, & probabilis visa est altera pars resolutionis, favore debitoris, quod scilicet ex tunc cessaverit cursus cambiorum; Tum quia in ipso contractu cautum fuit, ut contingente casu mortis, vel absentia dicti mercatoris licitum esset ipsi creditori cambiare, sive ab aliis cambiari facere, ideòque sibi imputet cur sibi concessa facultate non fuerit usus; Tum etiam quia, cum creditor noluerit hoc onus committere debitori, sed sequi voluerit fidem, ac industriam certæ personæ, cujus approbationem, & diligentiam à debitore exegit, adeo ut debitoris obligatio restricta fuerit ad operam, seu factum tertii; Hinc proinde cessata hac persona per mortem; adeo ut defectus implementi referri non valeat culpæ, vel facti debitoris, hinc sequitur, ut ejus obligatio cessaverit juxta ea, quæ sub tit. de Cred. disc. 94. habentur de fidejussione præsentandi aliquam personam in carceribus, quoniam per mortem ante moram contractam liberatur; Sive ad instar ejus qui servi, vel alterius operarii promittit factum, vel ministerium, cum similibus.

Dubitandi autem ratio cadere videtur, quando sequatur deputati mors civilis per decoctionem, non autem naturalis an scilicet ista mors alteri equipolleat, ut propterea idem dicendum veniat de cessante debitoris obligatione.

De hoc autem puncto formiter agere adhuc occasio non dedit, solum etenim ille torus fuit in disputationibus habitis in Romana, seu Mantuana cambii pro Suardis cujus mentio habetur in adnot. ad disc. 9. dum punctus principalis, de quo in ea causa actum est, idem erat, ac ille, de quo d. disc. 9. an scilicet obligatio cambiandi suscepta per debitorem, esset limitata ad certum tempus, necne, iste autem punctus tollabatur ex facto, in quo decoctio non supponebatur.

Loquendo itaque cum generalitatibus; pro cessatione favore debitoris facere videtur regula pluries insinuata sub tit. de cred. ac etiam in Anconitana Satis, sub tit. de Regal. disc. 115. & alibi, quod scilicet decoctio habet vim mortis, atque decoctus habetur pro mortuo, ac etiam ea, quæ habentur sub tit. de Regal. disc. 81. & tit. de cred. disc. 143. super propositione, quod per decoctionem non debeatur interesse.

E converso autem considerari posse observabam, quod cum hic mercator non sit principalis debitor, sed species famuli, vel Institutoris agentis actum nomine principalis debitoris, nil prohibet, ut principali idoneo existente, ille qui decoctus est, possit alterius ministerium, vel famularum exercere, dum mors intelligitur quoad se ipsum ex iis, quæ habentur eodem disc. 145. de Regal. ut decoctio expirare faciat mandatum respectu ipsorum mandantis, & mandatarii, non autem respectu tertii, qui citra fraudem, vel collusionem positivam verè contrahit, vel distrahit cum decocto tanquam Procuratore alterius idonei; Ac etiam quia in isto contractu cambii, sive cambiorum cursu non videntur intrare termini interesse ob diversas rationes ponderatas d. disc. 143. de cred.

Ista verò, & similia continere videntur solum generalitates, in quibus non adeo immorandum est, quando ad specialitates magisque proximas auctoritates, vel rationes recurri potest, juxta aliquorum ex nostris dictionem (quandoque tamen ineptè adaptati. solum) quod pauperis scriptoris est immorari in generalitatibus.

Quare cum occasio non dederit desuper invenire auctoritates ad hanc speciem descendentes, stante quod ista contrahendi forma est nova; Hinc proinde, recurrendo (ut docet) ad meliorem discursivum, seu ratiocinativum modum. Ponderabam decisionem pendere ab eadem distinctione, de qua supra, circa naturam, seu qualitatem deputationis mercatoris, an scilicet juxta primum intellectum, qui à me scribendo more Advocati in ista causa dabatur, iste deputatus esset tanquam nudus minister facti pro cura materiali transmittendi spaccia, & recipiendi responsiones, aliæque faciendi pertinentia ad munus scripturalis circa progressum contractus in iura & substantiati inter principales, vel eorum alterum; vel è converso intraret alter intellectus, in ista causa traditus per Rotam, quod iste mercator esset mandatarius in toto negotio; etiam circa facultatem recipiendi ad cambium, & recambium, & continuandi gitum, in quo ex pluries insinuatis supra, disc. 1. & seq. ad evitandam illam continuationem, quæ damnatur per Pianam constitutionem hujus materiæ regularicem, quor sunt mundinæ, vel platearum termini, tot sunt nova cambia, seu novi contractus.

Isto namque posteriori casu videtur dicendum, quod mors civilis equipolleret naturali, ac propterea eundem operetur effectum, ex ea ratione, quod si ipse mercator, vel negotiator deputatus, sub ejus nomine, & fide missus est tra-

tractas, & retenturus correspondentias cum aliis negotiatoribus, seu correspondantibus, adeo ut describatur in singularum mundinarum notulis, seu bilanciis more negotiatorum, & pro subiecta materia usui, tunc id impracticabile remanet in decocto, cujus nulla fides est, nullaque habilitas habendi correspondentes; Secus autem in altero casu converso, in quo in effectu alter sit mandatarius, qui substantier, atque ineat contractum, adeo ut sub ejus nomine contractus fiat, ipse verò mercator deputatus gerat solum personam materialem scripturalis, tanquam per speciem famulari ministerii pro conservatione spacioiorum, & retentione, seu ordinatione scripturæ necessariæ in hoc giro, adhibendo suam artem, seu peritiam calculorum, seu ratiociniorum, dum tunc nil prohibet quin decoctus explicare possit hujusmodi famularum, seu ministerium puri facti, adhuc tamen reservatur desuper maturus iudicium, quando casus præbeat de hoc formiter agere.

ROMANA LITERARUM CAMBII PRO JOANNE BERAUD CUM FRANCISCO RICCIO.

Casus disputatus coram A. C. resolutus ut infra.

An & quando adjectus in literis cambii, vel in pagella vulgò pagarò, actionem habeat contra eum, cui directæ sunt, & an huic adjecto obstant illæ exceptiones, quæ obfata possent scribenti; Et quando quis dicatur adjectus rei suæ, necne.

Ac etiam de eodem puncto, de quo supra, disc. 25. An scilicet quando ille, qui literas acceptavit, excusari possit ob superventam notitiam decoctionis, vel mutationis status scribentis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 An & quando adjectus in literis cambii acceptatis habeat actionem.
- 3 De verbo valuta in literis quid importet.
- 4 Decoctio scribentis, an & quando excuset eum qui literas acceptavit, & n. 6.
- 5 Quomodo ista causa sint decidenda.
- 6 De eodem de quo n. 4.
- 7 De alio casu adjecti pagella vulgò pagarò.

D I S C. XXXIII.

Cum Joannes Beraud Gallus in Urbe mercator correspondentiam haberet cum Pulcheriis mercatoribus Lugdunensibus, eisdemque aliquas fecisset tractas, quas ipsi impleratas, vel de proximo implendas rescripserunt, idcirco sub hac fide, seu creditulitate idem Joannes è converso acceptavit tres tractas notabiles summæ à dictis Pulcheriis factas, Riccio solvendas; Habita verò notitia pendente termino acceptationis, quod præfati correspondentes suas tractas non implevissent, neque essent impleturi ob jam declaratam, vel imminuentem eorum decoctionem; Hinc introducta lite coram A. C. post aliquas disputationes, cum Joannes factis calculis ingenue more boni negotiatoris fateretur, quod esset debitor alicujus summæ prædictorum scribentium, idcirco tam Ego, quam alii ejus defensores ei consulimus, ut prompte solveret, vel deponeret id quod haberet in manibus, ut sequutum fuit, in eo autem, quod non deberet, se defendere, ut sequutum fuit, quod scilicet, vel absolutiorum reportavit, vel actor acquievit.

Præcipuum itaque hujus causæ punctum in eo consistere dicebam, an Riccius actor dicendus esset, necne adjectus rei propriæ, quia nempe pecuniam in literis cambii contrariam dedisset Pulcheriis scriptoribus, adeo ut foveret causam onerosam, atque contenderet de damno vitando, vel è converso non probata causa onerosa dicendus esset simplex adjectus in causam, seu gratiam scribentium quorum potius, quam proprium negotium ageret; Primum etenim casu, quatenus non obfata alia, de quibus infra, ob immutatum statum scribentium, pro adjecto potius respondendum erat ut ei obfata non deberet, an ille, qui acceptavit literas, esset scribentis debitor, necne, quoniam sibi imputet si alienam suscipere voluit obligationem; atque scribentis fidem sequi; Secus autem in altero, in quo cum in effectu gereret personam procuratoris, vel negotiorum gestoris scribentis, hinc omnino iustum, & rationale est, ut ei obfata ea, quæ ob-

starent mandanti juxta distinctionem, de qua in specie apud Marin. resol. 4. lib. 1. atque videtur absolutum, prout concorditer Scribentes hinc inde admittebant.

Hinc proinde, juxta sepius insinuatam penè universalem naturam forensium quæstionum, tota quæstio restringebatur ad factum, seu applicationem, cujus potius, quam juris erat, quæstio, an scilicet actor probaret assumptum, quod ageret negotium proprium potius, quam scribentium, quia nempe æquivalentiam eis dedisset pro his tractis; Id autem probari contendebar ex eisdem literis, in quibus dicebatur valuta quasi quod istud verbum importaret idem, ac numerationem æquivalentiæ, cum dictum verbum valuta idem importare videatur, ac æquivalens, atque super hoc dabatur ex ejus parte aliæque attestaciones mercatorum.

E converso pro hac parte dabatur attestaciones aliorum mercatorum in contrarium, quod scilicet istud verbum abfque alio adjecto, quia nempe dicitur valuta remaneat æquivalentem, & referibile ad futuram numerationem, vel reimbursementem in aliis effectibus, vel occasionibus, juxta negotiatorum morem. Ac etiam deducebatur auctoritas Rotæ decif. 202. n. 7. p. 13. vac. repet. decif. 83. post Collectaciones Bondeni, ubi in specie id firmatur, ac etiam Ego deducebam auctoritatem in subiecta materia majorem libri, qui nuncupatur negotiator, vulgò il negotiante del Peri. Italicis idiomatis cap. 10. fol. 77. juxta impressionem Januensem anno 1647. & fol. 32. juxta impressionem Venetam anni 1662. par. 2. ubi distinguuntur istæ negotiatorum phrasæ, quodque ubi scribens verè habuit æquivalentiam in pecunia dicitur valuta havuta contrari, ubi verò quoque habuit, sed ex alia causa dicitur valuta havuta, absque verbo contrari, sed ubi dicitur valuta simpliciter, tunc referri potest ad futuram reimbursementem.

Ponderabam quoque nimium inverisimile videri, quod actor tanquam peritus negotiator, in summa gravi plurium millium futurorum, cum ex tero Gallo negotiatore contentus fuisset dicto sicco verbo valuta, si tunc manualiter pecuniam dedisset pro hac tracta faciendâ; quatenus id proveniret ex aliis negotiis, vel computis procurasset ad jici illud verbum valuta; Et fortius quia saltem cum ejuslibris, & computis cum perfecta, vel administrativa probatione, verisimiliter justificare posset, quod in causam propriam; & pro reintegratione sui crediti, dicta tracta facta esset, ac propterea, ob hoc motum, quod tanquam nimium probabile iudici multum artiff, magna quæstio assumpta fuit inter cause Patronos, super disputatione partiarum extractatum à libris ejusdem actoris, super quo tamen juxta commendabile Curia stylium nulla erant Advocati partes.

Verum ubi etiam ex partibus librorum, aliisque administracionibus actor justificaret, quod revera ageret negotium proprium, atque foveret causam onerosam, adhuc tamen dicebam, quod stante malo statu scribentium de tempore quo literas dederunt ob plura argumenta jam præparata, vel imminentes decoctionis, quæ postmodum detecta sunt, opus esset docere, quod tunc de tempore quo literas scriptæ fuerunt, ipse actor sincere, ac bona fide dedisset scribentibus, pecuniam cambiandam per Urbem, quo casu requiritur, quod decoctio verè sequuta, seu detecta fuerit de tempore acceptationis, vel adeo proximè, ut tunc immutatio, vel deterioratio status verisimiliter non inoresceret correspondantibus, seu mandatario acceptandi literas cum præsupposito continuationis boni status mandantis, juxta plurimum casuum distinctionem, de qua supra, disc. 25. Secus autem ubi literæ scribantur in gratiam adjecti pro reimbursemente alicujus crediti juxta ponderaciones, de quibus eod. disc. 35. quo scilicet creditores negotiatorum diligentius, quam alii inquirentes statum suorum debitorum, multò antea prævidere solent futuram decoctionem, vel ejus periculum timere, unde propterea satagunt ab eis obtinere tractas correspondantibus idoneis, & tutis, non absque aliqua fraudis, & collusionis suspicione, dum ut aliàs advertitur in decoctis, vel decocturis lex, & doctores omnia mala præsumunt, & supponunt, ac propterea quamvis non adit, vera & formalis decoctio, adhuc etiam remota præparaciones, vel suspiciones remanent considerabiles.

Atque hinc docemur quàm erroneum sit in hac præfertim materia procedere cum generalitatibus, vel cum illis decisionibus, & auctoritatibus, quæ aliorum casuum occasione prodierint, cum reverà decisio pendeat ex singularum casuum circumstantiis, quatum etiam modica variatio totum jus diversificare facit, atque ad hoc iudices benè reflectere debent.

Ultra verò tres casus distinctos d. disc. 25. alter pluries con-

contigit postmodum disputandus in hac materia, quando scilicet decotio soribentis superveniat post jam elapsam terminum consuetum literarum, seu tracta, qui pro communi usu solet esse quindecim dierum, quia nempe elapso termino, mercator qui literas acceptavit, differat earum solutionem; atque adjectus, cui solutio faciendae est ex urbanitate, & convenientia, vel ex negligentia differat exactionem, quoniam tunc extra controversiam, decotio qua superveniat post istum terminum, cedere debet damno, & periculo ejus, qui literas acceptavit, non autem adjecti in cujus gratiam scripta sunt, cum tali casu nulla subest ratio probabilis, quae acceptantem excuset, ita etenim esset dare inconveniens, quod haec mora & culpa prodesset maroso, & culposo, noceret autem creditori innocenti, qui benigne se gessit cum debitoribus, cui per quamdam speciem implicitae novationis, dilationem ita concessit, atque ita pluries in Tribunali A. C. me scribente practicarum fuit contra acceptantes favore adjectorum, atque Signatura Justitiae approbavit sine difficultate, quae revera in isto casu non cadit, quando scilicet decotio superveniat post jam elapsam terminum, dum recte acceptanti dici potest, quod si ipse probe se gessisset, atque datam fidem servasset, utique adjectus esset tutus, suumque esset periculum.

Hinc in alia Romana pecuniaria disputata in eodem Tribunali A. C. coram diverso Locumtenente inter Felicem de Montignani, & Thomam Roncellum, cum idem Pulcherri, de quibus supra fecissent Felici giratam pagellam vulgo pagellam ad eorum favorem facta per Thomam, excipiebatur iste ad solutionem pulsatus, quod dictam pagellam fecisset sub lege in alia epocha adjecta, ut non teneretur ad solutionem, nisi factis prius computis, & quibusdam adimpletis conditionibus, Ideoque Scribentes pro eodem Thoma Reo convento dicebant distinguendum esse, quod scilicet aut ista pagella nullum contineat nomen personae, cui solutio promissa sit, sed simpliciter dicatur solvi debere summam expressam illi, qui eam exhibebit, & tunc exhibens actionem habeat illam exigendi; Aut exprimitur persona, & tunc secus, ut exigi non valeat sine ipsius mandato, adeo ut adjectus gerere dicatur personam procuratoris illius, cujus favore promissio facta sit ex deductis per Bardellon. *conf. 28. Cancr. var. resolut. cap. 22. num. 22. Genu. in scriptura privata, lib. 2. in fin. tit. de apoc. priv. manu tertii n. 104. & seqq.*

Conversus scribens pro actore dicebam omnia praemissa esse in suis respectivis casibus vera; male autem applicati ad nostram questionem, utpote diversam ab illis, quae per allegatos disputantur; Atque ad id dignoscendum insistebam in eo, quod adeo frequens est mea dicendi consuetudo, procedendum scilicet fore cum distinctione duorum casuum, atque erroneum esse cum generalitatibus procedere.

Primus etenim casus est quando quis exhibeat schedulam, vel pagellam sine aliqua girata, vel cessione; Et tunc proprie intrat questio, de qua Bardellon. & Cancr. *ubi supra*, ac etiam Decian. *dist. conf. 68. lib. 3.* Isteque casus intrat dicta distinctio, an expressio certae personae habeat, necne, ut primo casu debeat constare de mandato, tam ad effectum actionis, quam ad alterum liberationis solventis; Secus autem in altero, quod pariter pro stylo negotiatorum regulandum videtur.

Alter vero casus est, ubi adsit cessio, vel girata, adeo ut non dubitetur de mandato, sed debitor proponat exceptiones sibi competentes contra cedentem, an obtinet cessionario, vel adjecto juxta alium casum, de quo supra; Et tunc intrat distinctio superius tradita, an scilicet cessionarius, vel adjectus onerosam, vel lucrativam causam foveat, sive an proprium negotium gerat, vel illud cedentis; Ideoque cum in hac facti specie supponeretur cessare questionem, de qua supra eo quia diceretur pro aequivalentia verè accepta, idcirco, isto facto subsistente, pro adjecto responderi debere dicebam, non curato, quid clandestinè inter debitorem, & creditorem sequutum sit.

Aliàs etenim sequi potest, ut impeditum, vel defraudatum remaneret commercium, ideoque exhibenti hujusmodi pagellas, vel cedulas denegari non potest solutio summam in ea contentam, quamvis ea soluta esset primò creditori, à quo sibi imputet solvens, cur debitas cautelas sine indemnitate non reperavit, juxta *decis. 13. Rovit.* quam reasumit Rocch. *in notab. post 1. volum. confil. tit. de liter. camb. notabil. 38. n. 100. & seqq.* & alibi pluries advertitur.

BRUNDOSINA PECUNIARIA  
PRO MARCHIONISSA CAMPLI  
CUM JOANNE CALO.

Casus varis decisus per Rotam.

An ad effectum imputationis, vel repetitionis cambiorum, quae ob defectum justificationis indebita praetenduntur, sufficiat probatio illorum solutionis per solas quietantias, & solidationem computorum.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Resolutio causa.
- 3 Cambia non debentur, & soluta imputantur in sortem ob defectum justificationis.
- 4 Neque in hoc attenduntur confessiones, & solidationes Partium.
- 5 Declaratur conclusio, & ad quid dicta solidationes, & computa profint, & n. 9.
- 6 Solidatio computorum non probat perneceffe solutionem cambiorum, & n. 8.
- 7 Ad quem effectum usura imputetur in sortem ipso jure.
- 8 De eadem conclusione, de qua supra, n. 6.
- 9 De conclusione, de qua supra, n. 5.
- 10 De justificatione spacciorum, & de differentia inter sola cambia nundinalia, & illa quae habeant mixturam platealium.

D I S C. XXXIV.

In Nito contractu cambii de anno 1633. inter Carolum Garitum, & Fanciscum Manerium dantes, ac Principem Amertrax, ac Antonium Panaxam recipientes in ducat. 8339. de anno 1638. facta solidatione computorum remanserunt debitoribus in ducat. 5448. qui de anno 1641. cessi fuerunt Marchionissae Campli, quae propterea iudicium Salviani in partibus instruit, ac obtinuit ad praedium aliàs ad d. Antonio possessum contra Carolum hodiernum possessorem, introducitque per appellationem causa in Rota coram Matthaeo, datoque dubio, an Marchionissa danda esset immisio sub die 1. Decemb. 1673. negativa prodiit resolutio contra actricem; Reproposita vero causa coram eodem sub die 13. Maii 1675. recedendo à decisio pro ea responsum fuit, atque denuo proposita coram Ubago subrogato super consueto dubio, an esset standum in primo, vel in secundo loco decisio sub die 20. Martii 1676. perstitum fuit in ultimo loco decisio, atque in hoc statu causa reperitur.

Cum itaque in prima disputatione, in qua contraria prodiit resolutio processum fuerit cum motivo indebiti cambiorum ob defectum eorum justificationis per literas, ut propterea non soluta non debeantur, & soluta extenuent sortem juxta famigeratam *dec. 74. Bichii reper. dec. 69. par. 9. rec. & in aliis*, de quibus in praecedentibus frequenter, atque faciendo calculum temporis intermedii cambia decursa, quatenus imputanda essent, integram sortem absorberent, neglectis solidationibus ex pariter toties insinuata propositione, quod confessiones, & solidationes Partium in ista suspecta, & prohibita materia non attenduntur, idcirco licet ista propositio, ita simpliciter, & indefinite intellecta minus vera videretur, quatenus post solidationes computorum, ac notabilis temporis decursum injungendum esset onus creditori justificandi cambia per literas eo modo quo incumbit, quando sit actor, cum omnino verius videatur, ut solutio, ac respectivè solidatio inducat saltem juris praesumptionem realitatis & justificationis ex regula exclusiva delicti, quodque actus in dubio censendus veniat potius licitus, ac propterea haec praesumptio faciat ejus consuetam operationem non quidem canonizandi usuras aliàs illicitas, illas reddendo licitas, ad quem effectum vera est conclusio, quod Partium confessio, vel conventio non attenduntur, sed ad effectum transfundendi in debitorem onus probandi negativam ex deductis supra, *disc. 6. & in aliis, & disc. 12. de Usur. & alibi*, ut etiam firmatur in posterioribus favorabilibus hujus causae decisionibus; Atramen quia semper tutius est se fundare in motivis magis planis, quae in facto consistunt utpote tutioribus, quam in iis quae consistunt in mero articulo juris ob ingeniorum varietatem, ob quam id quod uni videtur album, alteri videtur nigrum, sive quod frequenter inciditur in aequivoca capiendò quid pro quo;

Hinc

Hinc proinde dicebam; quod sola solidatio computorum, in qua generaliter dicebatur, quod factis calculis remanebat debenda ista summa residualis, non concluderet, quod cambia soluta fuissent, quoniam rectè stare possunt, quod pro eo tempore, in quo spaccia transmissa non fuissent, creditor abstinerit ab illorum confectione, ideoque non fuissent posita in calculo ex eadem insinuata regula, quod in dubio praesumendum non est delictum, sed potius id, quod licitè fieri valeat, & debeat.

Quamvis etenim Rota, & Curia non admittat opinionem, ut usurarium indebitè solutarum repetitio faciendae sit in iudicio petitorii conditionis indebiti, sed quod intret earum imputatio ipso jure in sortem juxta firmata in *dicta dec. 74. Bichii cum aliis d. disc. 12. de usur. & alibi*; Attamen id percutit diversos effectus illum praesertim ut creditum sortis interim vivat, & subsistat, atque accessiones alias licitas producere valeat, quatenus per viam conditionis indebiti procedendum sit, secus autem è converso, ubi per viam imputationis ipso jure, sed spectata substantia etiam imputatio in effectu redoler implicitam conditionem indebiti, vel saltem extinctionem mediante solutione, quae propterea debet esse vera, ac perfectè, & concludenter probata, non autem cum hujusmodi vagis solidationibus habentibus dictam contrariam possibilitatem, quae excludit illam perfectam, & concludentem probationem, quae necessaria est in indebito pro ejus repetitione, vel imputatione, adeo ut non sufficiant probationes praesumptivae, & adminiculativae, quoties non intrent illa rationes, quae ob concursum plurius adminiculorum, & pro qualitate subjectae materiae considerantur *d. disc. 12. de Usur.* Et quidem ut supra pluries advertitur stante quod hujusmodi literae consistere solent in parvis pagellis post computorum solidationes negligi solitis, omnimodam irrationabilitatem continet obligatio creditoris ad justificandum post solutionem, ac solidationem, praesertim ubi intercedat aliquod notabile temporis intervallum; Et per consequens debitori, cui restitit propria confessio, quae si non sufficit tanquam probatio concludens, sufficere debet saltem pro praesumptione, onus probandi negativam incumbere debet non omnino insperatum, & impossibile, quoties agatur de cambiis restrictis ad certas nundinas; cum tunc negativa probari possit ex revolutione bilanciorum, quae in singulis nundinis fieri solent, & ex quibus ut pluries supra dictum est tanquam ex quodam protocollo extrahi possunt, seu de novo efformari literae pro justificatione, unde difficultas cadit, quando agatur de cambiis, tam platealibus, quam nundinalibus in genere, cum tunc coarctatio negativae videatur impossibilis, & consequens adit possibilis fraudis, ita exigendi cambia sicca, sed in concursu hujusmodi possibilitatum videtur probabilis, ut praevaleat debeat potius possibilis liciti, quam illiciti, tum ex dicta regula, ut in dubio excludi debeat delictum, atque praesumi potius licitum, quam illicitum, cum etiam favore comercii, quod ita quodammodo impeditum remaneret cum magno praedicta eorum, qui pecuniis in eorum indigentibus indigeant.

ROMANA,  
SEU MANTUANA CAMBII  
PRO SUARDIS  
CUM PORTIA PINELLA.

De eadem materia, de qua *disc. 9. & 32.* Sive an scilicet onus cambiandi susceptum per debitorem in cambio contracto ad certum tempus, isto elapso expiret; Et an post decotionem, vel mortem mercatoris deputati cesset cursus cambiorum.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series cum resolutione.
- 2 Resolutio causa.
- 3 Onus cambiandi ad certum tempus, an isto elapso expiret.
- 4 An post decotionem mercatoris deputati, cesset cursus cambiorum.
- 5 An cambia decurrant contra decotum.
- 6 De differentia inter mortem civilem debitoris, & illam mercatoris.
- 7 De facto mercatore deputato, an debitor teneatur alterum subrogare.
- 8 De differentia inter liberationem à cambiis solventis, &

- illorum praesentem imputationem.
- 9 Cambiorum defectus in substantia causare potest imputationem, secus ubi ille consistat in aliquo accidenti.
- 10 Spontanea solutiones, quando excusentur in materia usuraria.
- 11 Et quid referat solutiones fieri postquam fors esset consumpta cum prioribus solutionibus.

D I S C. XXXV.

Vincentius Agnellus Episcopus Mantuanus de anno 1639. accepit ad cambium ab authoribus Portiae Pinellae scutos mille restituendos infra triennium, deputato mercatore in Urbe, qui cambiare deberet cum obligatione debitoris ex ejusdem mercatoris facto, juxta casum, de quo supra, *disc. 9. & 32.* Cumque fortis restitutio sequuta non esset, atque creditrix mortuo dicto Episcopo ageret contra Suardos fidejussores, vel fidejussorum haeredes, excipiebant isti de extinctione fortis exuberanter cum cambiis post triennium indebite solutis usque ad annum 1667. ob defectum literarum juxta solitam debitorum hujusmodi cantilenam, de qua pluries in praecedentibus, sed his non obstantibus A. C. contra eos relaxavit mandatum executivum, commissaque per Signaturam causa in Rota coram Emerix cum clausula translativa, si quid exequendum, sub die 1. Julii 1672. responsum fuit pro non executione ex motivo limitationis obligationis debitoris ad triennium, juxta ultimam resolutionem coram Ninot in casu de quo supra, *disc. 9.* Et reproposita causa 11. Junii 1673. recedendo à decisio responsum fuit pro executione, istaque posterior resolutio confirmata 29. Januarii 1674. coram eodem, ac propterea saltem hucusque debitoribus acquieverunt; Mihi verò quamvis scribenti pro debitoribus probabiles vias fuerunt posteriores resolutiones contra eos proditae, quamvis scribendo more Advocati deducere illa fundamenta quae enunciatur *d. disc. 9.* ac deducuntur in *d. decis. 72.* Ninot, & in prioribus decisionibus per eam approbatis coram Cerro.

Quo itaque erant puncti; Primò nempe jam dictus limitatio obligationis ad triennium, quod statet taxativè causa extinguendi alterius obligationem; Et secundo quod ubi etiam ulteriorem haberet progressum, adhuc tamen cessasset per decotionem mercatoris deputati juxta questionem, de qua supra, *disc. 32.*

Quatenus pertinet ad primum per Scribentes hinc inde procedebatur more grammaticorum potius quam Jurisconsultorum, ut etiam in decisionibus desuper prodiis proceditur, expendendo verba & dictiones, juxta grammaticales ac literales significaciones, ac propterea procedendo cum hoc sensu desuper statui non potest regula, vel thetica certa quae pro decisione aliorum casuum imposterum deserviat, cum ita decisio in singulis casibus pendere dicatur ab eorum circumstantiis, & à verbali tenore instrumentorum, vel apocharum; Id autem pro meo sensu redoler consuetas frequenter damnatas modernorum pragmaticorum ineptias, cedendo cum litera & formalitate verborum ubi praesertim agatur de instrumentis publicis pro Urbis & hujus Principatus frequentiori abusu extensis in lingua latina, cum revera sint verba Notarii potius quam Partium, ideoque cum ista dicatur questio voluntatis partium, cujus substantia potius, quam formalitas verborum Notarii attendi debet, quae est, ut donec debitor retineat in manibus pecuniam creditoris, qui ita se declaravit, illam nolle retinere otiosam, debeat eam tenere implicitam in cambiis pro ejus indemnitate, tempus autem limitatum triennii adjectum dicatur potius in gratiam debitoris, ne interim ad solutionem urgeri possit, & ne aliàs detur inconveniens quod culpa & mora producat liberationem cum lucro, & utilitate morosi, ac damno, & praesudicio ejus, cui mora committitur ut advertitur *d. dec. 9.* Accedente quoque alia consideratione, de qua infra inter casum, in quo creditor contendat de assequutione cambiorum adhuc non solutorum, & casum in quo è converso debitor contendat de eorum repetitione, vel imputatione.

Quo verò ad alium punctum mortis civilis mercatoris questio fuit potius inter causas Patronos super verificatione facti hujusmodi praesuppositae decotionis, quam in puncto juris, ea etenim posita etiam cum sensu veritatis dicebam quod ista species mortis regulanda esset eo modo quo mors naturalis juxta superius deducta *disc. 32.* Nil obstante *decis. 1434.* Seraphin. in qua totum fundamentum per Scribentes in contrarium constituebatur; quoniam in ea disputatur, sed non deciditur questio de qua *disc. 143. de Credito*, an cambia decurrant contra decotum post sequutam decotionem, & probabilior ibi dicitur affirmativa, eodem mo-

modo quo supra, *disc. 2. sumatur*; ut non obstat ejusdem debitoris illa mors civilis, quæ refertur à banno Capitali, ex ea ratione quod ipse debitor directè & immediatè per se ipsum, nullam gerit personam, sed girantur cambia per negotiatores in æquivalentia, ejus damno & interesse, ideoque longe diversa est ratio à casu mercatoris, qui debet scribere literas accessus vulgò *dell andata* ad nundinas, ibique habere correspondentes, qui eas acceptent & impleant, aliudque sibi transmittant cambium per viam recursus, seu cum aliis modis usurarum juxta deducta superius *disc. 1. & 2. disc. 27.* & in aliis pluries, dum ita omnino necessarius est bonus status mercatoris, atque id impossibile est praticari in statu decoctionis, quæ propterea operatur eundem effectum mortis, neque subintrat alia obligatio debitoris, quoties in se non assumpsit onus subrogandi alium, ac etiam isto casu requiri videtur interpellatio, vel saltem cæsa, non autem præsumpta scientia, per quam constituatur in mora, certoque sciat factum esse casum suæ obligationis, ut pluries è simili circa necessitatem denunciationis & interpellationis in præcedentibus advertitur.

Verùm ubi etiam ista probatio, quæ nimium controvertatur, effectus perfecta, & concludens juxta ea quæ pluries in præcedentibus habentur in materia probatoria decoctionis, ad effectum literarum cambii, adhuc tamen reflectendo ad veritatem considerabam quod hoc motivum esset solidum, atque debitori suffragari posset ad liberandum à Cambiis decursis & non solutis, quæ per creditorem peterentur, secus autem ad effectum præsentis quæstionis imputandi in sortem, vel respectivè repetendi cambia spontè, & voluntariè soluta, ex considerationibus de quibus supra, *disc. 7. 17. 23. 31.* & in aliis ac etiam *disc. 12. & 17. de Usur.* & alibi, quod scilicet

et aliud est ubi defectus sit in omnimoda substantia cambii realis quia deficiunt literæ, quæ sunt omnino necessariae juxta casum de quo apud Bich. *decif. 74. repetit. decif. 69. p. 9. rec.* cum similibus; idque consistat in clara dispositione juris cujus ignorantia, vel iusta credulitas in hac materia non excusat; Et aliud est quando defectus sit accidentalis, illeque consistat in facto, atque deficiente faciatur cambium in toto, vel in parte, quamvis contractus in sui substantia, cessante isto accidentali defectu, esset validus, & cursus cambiorum licitus, quoniam isto posteriori casu creditor videns quod per debitorem sibi solverentur cambia, quoties non constat de scientia defectus, adeo ut allegetur ignorantia crassa; vel affectata, rectè dicere potest, se justè credidisse quod mercator continueret in consueto ejus bono statu quodque cambia legitimum eorum cursum haberent; Quamvis etenim in hac materia usuraria etiam spontaneæ solutiones factæ per debitorem non attendantur atque non salvant usuram, at tamen id procedit ubi adit intrinsicè vitium, in substantia, illudque consistat in puncto juris, cujus ignorantia non excuset ut supra ac propterea factum debitoris allegetur ad reddendum licitum id, quod de sui natura sit illicitum & usurarium, secus autem ubi idem factum voluntarium debitoris allegetur tanquam præsumptio, vel motivum iustæ credulitatis, quod rerum status continueret ut antea potissimè verè & clariùs quando solutiones cambiorum, vel accessionum sequantur postquam jam soluta absorbeant sortem, quando ex præsumptione de qua apud Bich. *decif. 74. & dicto, disc. 12. de Usur.* & alibi, cesset ille timor suffocationis ad restituendam sortem, ob quem hujusmodi solutiones dicuntur coactæ potius quam voluntariæ.

# S U M M A S I V E C O M P E N D I U M

Eorum, quæ in foro magis practicabilia continentur in hac Lib. V. Parte II. de Cambiis.

### I.

De origine, & introductione cambiorum, eorumque diversis speciebus, ac de requisitis ad eorum validitatem.

### II.

Unde proveniant fructus, vel interusura cambiorum, & an eorum excessus usuram causet, vel reductionem exigat; Qualisve sit recursus; Ac etiam de recambiis, & de interusuriorum conversione in sortem.

### III.

De indebitorum, vel excessivorum cambiorum restitutione, vel imputatione quomodo facienda sit, vel respectivè evitarii valeat; Et de aliis ad materiam.

### IV.

De literis cambii, earumque materia.

### I.

#### S U M M A R I U M.

- 1 De cambii vocabulo, & introductione, vel origine, & quem contractum contineat.
- 2 De cambio inter presentes, & de cambio maritimo remissivè.
- 3 De alia remissione cambiorum, & de qua specie in præsentibus agatur.

### II.

- 4 De distinctione inter cambium reale, & fictum, & de istius improbatione.
- 5 De requisitis cambii realis ad ejus validitatem.
- 6 De justificatione necessaria per literas juxta opinionem Curie, quomodo fiat.
- 7 Quod litera extrahi possit à registro, seu libro nundinali.
- 8 Extra curiam admittitur justificatio per equipollens.
- 9 Opinio media, & conciliativa.
- 10 Quando dicatur prohibita continuatio, vel circulatio.
- 11 De casu in quo ipse debitor suscipiat onus cambiandi, ut tunc non requiratur justificatio spacciorum.
- 12 An iste usus sit commendabilis, & quid referat debitoris.
- 13 Provisiones correspondens alium possunt cadere ad commodum creditoris.
- 14 An desideretur, ut receptor pecunia sit idoneus, & sit impleturus.
- 15 De distinctione inter cambium directum, & obliquum.
- 16 Quot contractus sub cambio obliquo contineantur.
- 17 Mandatum datum creditori ad accipiendum ad cambium intelligitur ab aliis non autem à se ipso.
- 18 De distinctione cambiorum nundinalium, & platealium, & quam sint magis licita.
- 19 De alia distinctione cambii regularis, & irregularis.
- 20 De pretio, seu valore cambii veri localis in eadem specie monetæ.
- 21 Quando in hoc cadat usura.
- 22 De eodem pretio, ubi diversitas monetæ accedat.
- 23 De interesse cambiorum platealium unde proveniat.
- 24 Non datur in cambio lucrum certum.
- 25 Si de illo conveniatur an vitiet, vel vitietur.
- 26 De

- 26 De valuatione hodierna aggræ auri à quo pendet cursus cambiorum.
- 27 De alia transmutatione scutorum auri in scutos Marcærum in Nundinis.
- 28 De ratione ob quam cambia platealia esse solent magis rigorosa.
- 29 De Cambiis limitatis quid impartent, & in quo differant à currentibus.
- 30 De recursu.
- 31 De recambio, & conversione cambiorum in sortem.
- 32 Quid proprie sint cambia, vel interusura.
- 33 De anatocismo.

### III.

- 34 Cambia indebita in genere ob deficientem realitatem usura, sunt, ideoque ipso jure in sortem imputantur.
- 35 Intelligitur ubi indebitum sit clarum, & verum, secus verè si dubium.
- 36 Quid ubi cambia in genere sint licita, sed exigantur in aliquo excessu ultra cursum currentem.
- 37 An in cambio requiratur pecunia numerata, vel aliàs fieri valeat.
- 38 An nobiles, & mulieres, vel clericis istum contractum faciunt.
- 39 Non attenditur simulatio personarum.
- 40 De cambio Hispaniarum.

### IV.

- 41 Literæ Cambii in omnibus casibus habent viam executionis.
- 42 An & quando adjectus habeat actionem contra mandatarium, qui literas acceptabit.
- 43 Quando dicatur adjectus rei suæ necne.
- 44 In literis Cambii non admittitur exceptio non numerata pecunia.
- 45 Si mandantis, vel scribentis decoctio sequatur, cujus sit periculum, an mandantis, vel adjecti.
- 46 Quid si sequatur decoctio mandatarii an sit periculum mandantis, vel adjecti.
- 47 De literis cum relevatione à tertio non autem à scribente.

### I.

De origine, & introductione cambiorum, eorumque diversis speciebus, ac de requisitis ad eorum validitatem.

Barbarum istud cambii vocabulum, Romanorum legibus, ac antiquis adhuc vivæ Latinæ linguæ professoribus ignotum, incertam habet originem, vel etymologiam; Aliqui etenim à permutatione derivare credunt, ex eo quod in Italico idiomate permutatio cum cambii, sive excambii vocabulo explicetur, idemque denotet permutare, quod cambiare; Alii verò, alteri pariter barbaro eisdemque legibus, ac scriptoribus ignoto camporum vocabulo referunt; Atque alii alia credunt.

Eademque dignoscitur opinionum scissura super natura contractus quem contineat; Alii etenim permutationis opinantur; Alii locationis, & conductionis operarum cum susceptione periculi, Et alii contractum credunt innominatum, do, ut des, vel do ut facias; Prout etiam circa originem, vel introductionem, an de tempore antiqui Romani Imperii hujus contractus usus habeatur, vel potius ejus scissura, domitorumque pluralitas, ac diversitas ei causam detur, variis variâ sententibus.

Quia verò forus practicus hujusmodi parum utiles quæstiones respuit, easque scholasticis, vel Academicis reservat, rerumque substantiam, seu quidditatem attendit; Hinc proinde iis neglectis in sua sede videndis, illa quæ foro magis congruant, atque accommodata sint, insinuare opportunum reputatur.

Istud itaque cambiorum genus plures, diversaque sub se continet species, quorum prima est, inter præsentibus dicitur super commutatione scilicet unius monetæ cum altera, ob commodiorem usum, quem potius una quam altera species habeat, istaque itaque species sub usurarum sede potius cadit, ubi videndum.

Alterâ est, quæ cambii maritimi dicitur, sub pecuniæ tractatâ nomine in jure civili, nauticis verò sœnoris in jure canonico explicari solita; Et hæc pariter sub eadem usuraria materia cadit ubi etiam videndum est.

Ea itaque huic tractationi congruit tertia cambiorum species, quæ localis, vel per literas inter absentes contrahi-

tur quia nempe illa pecunia, quæ in loco habeatur, in altero, in eadem, vel in diversa specie, seu qualitate desideretur; Istaque species in duplicem subdividitur; Aliud enim est illud cambium, quod verè & effectivè, absque alio tractu, vel negotiatorio circulo, ad hunc solum effectum fiat; ut pecunia quæ in uno haberetur loco, cambiatoris opera, in altero obtineatur, quia verè expediat pro actuali usui, ibi habere istaque species, sub quæstionibus literarum cambii potius cadit.

Aliud verò est nundinale, vel plateale cambium circulatorium, vel negotiatorium, quod sola negotiationis gratia pro pecuniæ fructu, vel emolumento, per nundinas, vel per plateas circulum, vel continuationem habeat, quodque de fictione magis quam de veritate participat, ut ita nempe pecuniæ dator à receptore pro tempore retentionis aliquas obtineat accessiones sub fructuum, vel interusuriorum omnimodò usurarum nomine explicari solitas, istaque species propriè sub Piana constitutione ejus regulatrice cadit.

Ista igitur ultima species, aliam recipit distinctionem, ut; Aliud sit cambium reale; Aliud verò fictum; Reale namque est, ubi per plateas, vel per nundinas, literarum transmissio pro cambii implemento verè fiat, earumque sequatur reditus, istaque literæ, sub spacciorum nomine, seu vocabulo explicari solent; Siccum verò, ubi sub cambii nomine, vel pallio, pecunia sub usuris inter partes taxatis detur nulla literarum, seu spacciorum transmissione, ac realitate accedente; Ideoque per dictam Pianam constitutionem posterior hæc ficti cambii species improbatâ est, utpotè sub cambii nomine, verum mutuum usurarum continens.

Alterâ verò cambii realis species est approbatâ, duplici tamen accedente conditione; Primò nempe ut vera & effectiva accedat ad destinatas nundinas, vel destinatum locum, literarum transmissio, quæ à scribentis correspondens impleri valeant, atque in eis demandatæ summæ solutio fieri, adeo ut fictio, vel idealitas desit; Et secundo, ut continuatione prohibita, pro solis primis nundinis, vel pro solis primis locorum, seu platearum terminis cambium fiat.

Super utriusque requiriti justificatione penè omnes fori quæstiones circumferuntur; In primò etenim, veræ ac realis literarum, seu spacciorum transmissionis, quæstio est, an earum præcisa requiratur exhibitio, ut propterea equipollens probatio per libros, vel per testes, aut præsumptiones & argumenta sive per datotus, vel respectivè receptoris assertionem, non sufficit; Vel potius è converso ista equipollentia admittenda sit; Prioremque partem super rigorosa forma præcisa ipsarum literarum, sequitur, ac tenet Romana Curia, cum ea tamen moderatione, ut responsivarum literarum reditus justificatio sit satis, dum istæ priores literæ, quæ accessus dicuntur, præsupponunt.

Facultatem non denegata, ubi pervierint, vel aliàs promptè non habeantur, ex nundinarum libris, vel notulis publicis eas extrahendi, seu de novo efformandi, tanquam ex registro, seu prothocollo; Alibi verò magis forte communiter, posterior est recepta opinio, ut ex pacto, creditoris libris, vel ejusdem, seu debitoris assertioni, aliisque præsumptionibus & argumentis deferatur.

Utraque verò opinio de vicioso participat extremo; Prima nempe de nimium stricto & rigoroso per quandam nundinam formalitatem parum in jure commendabilem; Altera verò de nimium laxo, per quod usuris, ipsique Piana constitutioni fraus de facili fieri valeat, ita prohibetur cambium fictum sub hoc verbali pallio licitè exercendo; Probabiliorque videtur mediâ conciliativa opinio, cum qua universa forensis materia regulanda videtur, ut scilicet non legis littera, sed spiritus attentio, non verborum, vel rerum imagines, ac formalitates, sed rei veritas, ac substantia attendatur, pro circumstantiis facti, cujus potius, quam juris est quæstio ex quibus desumendum sit, an verum & reale, vel fictum in eo casu præciso cambium censendum veniat; Sive, an deficiens ipsarum literarum præcisa exhibitio, justam ac verisimilem habeat excusationem, vel potius affectata allegetur deficientia.

In altero prohibita continuationis requisito plurium scriptorum æquivocum dignoscitur, quia nempe eodem cambio inter easdem partes contracto, ex lege conventionis etiam per annos, usque ad pecuniæ restitutionem continuandum sit, quamplurimum nundinarum, vel terminorum localium conventionis, ac circulo accedente, ut id præcise Piana constitutioni continuationem prohibenti adversari dicatur, ideoque hujusmodi continuatio usuram sapiat.

Æquivocum verò id continet; Prohibita etenim ea continuatio est, quæ necessaria sit, ut pecuniæ receptorem ad



continuacionem ardet, adebit restituere volens pecuniam, quam promptam habeat, id facere non valeat, sed invitus cambium continuare cogatur, secus vero, ubi hac non denegata facultate, ex eius mora, vel primi cambii non implemento ex istius causa alterius continuatio sequatur, cum revera, non continuatio ejusdem cambii jam in primis nundinis, vel primo termino finiti, sed alterius ex integro, nova creatio, vel reformatio pro implemento primi, sequi dicatur. b

Primi autem requisiti justificationis literarum, seu spaciolorum, necessitatem pene subtulit modernus usus, quia nempe, ipsimet debitori, seu pecuniae receptori, onus in junctum sit cambium perficere, ipsaque literas transmittere, aliaque gerere, quae pro cambiatorum stylo gerenda sunt; Eo etenim id non implente, cambiorum, vel interusuriorum cursus; datoris, vel creditoris favore admittitur; Non quidem in cambiorum, sed in dampnorum, vel interesse ratione, ob non factum potius, quam ob non datum, sive ob non impletum susceptum mandatum, eodem modo quo in usuraria sede in suscipiente alicujus investmenti onus, vel mandatum insinuatum est. c

Damnata aliqui istam contrahendi speciem, quasi quod caurela sit, absque literarum realitate, ex sola creditoris ac debitoris conventionione simulatum, vel siccum prohibitum cambium exercepere; Equivocum vero id continet, dum cambiorum, sive interusuriorum cursus, vel taxa, non ab ipsorum contrahentium facto, vel conventionione, sed a vero & effectivo nundinarum, seu locorum communi incerto, ac eventuali cursu, notam id recipit; Deserviente cautela ad solam dictae formalitatis necessitatem vitandam; Ea vero debitoris, seu pecuniae receptori potius proficua est; Ita etenim ad illud solum tenetur interesse intrinsecum, quod ipsa cambium importent, non autem ad aliud extrinsecum, & accidentale, quod a correspondens provisionibus, aliique consuetis resultat expensis, quarum ratio quoque in dampnum debitoris habetur, ubi cambium, ab ipso creditore exerceatur, eique exercendi onus incumbat quamvis correspondentes, & ministri modica mercede accepta, reliquum ipsi creditor remittant, cum id prohibitum non sit. d

Ad ejusdem realitatis a Plana Constitutione requisita verificationem; Nonnulli, debitoris, seu cambiantis pecuniam, receptoris, potentiam, vel idoneitatem desiderant, super cambii in statutis nundinis, vel statuto loco, implemento; Ideoque receptore susceptas cambiantis pecunias erogatur in diversos usus datoris notos, eodemque datore verisimiliter sciente, vel opinari debente, quod receptas literas debitor non sit impleturus, simulatum, vel siccum, ac illicitum repugnat cambium.

Pariter vero equivocum id continet, dum iste contractus duplicem habet speciem; Cambii scilicet veri, ac directi, per quod pecuniae cambiantis receptor, absque continuationis intentione in utroque contrahente, illam in specie, vel in equipollenti solaturus sit datore in destinato loco, in quo pro aliis casibus verè indigeat, juxta superius distinctam primam speciem usualium currentium literarum cambii pro commercio necessitate, vel commoditate; Istoque etiam casu nil referat, an pecuniae receptor, eam in alios sit erogaturus usibus, datoris etiam notos, cum non in ipsa specie, sed in equipollenti, rectè implementum sequi valeat, dummodo verisimiliter opinata implendi potentia, vel idoneitas accedat, istumque casum dubitantium credulitas percutit.

Altera vero est species cambii obliqui, vel indirecti, quod sub se tres occultat contractus, mutui scilicet, mandati, & cambii; Ille siquidem, qui pro aliis usibus, vel indigentis pecunia indigeat, eam mutuum suscipit, ideoque primus est contractus mutui; Quia vero mutuator, illam otiosam retenturus non est, sed in istam cambiorum negotiationem erogaturus; Hinc mutuarius, ut mutuatore, etiam ex justitiae legibus, indemnem servet, ab eo lucro, quod ex licita cambiorum negotiatione mutuae pecuniae obtentus esset, eidem mutuatori facultatem tribuit, ut ab aliis, vel etiam a se ipso tantumdem, sive equivalentem summam sub cambii suscipere, ac transigere valeat; Sive idem mutuarius istud onus in se suscipit; Ideoque non in ipsa mutua pecunia, sed in alia equivalenti cambium ineundum est, ac propterea ultra primum mutui contractum quo alii occultantur, ille scilicet mandati, quod mutuarius mutuatori praestet, vel e converso; Et alter ipsius cambii, quod in mandante executionem inearit, vel pro initio in odium mandati suscipit, mandatum non adimplentis, haberi debeat, ut ad damna & interesse, ut supra obligatus remaneat. e

Ubi autem ipsi mutuatori, vel datore a mutuatorio man-

datum detur, nisi specialis facultas accedat, a se ipso accipere prohibetur, specialis vero accedente facultate, id permittitur. f

Quia vero, tam per Civitates & loca ( quae sub platearum nomine inter negotiatores explicantur ) quam per nundinas, hujusmodi cambiorum usus destinatus, cambium exerceri, seu circulari solent; Hinc duplex prodit cambiorum species, quarum una platealium, seu localium, ( quod sonat in idem ) Altera vero nundinalium dicitur; Itam tamen posteriorem nundinalium speciem pro frequentiori praxi minus debitori damnosam, negotiatorum magis communis usus exercet.

Iste usus, platealiumque major asperitas, quaestione excitavit super platealium illicita continuatione, vel circulatione. Aliquibus modernis novam tradentibus distinctionem inter regularia, & irregularia cambium, ut prima species nundinalibus, altera vero platealibus congruat, ideoque posteriori haec, ubi nundinalium mixturam non habeat, illicita censenda sit; Erronea vero est opinio, cum ambae species aequè licitae sint; Quinimò ut posterior platealium antiquior, magisque realis, atque commercio necessaria sit, quam prior; Ea potissimum ratione, ut etiam platealibus, idem regularium attributum congruat, dum in plateis quoque pretii publica, & uniformis taxa sequitur, ut sua sede latius, magisque distinctè. g

a disc. 2. 6. 7. & 15. b disc. 1. & in aliis. c disc. 8. 10. & 32. d disc. 17. 28. & 32. e disc. 3. 4. 5. 10. 23. & 24. f disc. 12. 14. & 18. g disc. 1. 2. & 57.

II.

Unde proveniant fructus, vel interusuria cambiorum, & an eorum excessus usuram causet, vel reductionem exigat; Qualisve sit recursus; Ac etiam de recambii, ac de interusuriorum, seu cambiorum conversione in sortem.

Adem retenta prima superius insinuata distinctione, inter verum scilicet, & effectivum commerciale cambium ad id innotuit; ut pecunia, quae in loco habetur, in altero, verè, uno, ac effectivè obtineatur, utpotè ibi necessaria, seu magis commoda; Et alterum cambium negotiatorium, seu circulatorium, quod ad solam industriam & negotiationem fiat; In prima etenim specie, distinctio est in qualitate monetae, quoniam ubi eadem species, quae cambiatori datur in loco a quo desideratur, vel praestari potest in loco ad quem, puta (exemplificando in urbe) quia habens quae in urbe mille scutos monetæ argenteae juliorum, ejusdem in eadem moneta indigere in alia ejusdem principatus, vel Status Ecclesiastici Civitate, seu loco, Nolit autem eversionis incommodum, ac periculum subire, ideoque camporis adhibeat, operam, qui aliquando ipsamet monetam, cum alia majori ad mixturam suo sumpto & periculo, cum aliqua majori diligentia vehat, vel transmittat, sive quod in loco ad quem aequivalentem, propriam, vel correspondens promptam habeat quantitatem, juxta illam cambii speciem, quae propriè infra sub quarta literarum cambii rubrica cadit, Istoque casu nulla accedente variatione intrinseci valoris monetae, cambii pretium, in sola ætimatione vecturae, ac susceptionis periculi, & mercedis correspondens, consistit, pro temporum, & occasionum contingentis, sive pro Partium conventionione, quae ubi excessiva sit, injustitiam, ac lesionem, non autem usuram redolet, nisi temporis major, vel minor dilatio pretii producat conventionalem alterationem, in qua tanquam in emolumento temporis ac usus pecuniae, utpotè in implicito, vel interpretativo mutuo, usura consistere dicitur, eodem modo quo in ipsarum usurarum sede, de cambio inter praesentes dictum est, ubi ratione dilationis, vel usus pro pecunia inferioris materiae, ac minoris accidentalis existimationis, altera melioris materiae, vel qualitatatis, praestanda sit. h

Aut vero cambium sequatur inter Civitates, vel loca diversorum principatum, vel dominiorum, in quibus diversae habentur monetae species, ut (ex. gr.) inter Urbem, & Neapolitanam Civitatem, quod habens in ista mille ducatos illius monetae carolorum, eorum valore, seu aequivalentia indigeat in urbe; Et tunc duplex in cambio consideratur pretium; Unum scilicet extrinsecum & accidentale, vecturae & periculi, eodem modo quo in praecedenti casu; Et alterum intrinsecum, quod pendet a majori, vel minori bonitate intrinseca, vel a pondere ejusdem materiae, quia nempe argenteus ducatus Neapolitanus, in ipso argenti pondere, sive in bonitate ratione majoris, vel minoris legæ, valeat vigesima parte minus, quam argenteus scutus Romanus; Istud-

que dicitur pretium intrinsecum, cui praemissum etiam extrinsecum accedit vecturae, & periculi; Ac etiam aliud extrinsecum & accidentale dari potest, ratione inferioris materiae, quia nempe mille ducati monetae Neapolitanae, ibi dentur in moneta aenea ut in urbe recipiatur aequivalentia in scutis Romanis monetae argenteae, vel aureae, quae solum communiter currit, aliqua modica existente aenea pro minuti populi modico usu, ideoque illius etiam pretii, vel diminutionis ratio habetur, quae in eadem Civitate, vel in eodem principatu, etiam inter praesentes pro commutatione unius monetae cum altera ejusdem loci sequatur.

In altero autem cambio negotiatorio, seu circulari, quod negotiationis gratia solum fiat, & de quo propriè ut supra in praesenti agit, distinctio est, inter cambium platealia, seu localia, & nundinalia; ubi etenim de localibus, seu platealibus agit, cambiorum interesse est duplici pariter causa pendet; Primum nempe ex valore auri, & quo etiam valor argenti regularitur; Et secundò ex mercede, seu provisionibus correspondens, & ministrorum, puta (exemplificando primam speciem inter urbem & Venetam Civitatem;) In urbe Campoforum ac negotiorum usus est, ambiandi solum in scutis aureis novi ponderis, seu quatuor novarum stamparum currentium, ideoque summam scuti, seu juliorum monetae argenteae, convertere oportet in scutos auri stampatum, qui ratione facilioris commercii habent aliquam majorem existimationem extrinsecam, quam habeant alii scuti pariter auri ponderis veteris, sive monetae argenteae, ejusdem quantitatis, istudque extrinsecum majus pretium inter negotiatores nuncupatur aggio; quod in dies & tempora alterationem recipit, cariusque, seu vilius est, juxta majorem, vel minorem scutorum auri copiam, vel penuriam, atque in hac prima transmutatione ipso cambii initio, incipit interesse, quod perficitur in loco ad quem, in alia scilicet exemplificata Veneta Civitate, ubi campoforum ac negotiatorum usus est ambiandi in illis ducatis, ideoque alia faciendi est transmutatio, scutorum auri, qui in literis accessus continentur, in illos ducatos, idque pariter a majori, vel minori currenti aggio, regulari, seu existimationem recipit, exindeque resultat debitoris, majus, vel minus interesse, quod minus est ubi auri pretium inferius ac suavius sit, majus vero ubi carius. i

Hinc sequitur, ut in cambio, nullum detur, circa usurariam labem, creditoris lucrum certum, sed totum sit incertum, ac eventuale, utpotè a praemissa incerta, & eventuali auri valuatione pendens, ac propterea nullum lucrum adesse valeat, quinimò ipse creditoris dampnum, acque debitoris lucrum, cum datae sortis diminutione; Quamvis etenim id raro contingibile sit, est tamen possibile, idque contractum salvat. m

Quaestione cadente, ubi aliis relatis requisitis ad Planam constitutionis notam accedentibus, aliqua certi lucri, vel commodi accedat conventio, in ista vitietur totum actum, vel potius a vitiat, ille firmus remanet, istaque posterior pars probabilior, magisque recepta est, nisi facti circumstantiam talem redoleant alterationem, ut cambii contractum corruptum; illumque in mutuum transfundant, eodem modo, quo in consignativo censu quoque habetur, aliiisque similibus contractibus. n

Antiquiori tempore ista localis, vel platealis cambii species, certam non habebat regulam, ideoque aliqui praemissum cambii irregularis attributum ei dederunt, atque plerique nostri majores aliquam ejus validitatis suspicionem habuerunt, dum aggio, seu interusurii valutatio pendebat a partium conventionione, in qua, nedom circumventio, quae solam injustitiam redolet, sed etiam suffocationem, ac usurae suspicio ratione majoris, vel minoris dilationis cadebat, ideoque plures desuper apud eosdem majores disputatores habentur quaestiones super hujusmodi cambiorum validitate, vel moderatione, ac reductione ad justitiam.

Ideales tamen pro frequentiori praxi, hujusmodi quaestiones hodie remanent; idealisque est superius excogitata, regularium, & irregularium cambiorum distinctio, dum in iis negotiatoris civitatibus, vel emporiis, in quibus hujusmodi cambiorum circulus exerceri solet, eadem introducta est publica, & communis uniformis auri valutariorum, a negotiatorum foro singulari quibusque hebdomadis, vel statutis temporibus facta, eodem modo quo in nundinis, antiquior est mos; cujus ratione, regularium attributum nundinalibus cambiis nostri majores dederunt, ac propterea antiquæ cessant dubitationes, quae ex conventionali taxa, seu valore pendebat, cum idem sit diligentis, ac versuti creditoris lucrum, ac negligens & inexperti; Et e converso idem sit indigentis & suffocati, ac divitis debitoris dampnum, vel interesse.

Card. de Luca, Lib. V.

In altera vero specie, nundinalium, ultra praemissas transmutationes a moneta argentea, vel alia in loco currenti, ad scutos aureos novarum stamparum, aliam facere oportet permutationem a praemissis scutis aureis ad quosdam alios imaginarios in rerum natura non existentem, qui scuti Marcharum inter negotiatores appellantur, majorque, vel minor unius, vel alterius scutorum speciei eventualis, vel contingibilis valor uniformis a mercatore foro, qualiter nundina pro temporum copia, vel inopia auri, vel ambiandi occasionum contingentis regularitur, quod majus, vel minus cambiorum interesse producit, atque ut praemissum est, creditoris dampnum cum diminutione sortis ac debitoris lucrum parere potest. p

Alia quoque inter platealium, & nundinalium species dignoscitur differentia, ob quam platealium interusura, nundinalibus majora esse frequentior praxis docet ob majorem scilicet cambiorum circulum, pene duplicem, & quandoque majorem, ideoque majores resultant expense mercedis, vel provisiones correspondens, ac etiam ita frequentior dicta transmutatio sit cambiorum, vel interusuriorum productiva; Id autem infectionem non causat, sed ubi magnum producat interusuriorum excessum, aequitativo Judicis officio, pro aliqua honesta moderatione locum aperit, pro singulorum casuum, & tempotum qualitate, & circumstantiis, ideoque certam, & generalem, seu uniformem id non recipit regulam. q

Aliam unius, vel alterius speciei distinctionem praxis induxit, cambiorum scilicet currentium, & limitatorum, quia nempe inter contrahentes de certa interusuriorum taxa conventum sit, ideoque ignarus vulgus hujusmodi conventionis qualiter, vel operationem non callendo, cambium siccum id reputat, illudque certum creditoris prohibitum lucrum continere credit; Erronea vero haec opinatio est, cum hujusmodi limitatio realitatis, seu requisitorum necessitatem non excludat, neque incertam tollat eventualitatem, ex qua nullum debitoris dampnum, vel interesse, quinimò lucrum sequi valeat, potius vero ejusdem debitoris commodum, & gratiam, creditoris vero dampnum, ac praedictum continet, quoniam ipse cambii currentis, ac realis natura non immutata, suisque realitatis accidentibus requisitis, ubi casus praebet majora interusuria, quam summa taxata importet, id remissum sit debitori; Si vero non ascendat, tunc aliud non perat, nec obtineat creditor, nisi id quod verè importent, taxa non obstante. r

Recursum aliqui, hanc materiam non bene callentes, illicitam putant, quasi quod actum fictum importet; Erronea vero opinio est, quoniam, aliud recursa non importat, nisi literarum, ac tractae, pro negotiatorum stylo, implementum, quia nempe correspondens, vel mandatarius cui literae directae sunt, ad alium, vel ad se ipsum recurrat, ut cum aequivalenti literas, vel tractam impleat, ita novum effectum mandando cambium scribenti directum pro reintegratione ejus de quo se debitorem ad praemissum effectum constituit, cum id nullam habeat prohibitionem. s

Recambiorum usus, cum conversione interusuriorum, seu cambiorum in sortem, ut nova producat cambium, vel interusuria, damnabilis aliquibus videtur, utpotè superfatationem continens, vel anatomicum, civili etiam jure, magis vero canonico, damnatum; equivocum vero id continet, ex eadem ratione, quae continuationis in praecedenti rubrica insinuata est, Cum etenim in qualibet nundina, seu quolibet locali, vel plateali termino, illud cambium perficiatur, suumque finem habeat. Alterum vero (quod recambium dicitur) pro reintegratione ejus, quod pro implemento jam peracti cambii cum recursa, ut supra, vel alias, pro negotiatorum stylo, erogatum est, novum omnino ex integro cambium importet.

Prioris etenim jam impleti cambii interusuria, usurarum, vel accessionum, sive fructuum, nullam reverà speciem habent, quamvis pro quodam loquendi usu, vel modo, cum his vocabulis, appellari soleant, cum tutum sit unicuique, idemque solvenda monetae pretium, quod in loco aliquem ab eventualitate, majorem, vel minorem habeat valorem, ideoque nullus adesse dicitur anatomicus, qui in odiosis usuris, quae meræ accessiones sint; merique fructus, procedit, ut in censuali quoque materia advertitur, occasione conversionis censuum decursum in sortem; Ac etiam in ipsa materia usuraria, ubi quod in ipsis puris usuris, vel accessionibus in tutore, vel mandatario, alioque administratore, qui eas una cum sorte exegit, vel in suffocato, qui eas cum debito pro alio solvit, pones cum

simplicis debiti in forte naturam habeant, ideoque non cadant a noxiis, *l. de dat. noxiis, §. 1.*  
*h. disc. 24. & 27. i. locis supra citatis. l. disc. 27.*  
*m. disc. 3. 14. 24. & 32. n. disc. 24. o. disc. 1. 27. & in aliis.*  
*p. ubi supra. q. disc. 1. & 17. r. disc. 16. 17. 19. & 28.*  
*l. disc. 1. & in aliis. t. disc. 3. & 19.*

III.

*De indebitorum, vel excessivorum cambiorum restitutione, vel imputatione, quomodo facienda sit, vel respectu de evitari valeat, Et de aliis ad materiam.*

**R**ealitate cambii cessantibus requisitis ad Pianæ Constitutionis normam, sive damnorum, & interesse cessante obligatione, adeo ut cambium sicum potius, quam reale censendum, tunc juxta opiniones, quas Romana Curia recepit, ac sequitur, extra controversiam hodie est, ut quidquid sub cambiorum, vel intersuriorum nomine per creditorem exactum sit, usurarum murui, cujus speciem cambium sicum habet, jure censeatur, ideoque ad limites fortis debita, non per viam repetitionis indebiti, restituendum sit, sed usurarum, vel fructuum pignoris ad instar, ipso jure, quolibet instanti, quo solutio in tempore fiat, quamvis voluntaria, nullaque judiciali coactione, vel metu accedente, in sortem impuretur, ipsamque extenuet; Illud vero, quod in excessu ultra sortem solutum sit, cum insinuato repetitionis indebiti remedio condicatur. *u.*

Clara verò, benèque probata, hujusmodi indebitorum cambiorum solutio esse debet, ut summarium, & exequutivum judicium, quod pro solutione fortis creditori competat, debitor evitet; Ubi etenim id ambiguitatem habeat, in ipsius exactionis facto, quod creditor neget, vel in ipsius indebiti qualitate, quod creditor debitorum pretendat, idque ambiguum sit, atque altiore exigit indaginem, tunc fortis debita solutio, retardationem in enunciato exequutivo processu non recipit. *x.*

Ubi verò realitas accedat, ideoque ipsa cambia, vel interusura in genere, vel in substantia licita sint, solumque ob conventionalem taxam, seu alias in aliquo exigantur excessu, ultra id revera eorum importet cursus, quæstio duplex intrat, Una scilicet, an bona fides, justaque credulitas iure, quæ ab exactis, & consumpris excuset; Et altera an eadem instantanea, vel ipso jure imputatio iure, ut propterea fortis ratam extenuet, vel minuat, atque ita in dies, & tempora fors diminutionem, vel extenuationem recipiat, juxta naturam illicitarum usurarum, vel illorum cambiorum, quæ in genere, vel in substantia omnino illicita sint, quod in Romana Curia per practicum vulgum, sub scalette nomine, seu vocabulo explicari solet; Utraque autem quæstio, consuetam habet opinionum scissuram; variasque recipit distinctiones, ac declarationes, quæ ambas regulæ certæ, ac generalis sub compendio explicabilis, incapaces reddunt, ideoque in sua rede videndum est. *y.*

Super cambii creatione quæstio est, an prompta, & numerata requiratur pecunia, vel ex mercium, aliarumque rerum pretio, sive ex quocumque alio legitimo credito, illa fieri valeat, istaque posterior opinio probabilior, magisque recepta est, cum nulla lex præsentis, ac numerata pecunia formam præscribat, ideoque generica intrat regula, ut permissum dicendum sit id quod prohibitum non reperitur, *z.*

Personarum qualitas, ad hujusmodi contractum ineundum, sub quæstione cadere solet, an scilicet nobiles, vel mulieres, aliique campforiam non exercentes attem, cambia exercere, & circulare valeant, magisque probabilis, ac recepta videtur affirmativa opinio, ex eadem insinuatâ regula, ut quod de jure prohibitum non reperitur, permissum sit. *a.*

Magis verò in Clericis ista cadit dubitatio, ob mercaturam, & negotiationem eis generaliter interdicitam, quasi quod, licet primum verum, ac effectivum cambium, juxta primam distinctionem initio insinuatam, pro commercii necessitate, vel commoditate clericis, quoque absque dubio permissum sit, ne alias clericatus præjudicium in commercii libertate, vel commoditate pariat; In ista tamen, negotiatorii, vel circulatorii cambii specie, non improbabili dubitandi ratio cadit, cum mercaturam, ac negotiationem redoleat; Potissimè ubi ex regionis moribus, ista vigeat apud populum opinio, ideoque scandalum id pariat, ubi directè, ac per se ipsum fiat, secus ubi ad proprium commodum, ab altero cambium exterceantur, quod pariter opinionum scissuram habet, ideoque certam, ac generalem non de facili recipit regulam.

Adhuc tamen, negativa, seu prohibitiva opinione retenta, reatum id redolet à proprio Superiore puniendum, cum

avocatione illiciti lucri per Ecclesiam, vel Ecclesiasticum Fiscum ab eo faciendam, non autem actus nullitatem, sive denegationem actionis, ad decursum cambii assequenda, vel exacta retinenda, cum debitoris nil interfit, an creditor istam habeat, necnè licentiam, ad ipsum namque reales, non autem personales defectus, inquirere pertinet. *b.*

Hinc proinde in isto, aliisque, dati, & accepti contractibus, qui in re, vel in substantia, veri, ac legitimi sunt, non curatur personarum simulatio, quæ illicitæ, vel prohibita simulationis speciem non habet, quoties unius, vel alterius personæ expressio, alterius contrahentis jus defertur non efficiat. *c.*

Antiquum habet Romana curia morem singularem quorundam cambiorum per Hispanias præsertim, aliasque ultra montes partes, vel regiones, pro eorum commoditate, qui beneficiorum provisiones, vel Apostolicas dispensationes, aliasque gratias, & expeditiones per Dataria, vel Cancellariæ Apostolicæ organum obtineant; Ideoque pro literarum expeditione aliquas facere debeant expensas, pro quibus paratam non habeant pecuniam à Campforibus, aliisque negotiatoribus sub ista peculiari recepta cambii specie accomodari solitam; Quia verò forma particularis, vel singularis est, varias habens declarationes non de facili sub compendio explicabiles, idcirco in sua sede videndum, ubi etiam de aliis ad universam materiam pertinentibus, ratiùs autem in foro contingibilibus, *d.*

*u. disc. 17. 28. & 31. x. disc. 13. & 15.*  
*y. disc. 17. 23. 31. & 35. z. disc. 3. & 5.*  
*a. disc. 6. b. disc. 18. & 32. c. disc. 3. & 6. d. disc. 21.*

IV.

*De literis cambii, earumque materia.*

**P**rimam, veri, ac directi cambii localis, commercialis potius, quam negotiatorii, vel circulatorii, speciem hæc literarum cambii rubrica percipit, ut ex ejusdem commercii ratione ex communi recepta consuetudine, in omnibus, promptam, ac paratam illæ habeant executionem, ut promptum id, quod in eis continetur, in summativo, & exequutivo processu, implemento habeat, contra Scribentem scilicet, vel mandantem, favore ejus, cui literæ implenda sunt, ubi mandatarius, cui dirigitur, eas acceptare, vel implere renuat, vel negligat; Sive contra ipsum mandatarium, qui eas acceptaverit, adimplere autem negligat id, quod promissit; Aut favore ejusdem mandatarii, contra mandantem, vel scribentem, pro reintegratione, ejus quod suarum literarum vigore adjecto solverit; In omnibus etenim præmissis, aliisque similibus forte contingibilibus casibus, quibus eadem congruat ratio, idem summarius, ac exequutivus processus ex communi, ac rationabili recepto usu intrare debet. *e.*

Quandoque autem jam acceptatas, vel promissas literas implere ex aliquo supervento motivo, Mandatario recusante, inter ipsum, ac eum, cui solutio in literis demandata est (qui sub adjecti nomine, seu vocabulo explicatur) quæstiones cadunt, an actionem in judicio exercibilem iste adjectus contra mandatarium habeat; Eaque cadit distinctio, an denegatum implementum, ex probabilis decoctionis, vel aliis immutati status mandantis, motivo resultet, ut propterea ipsi mandatario desit suæ indemnitate, vel reintegrationis, spes, vel modus; vel potius ex voluntario, vel altero non adeo probabili motivo proveniat.

Isto etenim posteriori casu, in quo, aliis, quam ex superventa, vel detecta mandantis decoctione, vel mutatione status, implementi denegatio proveniat, ea est distinctio, an literarum promissio sive acceptatio ad sit, vel desit, ut hoc posteriori casu, nulla adjecto concedatur actio; In altero autem, promissionis, vel acceptationis, altera intrat distinctio an adjectus rei propriæ sit, suumque gerat negotium, quia nempe æquivalentiam mandanti, jam solverit, sive bona fide acceptam tulerit, ut tunc actio competat, sive mandatarius in summa demandata, mandantis debitor existat, sive non; Ubi verò rei alienæ adjectus dicatur, ipsius mandantis negotium potius exercendo, tunc actionem non habeat, nisi mandatarium, mandantis debitorem esse ostendat, ideoque exceptiones omnes, quæ ipsi mandanti objici possent, adjecto quoque objiciuntur; Ac propterea facti potius, quam juris esse solent quæstiones, an propriæ, vel alienæ rei adjectus censendus veniat, idque ab ipsarum literarum tenore, pro frequentiori praxi pendet, aliis tamen probationis speciebus non exclusis, Ubi etenim in eis asseritur solutionem demandari pro totidem, sive pro æquivalentia, soluta in pecunia

cinia numerata; tunc id sufficit, ut dicatur adjectus rei propriæ, nisi contrarium per allegantem probetur; Inter negotiatores etenim præsertim, verò ubi de his literis cambii agitur, illa non numerata pecunia exceptio, quæ à juris civilis dispositione manat, ignota est, ac non admittitur.

Si autem dicatur simpliciter pro æquivalentia, sive pro valuatione vulgò *valuta* sub quæstione remanet, quæ à styli locorum aliisque facti circumstantiis decisionem recipit, ideoque certam, ac generalem non recipit regulam, *f.*

Majores foris quæstiones audit, in altero casu, in quo superventa mandantis, vel scribentis decoctio, aliave status immutatio, motivum mandatario præbeat non implendi jam acceptatas, & promissas literas (dum in adhuc non acceptatis nulla cadit dubitatio) ita enim frequenter dubitari contingit, cujus nam periculo iste casus cedat, an mandatarii, vel adjecti; Atque super hoc non modica dignoscitur opinionum scissura; Una etenim opinio indefinitè mandatarium ex sola acceptatione, vel promissione obligatum credit, nisi dolus, vel collusionio in adjecto probetur, eaque in aliquibus negotiatorii Civitatibus, ac Emporiis pro mercantiliis commercii facilitate, ac libertate recepta videtur, neglectis Juristarum distinctionibus, ac subtilitatibus commercio præjudicialibus, ideoque inter negotiatores non attendendis, cum inter eos de bono, & æquo pro ipsorum mercatorum stylo procedendum sit.

Alteravè opinio, quam Romana Curia, ac Neapolitanus foris præsertim sequuntur, aliquas adhibet distinctiones, cum quibus procedi solet pro regula, ex facti circumstantiis, præsertim verò ex adjecti dolo, vel collusionio evitanda; Ubi etenim de tempore factæ acceptationis, jam sequuta esset decoctio, vel status immutatio, acceptanti verisimiliter ignota, ut propterea ejus culpæ actus acceptationis imputari non valeat; Et tunc ubi non sit Scribentis debitor, sed mandatarius scribentis fidem sequendo, sub spe, vel fiducia reintegrationis, acceptationem fecerit, excusatur, atque adjecti potius sit periculum; Si verò è converso casus obvenierit, literarum termino jam elapso, quando non implementum ipsius promittentis moræ, vel adjecti benevolæ dilationi, seu conniventiæ referendum est; Et tunc è converso casus eum non excusat, & ejus, non autem adjecti sit periculum.

Contingente verò casu, termino adhuc durante, in eo in-

termedio tempore, quod pro negotiatorum usu recurrit, quodque quindecim dierum pro Italæ more esse solet, nisi ipsa literæ alium expriment breviorum, vel longiorum terminum, adeo ut de tempore acceptationis scribens in consueto stylo integro esset, Et tunc adjecti favore contra mandatarium ster regula, ex facti tamen circumstantiis limitari solita ex ea præsertim, quod postea detecta decoctio de tempore acceptationis jam imminens preparata esset, sive ubi aliqua probabilis inter scribentem, & adjectum accedat collusionis suspicio, ut in sua sede latius, ideoque pariter certæ, & generalis regulæ incapax est, sed à singulorum casuum individuis circumstantiis decisionem expectans. *g.*

Casus item conversus contingere solet decoctionis nempe mandatarii ante, vel post promissas, vel acceptatas literas, ideoque eadem inter adjectum, & mandantem intrat quæstio, cujus nam periculo cedat; Atque ubi ante acceptationem sequatur casus, regula adjecto contra mandantem assitit, nisi nimia tarditas, ac negligentia in literarum præsentatione limitationis occasione præbeat; Si verò post jam sequutam acceptationem, termino solutionis adhuc durante; Et pariter eadem adjecto assitit regula, ut non suum, sed mandantis periculum sit; Terminò verò elapso, ubi desuper leges, vel styli particulares habeantur, cum eis procedendum est, ut in Neapolitano præsertim foro praxis docet; Particulari autem lege, vel stylo cessante, ut propterea cum juris communis dispositione, vel intentione procedi debeat, consuetudine dignoscitur opinionum scissura; Curia verò Romana, adjecti favore regulam statuit ex implicita, vel explicita novatione, sive ex notabili negligentia limitandam; idque pariter certam, ac uniformem id non habet regulam; sed quilibet casus ab ejus qualitate, ac individuis circumstantiis decisionem expectat. *h.*

Quandoque item scribens correspondens, vel mandatario, literarum adjecti favore committit implementum sub ea lege, ut non ab ipso scribente, sed ab altero reintegrationem petere, vel sperare debeat, idque pariter à negotiatorum stylo, sive à facti circumstantiis decisionem recipit; Cum aliis minus in foro contingibilibus in sua sede videndis.

*e. disc. 22. f. disc. 33. & tit. de Credit. disc. 163.*  
*g. disc. 20. 25. 34. & tit. de Cred. disc. 163.*  
*h. locis supra citatis. i. disc. 30.*

Finis Secundæ Partis Libri Quinti.

# JO. BAPTISTÆ CARD. DE LUCA Libri Quinti Pars Tertia, DE CENSIBUS.

OPPIDEN. CENSUS  
PRO ILLIS DE MONTELEONE  
CUM JAMUNDINIS.

Causa disputata in Signatura Justitia, & resolutione, ut infra.

De pacto rescissorio instrumenti censualis, & facultate repetendi sortem principalem ob non solutionem fructuum statutis temporibus, An improbetur per Bullam Pii V. & quatenus sic, An vitiet contractum, vel solum vitietur pactum.

Et an Bulla prædicta Pii V. sit recepta, vel servari debeat in omnibus in Regno Neapolitano.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Pacta rescissoria in Regno Neapolitano sunt in viridi observantia, sed in Curia Romana id est improbatum.*
- 3 *Regnicola credunt in eo Regno receptam non esse Bullam Pii V. de Censibus.*
- 4 *Contrarium tenet Rota & Curia.*
- 5 *De stylo Signaturæ etiam ibi agitur de mandato in vim pacti rescissorii relaxato pro sorte & fructibus, illud substituendum pro solis fructibus.*
- 6 *Et de stylo substituendi mandatum, ac etiam executionem pro sola summa debita, licet sit excessivum.*
- 7 *De stylo Sac. Consilii & Tribunalium Regni super rescissione instrumenti censualis in vim pacti rescissorii ob non solutos fructus.*
- 8 *An Bulla Pii V. obliget ubique terrarum.*
- 9 *Quod verior sit opinio ut dicta Bulla attendi debeat in Regno.*
- 10 *Quid de Regno Sicilia ultra.*

D I S C. I.

**I**mposito per Fratres de Monteleone ad favorem Joannis Matthæi de Jamundis annuo censu ducatorum 90. pro sorte principali ducatorum 1000. sub pacto, ut in casu non solutionis fructuum per sex menses, seu mutationis monetæ, aut reductionis censuum per Summum Pontificem, vel quemcumque alium Principem faciendæ, licitum esset rescindere instrumentum, ac petere sortem principalem; Hinc creditoris hæreses in vim pacti prædicti, ob non solutionem fructuum, mandatum obtinuerunt contra debitores ab Ordinatio pro ducatis 1286. in confuso & unica structura, tam pro sorte quam pro fructibus. Unde interposita appellatione, & commissa causa in Rota, ex parte creditorum adita fuit Signatura Justitiæ pro reformatione commisionis, perinde ac si esset signata cum clausula sine præjudicio quoad fructus, atque ita obrinuerunt; Et quamvis per binam subsequentem disputationem acerrimè probatum esset id de jure subsistere non posse, nihilominus semper perstitit in decisis, quod fuit causa, ut lis ulteriorem prosecutionem non haberet, quia debitores curarunt, eo quo potuerunt modo se cum creditore concordare, potissimum stante quod creditores hujusmodi disputationum occasione agnoverunt, quod non obstante pacto prædicto desperata esset repetitio sortis, super qua ipsi principaliter insistebant.

Mihi de recenti in Curia in statu adhuc indeterminato, an Advocacionis munus suscipere deberem, itaut quamvis labores essent proprii, sub aliorum tamen Curialium cognitorum nomine scripturæ prodirent, utpotè de stylis non benè informato, resolutio dura visa est ob dilemma, quod,

Aut femota Bulla Pii V. hujusmodi pacta rescissoria servanda sunt, ut tenent Regnicolæ communiter arrestantes illa in Regno esse in viridi observantia, ut per Rovit. *super pragm. prima de Censibus*, & alios, & tunc ita rescribi substitueri debuisset pro toto debito tam sortis quam fructuum; Aut è converso tenenda est opinio, quam firmavit etiam in dicto Regno Neapolitano tenet Rota & curia, ut dicta Bulla Pii, etiam in eo Regno locum habeat ac servari debeat, ut in decisionibus, de quibus infra, quodque etiam hujusmodi pacta sub dicta Bulla prohibitione veniant, atque hoc jure passim in Curia vivitur; & tunc dum sententia, vel decretum non distingueret sortem à fructibus, sed pro omnibus insimul constatis, unico contextu, ac sub eadem structura verborum prodierat, locus erat rescripto de appellatione in totum, ex vera & recepta juris propositione, quod injustitia in parte inficit sententiam, vel decretum in totum, atque mixtura summæ appellabilis reddit sententiam appellabilem, etiam quoad summam non appellabilem, quoties non est per capitula separata, sed unico contextu, & cum eadem structura verborum Seraph. *dec. 1168. n. 11. Butatt. dec. 177. n. 5. & 337. n. 27. add. ad eum, dec. 368. lit. B. ubi concordantes.*

Expertus deinde Curiam, agnovi hunc esse frequentem, & ferè quotidianum stylum hujus Tribunalis in causis censualibus Regni prædicti; ex quo circa ea prima tempora, & priusquam ex infortuniis revolutionum popularium, ac pestis illud in hodiernam miseriam reduceretur, frequentissimus erat causarum concursus ad Curiam; Hic autem stylus illius innixus est probabili rationi, quod cum certum sit ibi vivi de facto cum hac opinione, quod Bulla Pii V. in eo Regno non sit recepta, sed vivatur cum Bulla Nicolai V. registrata in *pragm. 1. de censibus*, quodque dicta pacta sint in viridi observantia, ut testatur Apont. *conf. 41. n. 37. lib. 2. Conf. in l. 3. C. de fiscal. usuris lib. 10. n. 45. & seq. & Tappia lib. 4. juris Regni de censibus, n. 29. & in fine*, qui tres fuerunt Regentes Cancellariæ, & Consiliiarii summi consilii Collateralis, prius verò primarii Advocati, atque in aliis iudicaturæ muneribus diu versati, rectè absque dubio de observantia informati, & cum quibus pertransierunt alii communiter.

Idcirco quamvis Rota & Curia Romana hujusmodi opinionem semper rejecerint ut *dec. 103. 87. 146. & 147. post Cenc. de cens. in Telesina census 9. Decembris 1630. coram Dunoletto, inter suas dec. 184. num. 5. In Neapolitana domorum 13. Maji 1641. coram Verospio impress. dec. 20. p. 9. recent. & repetit. post Merlin. de pignor. dec. 43. & sæpissimè in aliis modernò tempore editi, itaut sit hodie principium absolutum, Attamen dicebat Cardinalis Sacchetti Præfectus necnon Andossilla & alii tunc in Signatura sedentes, qui hunc rescribendi modum introduxerunt; ista opinionem, sive veram, sive falsam in ea regione introductam, excusare saltem debere iudices & partes ab injustitia, seu ineptia sententiarum, seu decretorum super hujusmodi rescissionibus prodeuntium, ideòque locum esse debere dicto æquitativo temperamento, rejiciendi scilicet repetitionem sortis, ac demandandi executionem pro fructibus, circa quos debitor nullum gravamen allegare potest, Ad instar illius styli, qui habetur etiam in Tribunali A. C. per Signaturam etiam ad alias Curias extensi, quod mandatum excessivum, licet in stricto juris censura esset nullum in totum, nihilominus de æquitate quoties non est sequutum substitueret & executioni demandatur pro summa debita; Quinimò Signatura moderna contra receptas etiam Rotæ propositiones, ad rescandam calumnias ac tollendas inanes circuitus debitorum, etiam post factam executionem, introduxit eas substitine pro summa debita, cum ita nulla injuria inferatur debitori, atque nullitas, seu appellabilitas in totum, sit quædam juris formalitas calumniarum nutritiva ideò rescandam, quod meo genio semper arrisit, & rationabile visum est.*

Occa-

Occasione verò aliarum consimilium disputationum habitarum, vel pro debitore, vel pro creditore, post susceptam Advocacionem ac obtentam Curia præxim, Dicebam quod ratio ob quam hujusmodi stylus introductus est, dicto discursum tenent, videntur quidem probabiles, sed in stricto rigore non subsistit, neque iudices & partes tali excusatione digni videntur, etiam si admittamus quod in eo Regno vivatur de facto cum dicta opinione, tam circa validitatem censuum creatorum absque pecunia numerata, quam circa dicta pacta rescissoria, spectata solum forma præscripta per dictam Bullam Nicolai V. quoniam adhuc iudices de partibus ita de facto hujusmodi rescissiones admittentes non sunt ab injustitia & ineptia inexcusabiles, dum artem etiam praxi ipsius Sac. Conf. Neapolitani, à quo tanquam Supremo regulantur cætera inferiora Tribunalia, non proceditur ita de facto, & executivè ad solam creditoris petitionem ad hujusmodi rescissionem, sed stylus est, quod debitori fiant duæ, vel tres monitiones cum congruo termino unius mensis, vel circiter pro qualibet, ut solvat fructus, quos ibi *veritas* appellant, & quando debitor in mora & contumacia perseverans solvere non turat, tunc proceditur quidem ad rescissionem, adjecta tamen clausula, quod superfeedatur in exequendo per aliquorum mensium congruum terminum præscribi solitum, intra quem si debitor solvit fructus, dicitur ita purgare moram, ac evitat rescissionem, quæ haberetur pro non facta, remanente solum onere debitori rejiciendi expensas tali occasione factas, ut de hac praxi Capyc. *Latr. dec. 30. n. 17.* Igitur inexcusabiles dicebam illos iudices Ecclesiasticos inferiores de partibus qui opinionibus Rotæ & Curia Romanæ in istis præsertim materiis potius sequi debentes, non autem illas Tribunalium laicalium, adhuc neque istorum æquitativam praxim servant: Sed quia verè hic potius ignorantia quam malitias effectus est, idcirco ad evitandos inanes circuitus, ac ad rescandam debitorum calumnias, his non obstantibus dictum Signaturæ stylum probabam.

In disputationibus verò habitis super ista causa Oppiden. quæ fortè prima, vel contemporanea fuit cum altera Nullius Baren. *sub rit. de dote*, in juvenili calore, ac otii abundantia, plenum ac satis elaboratum, juxta patrum tamen prolixiorum ac superfluum stylum, edidi discursum super d. puncto, an Bulla Pii servari debeat ubique Terrarum, atque de eius non usu dari valeat in genere, præsertim verò super puncto particulari hujus pacti rescissorii initi, non ad simplicem creditoris voluntatem, sed in casu moræ, quasi quod tunc id sequi dicatur potius ex ejusdem debitoris voluntate, itaut juxta plerum non improbabilem sententiam dicatur dictæ Bullæ non adversari, expendendo in hoc pleniori forsan calamo de anno 1644. omnia, quæ doctissimè ac nimium felicistylis postmodum luci tradidit Leotar. *in ejus tract. de usuris, n. 44. 66. & 68.* Verum deinde ad id reflectendo, comperii fuisse inanem laborem, quoniam quoad ea, quæ forum internum concernunt, ad viros forenses inspicere non perinet, cum sit munus confessoriorum & Moralium, apud quos receptum videtur, communem opinionem publicè & palam ab omnibus etiam probis observatam excusare, quamvis in stricto jure minus probabilis esset, ut admittit idem Leotar. observantia hujus Bullæ religiosissimus; Quo verò ad forum externum, decisio pendet à qualitate loci, seu Tribunalis, ubi de hujusmodi contractus validitate & executione disputari contingat, quoniam si in Regno prædicto de hoc disputetur in Sac. Consilio, vel aliis Tribunalibus laicalibus, quamvis non defuerint plures Regnicolæ, qui more Advocatorum causæ inservientes, ut executionem impediunt, hujusmodi nullitatem ob non servatam formam Bullæ Pii allegaverint, ut liquet ex allegationibus Brancatii *impress. per Laganarium in addit. ad Rovit. super pragm. in rubr. de censibus*, Capyc. *Latr. consulti. 70. n. 34. & seqq. & consulti. 125. nu. 24. & seqq. & aliis.* Nihilominus irridereur qui hanc provinciam ibi assumeret; Idemque in Hispania, Germania, in Catalonia & aliis circa eas partes, in quibus dicta Bulla est inductiva novæ solemnitatis, seu novæ legis non adversantis substantia; vel natura contractus, itaut non percutiat infectionem usurariam; E converso autem in Curia Romana irridereur qui substitine vellent validitatem censuum creatorum, sprete forma per dictam Bullam præscripta, sive validitatem pacti rescissorii & similium; Igitur omnino superfluas remanent hujusmodi disputationes potius academicis, & otiosis congruæ.

Est benè verum, quod quidquid sit de aliis regionibus, quo ad ea, quæ pertinent ad prædictum Regnum Neapolitanum, probabilior meliusque fundata videtur opinio Curia, con-

traria verò sapere de abusu, ita paulatim inducto ex originaria assertione Apont. *d. conf. 41.* ita fortè scribentis tanquam Advocati, ut causæ inserviret, non solum quia saniores Regnicolæ; præsertim Vivius *dec. 365.* & Rovit. *super dicta pragm. 1. de censib.* ac alii dixerunt hujusmodi Bullam in materia consulendam esse. Sed clarius, ac meo judicio evidentissimè, reflectendo ad historiam, quæ super ejusdem Bullæ Pianæ observantia habetur circa alterum Regnum Sicilia ultra Pharam, cui Bulla Nicolai, & pragmatica prima de censibus sunt communes: Cum enim ibi dicta Bulla Pianæ observantia multa pareret incommoda, atque reputaretur impracticabilis; Hinc Rex Philippus Secundus enixè supplicavit eidem Pio, ut dictum Regnum ab hujusmodi Bullæ observantia eximere vellent, sed obtinere non potuit, nisi quasdam declarationes registratas etiam apud Cenc. & Duard. post eandem Bullam; Mortuo verò Pio, eadem preces per Archiepiscopum Panormitanum Regium Oratorem ad id specialiter deputatum renovatæ fuerunt apud Greg. XIII. successorem, à quo fuerunt ex auditæ cum aliquibus etiam restrictionibus, seu declarationibus, & cum expressa restrictione ad dictum Regnum Sicilia Ultra.

Hoc enim clarissimum est argumentum, quod in hoc Regno Sicilia citra Bulla prædicta sine aliquo dubio recepta fuerit. Tum quia omninò improbabile est, quod idem Pius adeò tenaciter donec vixit à dictæ Constitutionis observantia eximere noluerit dictum Regnum Sicilia ultra magis remotum, ubi Nuntium Apostolicum non retinet, ac ubi Sedes Apostolica saltem de facto non habet ea directi domini jura, & quod id tolerare voluerit in isto Regno magis proximo, ubi Nuntium Apostolicum fixum habet, & ubi Sedes habet jura domini directi; Tum etiam quia dum idem Philippus Secundus erat Rex utriusque Regni, atque Oratorem ad hunc effectum deputavit, verisimiliter pro utroque supplicasset, dum Bulla Nicolai erat utriusque communis; Et sic ad solam veritatem reflectendo, omninò improbabilis videbatur præfata Regnicolarum opinio, quæ tamen utcumque sit, ibi de facto servatur; Et quæ observantia est causa temperandi illi rigorem, qui aliàs in stricta juris censura praticari deberet, imputandi fructus solutos in sortem principalem, atque concedendi de facili passim sanatoriam cum clausula *Consilio de vero credito*, operantem effectum retrotractivum etiam quoad fructus medio tempore solutos, ut habetur in aliis de materia *hoc eod. tit.*

S U M M A R I U M.

- 1 *Degeneratitate super varietate opinionum, & stylorum in materia.*
- 2 *De pacto rescissorio in casu non solutionis fructuum, & an Bulla Piana attendi debeat in Regno Neapolitano.*

ANNOT. AD DISC. I.

**I**dem quod dictum est initio ad notationum ad *disc. 1. de usur.* ac etiam remissivè insinuatam initio ad notationum ad *disc. 1. de Camb.* procedit in hac materia, ideoque eadem sufficit relatio.

Super puncto autem contento in hoc primo discursu pacti rescissorii ob non solutionem fructuum, & an Bulla Piana attendi debeat in Regno Neapolitano, in plerisque aliis disputationibus, cum ibi deductis processum est, talisque est Curia praxis.

T R A N E N. C E N S U S  
PRO FRANCISCO AMENDONO  
CUM CAPITULO NAZARENÒ.

Causa disputata in Signatura Gratia, & resolutione pro Amendono.

De nullitate census creati ex fructibus alterius census, An procedat solum ex Bulla Pii V. vel etiam de jure communi, & ex infectione usuraria; itaut illa admittat sanationem necnè.

S U M M A R I U M.

- 1 *Facti series.*
- 2 *Sanatio nullitatis census ob defectum pecunie innumerata concedi solet per Signaturam Gratia cum clausula confitto de vero credito, idque facilius in censibus Regni Neapolitani, & de ratione.*
- 3 *De jure prohibita est conversio fructuum in sortem.*
- 4 *Quid de fructibus census affirmativè contrarium n. 6.*

K 4 5 Re-



- 5 *Recenta etiam opinione, ut non dentur usura usurarum, seu interesse alterius interesse, adhuc tamen iuxta unam opinionem debetur interesse pro fructibus census & de ratione.*
- 6 *De conclusione, de qua, n. 4.*
- 7 *De stylo concedi non solet nova audientia in Signatura Gratia.*
- 8 *De Sanatione census constituti ex fructibus, an concedatur, & concedi, vel denegari debeat.*
- 9 *In quibus propriè cadit anatocismus.*
- 10 *De ponderatione, quod etiam ex censu invalido non sint restituendi, vel imputandi fructus percepti.*
- 11 *Bona fides, vel simplicitas mulieris non excusat à nullitate census ob defectum pecunia numerata.*
- 12 *Quid agendum esset in hac censuali materia.*

D I S C. II.

**R**etento principio in Curia indubitato, proindeque tenendo in Curia Ecclesiasticis Regni Neapolitani, quod ibi servari debeat in omnibus Bulla Pii V. non obstante contraria opinione, quæ in illius secularibus Tribunalibus renerit ut disc. preced. Cum Amendonis Barolitanus tanquam heres Antonjæ de Micco martis pulsaretur per Capitulum Nazarenum, & Franciscum Antonium Eucarellum, tanquam hæredes Horatii Cicchilli pro fructibus unius Census scutorum 85, pro sorte ducatorum 950. Introducta causa cor. A. C. per appellationem à quodam decreto Ordinarii Tiranen. contra eum lato, cor. iudice appellationis opposuit de census nullitate, Tam ex defectu pecuniæ numeratæ contra formam præscriptam à Bulla Pii V. Tum fortius quia in parte census fuerat creatus ex fructibus alterius census, unde creditorum defensores agnoscetes non posse causam defendere, timentesque de sententia absolutoria declarante sortem cum fructibus indebitè solutis extinctam esse, adierunt Signaturam Gratia pro sanatione, quam ego scribens pro debitoribus dicebam denegandam esse saltem pro rata ducatorum 360. pro fructibus antiquioris census ducatorum 441. conversis in sortem, ita cum alia partia ex causa mutui confessorij hædactam, & proposita causa per Matazzanum, satis scissa erant vota Prælatorum.

Cum enim quoties agitur de nullitate proveniente solùm à solemnitate, vel novo jure introducto per dictam Bullam Pii, sanatio passim concedi solet cum clausula, *Constito de vero credito*, facilius verò in censibus Regni Neapolitani, ubi ob opinionem, quæ ibi habetur, executabiles videntur contrahentes, adeunt ejusdem census ex aliis causis quam ex fructibus creati sanationi egomet non contradicerem; Idcirco punctus difficultatis erat; an hac nullitas proveniret ex nova dictæ Constitutionis dispositione, vel potius ex jure communi prohibente conversionem fructuum in sortem juxta dispositionem textus in l. finali; C. de usuris cum concord. per Merlini. dec. 409. aliàs 301. p. 5. recen. Andreol. controuv. 110. Leotar. de usuris. q. 86. cum duobus seqq. Et sic an Bulla in hac parte sit inductiva novi juris, vel potius declarativa antiqui.

Tenentes partes creditoris se fundabant in speciali auctoritate Duardi in tract. de censibus, §. 4. q. 38. ubi in specie, ex rationibus, & auctoritatibus ibidem deductis, dicit istum contractum de jure communi, & seclusa Bulla Pii subsistere, quod etiam de fructibus, quos ibi tertias vocant licitè converterendis in capitale, firmant communiter DD. utriusque Siciliae, atque ita passim servatur, ut præsertim Costanz. in l. ult. C. de sic. usur. Rovit. pragmat. 1. de cens. n. 10. Gjurba dec. 24. n. 35. & seqq. & communiter.

Quinimò licet in utroque Regno, præsertim verò in isto Siciliae citra, reprobara sententia Cagnoli & sequacium, acceptissima sit opinio damnans interesse alterius interesse, ac accessiones accessionum, ut latè apud Rovit. dec. 9. & alios passim. Nihilominus receptissimum pariter est, per morosum debitorem fructuum census deberi interesse, quod ibi habitis requisitis Paul. de Castro. pro notoriis, & probatis ex sola mora decernitur juxta dec. Franchi 254. quæ ibi magistralis in materia reputatur, ubi etiam satis congrua & probabilis ratio adducitur, quod cum fors census, etiam seclusa Bulla Pii, vel juxta Bullam Nicolai, vel ex natura contractus, ac intentione juris communis sit demortua & perpetuè irrepetibilis ex parte creditoris, idcirco fructus, ita pro nostro loquendi usi nuncupati, dicuntur stare de per se, ac importare debitum potius sortis quam usurarum, seu accessionum; Quo posito inferitur, nil prohibere, ut quemadmodum, probatis requisitis lucri cessantis, vel damni emergentis, vel illis præsuppositis pro probatis & notoriis, tale de-

bitum sit aptum ad productionem interesse, ita nil prohibere debet novi census creationem ex vero & legitimo debito de jure communi non prohibiram.

Alii verò inherentes auctoritatibus ac rationibus à me deductis erant in contraria sententia, quod scilicet hæc prohibitio resuleret à jure communi, ex cujus intentione ralis contractus tanquam anatocismus, vel anatocismi species esset usurarius. Navarr. de usuris, nu. 94. Boeccacc. de cens. p. 1. num. 10. Vivius dec. 369. numer. 13. Felician. de cens. lib. 1. c. 9. vers. Septimam conditionem, qui satis contra istam contractus speciem invehit, eam exaggerando Republicæ nimis perniciosam, atque hunc sensum habuit Rota in Romana prætensi canonis, seu census 22. Junii 1606. coram Manzanedo, numer. 12. impress. post Cenc. primæ impressionis, dec. 56. par. 2. aliàs dec. 379. post eundem recentioris impressionis; & eodem numero post Duardum eodem tract.

Si Pontifex Innocentius simpliciter negotium remisisset ad vota, absque proprii sensus expressione, utique pro sanatione resolutio prodidisset, quoniam major, & fortè sanior pars primam opinionem sequebatur, sed quoniam ipse insinuaverat, probabiliorem sibi videri alteram, istumque esse absum illius Regni, in quo ipse per plures annos Nuntii Apostolici munus gesserat, idcirco negativa resolutio prodit pro hac rata, illam concedendo pro alia; Verum hujus gratia nullus erat effectus, quoniam cum census creatus esset usque ab anno 1608. idcirco fructus istius ratiæ infectæ abforbebantur; Cumque contra styllum (ita ut Curia visa fuerit res omnino nova,) idem Pontifex concessisset novam audientiam, mandando causam denuò proponi in sequenti Signatura; Hinc proponente Emerix, acerrima habita fuit disputatio, nam major pars classicorum Advocatorum Curia scripsit pro creditore, ob unionem & assistentiam quam plurium creditorum consimiles census satis notabile ita creatos habentium, adhuc ramen peritium fuit in decisis, unde creditor acquievit, & credo quod concordia in partibus controversiam terminaverit; Sed quomodo rerum status immutatur, defuncto Innocentio, sub Alexandro successore in hoc propriam opinionem non declarante, cum consimiles sanationes essent petita, absque serè votorum discrepantia pluries in hærendo fundamentis primæ opinionis, illa concessa fuit, atque in hoc sensu verè persistit Signatura.

Reflectendo autem ad veritatem, petentis hinc inde fundamentis, ac rationibus, mihi quoque dicta prima opinio pro sanationis concessione probabilior videbatur, ex ratione potissimum ponderata in allegata decif. Franch. quod ob sortem demortuam, verè & propriè isti fructus dici non possunt usuræ, vel accessiones ex pecunia, sed potius important creditum independens stans de per se, productum ab eo jure censuali, Ac etiam quia ut habetur in eadem dec. 409. Merlini aliàs 301. p. 5. rec. anatocismus verè, & propriè intat in usuris odiosis, & ex quadam juris civilis potius permissione quam canonizatione debitis, unde propterea intare non videtur in hujusmodi fructibus à jure Canonico & Apostolico Constitutionibus expressè canonizatis.

Verum è conversò magnam vim faciebat modus, cum quo Pius V. hujusmodi conversionem fructuum in sortem prohibet, adjiciendo dictionem, omnino indicativam cujusdam præcisæ voluntatis prohibendi actum tanquam usurarium & intrinsecè malum; Ubi enim super actus validitate nulla urgeret ratio dubitandi, sed de plano, circumscripta nova lege, validus reputaretur, tunc dici posset, Bullam prædictam in hac parte esse inductivam novi juris omnino positivi, ac exorbitantis à jure communi; cui per sanationem dispensatur, sed cum probabiliter posset dubitari, ad id tali etiam lege seclusa urgerent rationes hinc inde, idcirco id satis stringere videbatur, ut hujusmodi lex potius esset declarativa, quam de novo dispositiva.

Adhuc tamen hoc non obstante, mihi videbatur hujusmodi ultimam ponderationem satis considerabilem esse in ordine ad denegandam sanationem, ita & taliter quod contractus canonizaretur, non autem quod exinde inferri posset ad infectionem usurariam, cujus ratione fructus soluti imputari deberent in sortem principalem, quoniam saltem hæc opinionum dubietas, potissimè verò, quod ex more regionis de facto, etiam apud probos & doctos viros contractus validus reputatur, atque in judicio canonizatur, ita ut cesset omnis fraudis & caliditatis usurariae suspicio, id esse debeat justa causa, ob quam etiam in foro externo creditor ratione bonæ fidei percipere ac suos facere poterit fructus jam exactos, & consumptos, ex iis, quæ in simili ha-

habentur deducta in Baren. disc. 17. & in aliis sub tit. de usuris.

Licet enim in foro externo receptum sit, in materia usurarum bonam fidem non excusare, quamvis ageretur de mulieribus & rusticis, seu aliis jurium ignatis, quia ignorantia juris non excusat ob facilitatem consulendi peritos, Ut ultra generalia, in specialibus terminis fructuum indebitè perceptorum per mulierem ex censu creato contra formam Bullæ Pii, Seraph. dec. 106. cum aliis, de quibus in d. Baren. sub tit. de usur. disc. 17. Attamen id recipiendum rectè venit ubi jus est clarum, ita ut ejus ignarus de facili peritos consulendo, de illo certificati potuerit, quod in præsentia dici non potest, cum etiam apud Sapientes eadem haberetur opinio ita publicè practicata, atque à iudicibus, & Tribunalibus canonizata, ideoque videretur nimis rigot hujusmodi imputationem decernere.

Sanctius autem videtur, quod ad hujusmodi, ac plerasque alias usuras quæstiones dirimendas, nova & generalis declaratio Apostolica de consensu Principum Catholicorum, ac prævio concordia tractatu emanaret, quia si in hac præsertim materia passim sanationes conceduntur, Hinc proinde ad quamdam formalitatis speciem hæc prohibitio reducta videtur, & quasi quod justitia, vel injustitia contractus pendeat à qualitate Tribunalium, in quibus causas agitari contingat, quod videretur absurdum, quia una ubique æqualis debet esse lex, vel opinio, animatum & conscientia regulativa. Ut etiam generaliter practicaretur in materia usurarum, quod in una diuone aliqui contractus reputantur liciti, & in altera illiciti & usurarii, ut frequenter habetur in sua materia sub tit. de usuris; Et tamen unum est principium divinum & naturale inalterabile, & super quo neque Pontifex, multò minus alii Principes dispensare possunt, unaque est conscientia; Igitur inter ejusdem Catholicæ Religionis professores tanta varietas super eodem principio, parum commendabilis videtur, præsertim intra ipsa Ecclesiæ Catholice viscera.

ANNOT. AD DISC. II. & III.

**D**e sanatione census, qui alias de rigore ob non servatam formam Pianæ Constitutionis esset invalidus, de qua agitur in his duobus discursibus, videantur deducta infra in hoc Tit. disc. 34.

BAREN. CENSUS PRO MARTINO DE CORDE, CUM JACOBO SALUTIO.

Causa decisus per Rotam pro Corde.

**D**e sanatoria concessa per Signaturam cum clausula arbitrio Rote, denegata ex eo quod tardè petita esset post latas sententias super census invaliditate, per quas quæsitum dicitur jus debitori, ideoque non concedenda.

S U M M A R I U M.

- 1 *Causa controversa super deneganda sanatione aliàs concedi solita re non integra.*
- 2 *De sanatione concessa cum clausula, arbitrio, & de istius clausula operatione.*
- 3 *Quando arbitrium sit interponendum necne.*
- 4 *Concedi non solet sanatio post sententiam.*
- 5 *Regulariter re integra quomodo sanatio concedi solet.*
- 6 *Concessa validas actum ab initio cum retroactione.*
- 7 *An pretium rei venditæ converti possit in censum.*
- 8 *Census non potest excedere fructus rei censita, ad quorum ratam solum subsistet.*
- 9 *De stylo Signaturæ rescribendi in hac materia sanationis.*
- 10 *Quando ad hunc effectum dicatur res integra necne ad effectum concedendi, vel respectivè denegandi sanationem.*

D I S C. III.

**P**ostquam juxta facti seriem de qua in hac eadem causa sub tit. de usur. disc. 17. census creatus ex pretio rei venditæ non servata forma Bullæ Pii V. declaratus fuit invalidus, creditor adit Signaturam Sanctissimi pro sanatione, Et quamvis creditum esse verum & legitimum, ita ut de jure communi nulla concurreret prohibitio, quæ ex eo census creatori posset, unde quando sanatio re integra petita esset, de plano

concedi debuerit, dum solita clausula, *Constito de vero credito*, erat de plano justificabilis, Nihilominus, me pro debitoribus opponente quod petitio esset congrua, ut potè re non integra, & post duas sententias, Ordinarii scilicet & A. C. ac decisionem Rotalem super contractus invaliditate, ac successivè usurarum excedentium fructus ipsius rei venditæ imputationem in sortem; Idcirco arreto quod causa pendebat in Rota, eidem rescriptum fuit de sanatione cum clausula arbitrio, quæ operatur, ut Papa nihil determinet, sed remittat Tribunali, seu iudici, cui rescribit, An sit locus concessioni & executioni gratia necne.

Assumpta igitur desuper disputatione in Rota coram Verospio sub die 4. Julii 1663. solo debitor informante, procedendo cum iis, quæ Ego pro hac parte scribens deducebam; negativè responsum fuit, ex eo fundamento, quod licet dicta clausula arbitrio relaxet juris rigorem ex deductis apud Cavaler. dec. 11. Coccin. dec. 278. num. 1. & passim; Nihilominus illud à jure est regulandum, neque talis clausula tribuit facultatem tollendi jus alteri quæsitum, atque grave præjudicium inferendi; Ideoque in proposito sanationis nullitatem de facili interponi solet circa nullitates judiciaria ex quadam juris subtilitate resultantes, atque in substantia continentes simplicem circuitum repetendi eadem acta, quæ nulliter gesta sunt, circa quæ jus colligantur parum, vel nihil læditur, secus autem ubi agitur de ipsius rei substantia, ut generaliter Gregorius & Adden. dec. 189. num. 3. Buratt. decif. 130. n. 8. Et de qua distinctione inter sanationem solemnitam, quarum defectus inducit nullitatem ex solo rigore juris, & sanationem illorum defectuum qui percutere videntur substantiam actus, & voluntatem patris, habetur in specialibus terminis sanationis nullitatis ex rescripto Signaturæ Gratia cum eadem clausula, *arbitrio*, habetur dec. 16. num. 3. & 4. cum seqq. par. 8. rec. ubi concordantes in Firmana sanationis sub tit. de contractibus in genere.

Unde cum per binas sententias ac per decisionem Rotalem, jam declaratum esset, fructus, seu usuras excessivè solutas extinxisse sortem principalem, atque debitorem obtinuisse liberationem à debito. Hinc resultabat, quod idem erat sanare census, ac facere debitorem illum; qui jam liberatus erat, & consequenter tali casu Signatura Gratia rescribere non solet super sanationibus, ut per Marches. de commiss. p. 1. num. 481. fol. 97. & hæc sunt decisionis fundamenta.

Quibus addebam voluntatem Papæ gratiam non concedendi, ex eius consuetudine, sive discretivo modo rescribendi desumptam, quoniam ubi nulla adest sententia ad favorem debitoris super census nullitate, gratiam pure, & simpliciter concedere solet, rescribendo iudici ordinario, & partium competentè, seu illi, coram quo causa pendear de sanatione cum clausula *Constito de vero credito*, ita ut partes iudicis commissarii in alio non sint, nisi circa verificationem hujus clausulæ, an scilicet constet de credito legitimo, & tali, quod circumscripta forma inducta per Bullam Pianam, ex illo inspecta juris communis, vel antiquiorum Apostolicarum Constitutionum dispositione, validè census creati poterit, quo constituto proceditur ad sanationem cum effectu retroactivo ad suum initium, ut liquet ex decisione 194. n. 2. p. 6. rec. Interamnen. Census 27. Januarii 1638. coram Buccabella & in aliis. Unde quando denegatur hæc rescribendi forma, sed altera servatur cum clausula, *arbitrio*, hujusmodi discretiva diversam denotat voluntatem, juxta vulgatum discretivæ axiomæ deductum ex l. unica, §. fin. autem, C. de caduc. tollen.

An resolutio probabile fundamentum haberet necne, maturum iudicium efformare non potui, dum altera pars non informavit, unde visum non fuit quid in contrarium deduceret.

Reflectendo autem ad veritatem, cogitabam esse quidem impracticabilem sanationem hujusmodi census ita simpliciter prout jacer, quoniam licet verificaretur clausula *Constito*, dum pretium rei venditæ prohiberetur non est de jure communi & circumscripta forma inducta per Bullam Pii V. converti in diversam speciem contractus census, seu annui redditus, ex iis quæ ex Dec. Covarr. & aliis, frequenter deducta habetur sub tit. de usuris, præsertim in Lucana, & in hac eadem Baren. disc. 17. & 18. Attamen cum probatum esset quod ex peste, aliisque infortuniis, domorum pensiones in ea Civitate essent notabiliter diminutæ, ita ut fructus domus, de cujus pretio agitur, non ascenderet ad annuos scutos 90. impossibile erat sanare census annuorum scutorum 140. cum etiam de jure communi, ex veteri sententia non

8 non detur census excedens fructus rei censitæ, quia in parte excedente remaneret census merè personalis, Unde ad summam sanatio praticari debuit cum reductione fructuum ad proportionem illorum fundi censiti, quod iuris dispositioni conformatur, ex recepta propositione, quod fundo censito in parte diminuto, si pars, quæ remanet, est sufficiens ad totum censum, talis diminutio creditori non præjudicat, sed si non sufficit, atque diminutio non est culpa, substituetur tantum pro rata capacitatis, ex deduct. per Cenc. hoc tract. q. 110. n. 1. cum seqq. Firmana census 13. Junii 1642. Peuring. dec. 213. n. 4. post Zacch. de obl. dec. 47. nu. 3. post Merlin. de pign. & in aliis.

Et circa punctum juris debitori quæsti, necnè, id pendere cogitabam ab eo, quod in hac eadem causa discussum habetur sub d. tit. de usuris, disc. 17. Quoniam si fructus excessivè soluti, verè importassent extenuationem sortis principalis, tunc rectè intrabat motivum prædictum juris quæsti, secus autem in casu converso, quoniam cessante imputatione prædicta, ita ut de præsentem empor maneret debitor integrè sortis, hujus potius intererat concedi sanationem, qua mediante fors fiebat irrepitibilis, ac urgeri non poterant ad solutionem, ad quam aliàs eadem sanatione denegata creditor agere poterat, & fructus ad mensuram, seu capacitatem fundi censiti minimum reducerentur.

Licet autem ex antiquiorum traditionibus Signaturæ stylo esse soleat, quando in causa adest sententia, favore debitoris rescribendi simpliciter de sanatione cum sola clausula Confessio, Quando verò adest, vel eam denegare, vel rescribere cum dicta clausula, arbitrio, ut frequentissimè in quampluribus consimilibus causis in dicto Tribunali à me tractatis pro debitore, vel creditore juxta contingencias scribendo sum expertus; At tamen quoties debitor formiter de hujusmodi nullitate opposuit, ac declaravit se à sortis debito liberatum ob imputationem fructuum solutorum, non percipiebam vim dictæ distinctionis, an esset sententiarum in causa necnè, quoniam ubi sententia non fecit transitum in iudicatum, ita ut firmet statum, sed suspensa est per appellationem, in cuius gradu de eius vitibus disputatur, nullos operatur effectus, perinde ac si non adest, præterquam illud fumi boni juris pro decernendis alimentis, vel similibus levioribus effectibus.

Unde propterea quoad jus debitori quæsitum per gratiam non tollendum, considerabam veram distinctionem non consistere in hoc, an esset in causa sententiarum necnè, sed potius an adest debitoris oppositio cum declaratione assensuæ liberationis à debito, Vel potius debitore non declarante, res diei posset integra, & in quodam implicito statu validitatis ob non declaratam contrariam voluntatem debitoris, qui solvendo fructus, atque non opponendo, ita videatur continuare in statu agnitionis bonæ fidei super contractus validitate & observantia, cum de reliquo non agnoscerem rationem differentie; Sed hucusque occasio non præbuit id formiter disputare.

SABINEN. CENSUS PRO COMMUNITATE CONFINEI CUM COMMUNITATE.

Causa disputata coram A. C. incertus est exitus, forsitan per concordiam.

De forma pecuniæ numeratæ per Bullam Pianam in censum creatione præscripta, num impleatur per cedulam bancariam, sive per ordinem directum banco.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Census constitutus sine pecunia numerata est nullus, & fructus imputantur in sortem.
- 3 An dicta forma impleri possit per equipollens, & per cedulam bancariam.
- 4 Si intervenit pecunia sine numeratione an sufficiat.
- 5 An sufficiat ordo directus banco, & de differentia inter ordinem & cedulam.
- 6 Quando census creatus etiam mediante ordine sufficiat.

D I S C. IV.

1 C Um Julius in eius testamento quasdam summas reliquisset Communitati propriæ patriæ, in effectus fructiferos investendas, ut ex fructibus exinde percipiendis quæ-

dam subsidia pia, vel prophana per eum demandata præstarentur, Communitas Confinei pecuniis indigens, censum creavit ad favorem dictæ alterius Communitatis legatarie ex pecuniis à dicto Testatore provenientius, quarum numeratio in ipso actu creationis coram Notario, & testibus ad formam Bullæ Pianæ non accessit, sed impossibilitati assignatus fuit ordo directus Sacro Monti Pietatis, illinc ad aliquos dies, vel menses impletus; Cum autem tractu temporis, vel eadem Communitas creditorix, vel ejus nomine illi, quibus dicti census fructus destinati erant, istam Communitatem debitoricem coram A. C. pulsarent, de pluribus dicti census de nullitatibus excipiebatur, præsertim deficiente licentia Sacræ Congregationis boni Regiminis, deficiente versione, cujus securitati aliàs dicta Congregatio in concessione licentiæ consulere solet, necnon ex defectu pecuniæ numeratæ juxta formam præscriptam per dictam Bullam Pianam; Quidquid esset de aliis exceptionibus, & defectibus, de quibus utpotè in nudo facto consistentibus, non ad Advocatos, sed ad causæ Patronum juxta Curie styllum agere pertinet.

Quatenus concernebat dictam exceptionem juris resultantem à defectu formæ, seu solemnitatis; Pro Communitate debitoricè scribens, fundatam dicebam ejus intentionem, quod ob decretum irritans in eadem Bulla contentum, contractus censuales aliàs creati dicatur ipso jure nulli, atque remanente credito sortis in terminis simplicis mutui veri, vel interpretativi, nulli fructus ex eo pretendi possint, quinimo atque soluti deberent in sortem imputari ex plenè deductis per Cenc. de cens. q. 48. Leotar. de usur. q. 59. nu. 32. Seraph. dec. 106. ubi quod creditor simpliciter, vel ignorantia in proposito non excusatur, dec. 43. n. 7. cum seqq. post Merlin. de pignor. cum aliis, de quibus infra.

Non negabant scribentes pro creditore veritatem dictæ propositionis, utpotè indubitata, Replicabant tamen formam prædictam impletam esse, proindeque cessare objectum ex facto, dum pecunia per equipollens in ipso actu tradita fuerat, mediante ordine directo Sac. Monti Pietatis, quam formam equipollentem in proposito sufficere decrevit idem Pius in declarationibus dictæ ejus Constitutionis editis in gratiam Regni Siciliae ultra Pharum ac registratis per Cenc. hoc tract. in princ. declarando ita satisfactam esse, vel ubi census constitueretur ex causa dotis, vel per viam traditionis cedulæ bancariæ, quam in proposito sufficere firmant Rota dec. 103. post Cenc. & ceteri, per Leotar. d. qu. 59. num. 39. & habetur infra allegandis decisionibus; In forma etenim prædicta spectandus est finis, ob quem illa inducta fuit, nè scilicet fiat fraus usuris, atque ita debita aliàs illicita & malè contracta in hujusmodi contrahendi speciem converterentur, Unde propterea si pecunia in ipso contrahendi actu intervenit, quamvis illius distincta, & actualis numeratio non sequatur, sed partes eam pro numerata habeant, id sufficit, ut per Rot. decis. 436. post Cenc. n. 5. & 6. idem Cenc. qu. 51. in fine, & dictum fuit in Tarentina Census 5. Decembris 1663. coram Taja, & in aliis, quia de facto ipsa servat communis usus, etiam in ipsamet Urbe.

Admittebam ego præmissa concernentia cedulam bancariam, Negabam verò applicationem ad factum, in quo non agebatur de cedula, sed de simplici ordine creditoris directo banco, cujus casus est longè diversus; Ideò enim cedula equipollens pecuniæ numeratæ, atque vim habet veræ solutionis, quia bancherius, vel campfor, qui cedulam fecit, recusare non potest solutionem, minusque pecuniam in ea contentam solvere potest deponenti, vel alteri cedulam non exhibenti; nam tali solutione non obstante ad aliam tenetur, qui cedulam exhibeat, ex deductis in materia per Rovit. dec. 13. Secus autem est in simplici ordine, quem ipse mandans potest reddere inanem cum præventiva pecuniarum exactioe à seipso facta, vel dando alteri ordinem prius effectuantum, sive quod tunc pecuniam in banco non haberet; Ideòque firmata in cedula non procedunt in hujusmodi ordinibus, ob satis diversam rationem inter unum casum & alterum, ut per Cenc. de cens. q. 50. n. 19. Rot. post eandem dec. 43. n. 1. in Licien. census 18. Maji 1654. & 17. Maji 1655. Priolo Romana Salviani 17. Martii 1666. & 1667. Ottalora, & in terminis ordinis directi S. Monti Pietatis Urbis, licet ad alium effectum, in Romana domus 14. Maji 1657. Bevilacqua, & in aliis.

Verùm reflectendo ad veritatem, periculosa, vel nimis aspera mihi videbatur dicta distinctio ita generaliter & indefinitè sumpta, per quam census creati cum ordinibus directis Monti Pietatis, vel alteri banco censeri debeant inva-

lidi utpotè earentes formâ Bullæ Pianæ; Si enim constat, quod tunc creditor pecuniis in eo banco promptas habebat, seu aliàs talis esset ejus conditio, quod etiam si integra pecuniarum quantitas ad ejus creditum descripta non reperiretur, adhuc tamen ob ejus probatam fidem Bancherius absque dubio ordinem promptè implevisset, ut quotidiana praxis docet, atque de facto, vel immediate, vel ex intervallo ad libitum debitoris pro ejus commoditate differentis, quando ordinem exhibuit, promptam invenit pecuniam, ita ut cessat quæcumque suspicio illius fraudis, ob quam dicta forma pecuniæ numeratæ præscripta fuit, nè scilicet sub hoc pallio pro stocchis, barocchis, & civantiis, seu ex causa ludi, aut aliàs illicitis, & suspectis creditis census crearentur, tunc data sinceritate actus, quædam judaismi species videtur, quod ob solam possibilitatem reddendi ordinem inanem, & sine effectu, quoties observantia contrarium docuit, contravenit esse formæ prædictæ; Ideoque distinctio intelligenda videtur sano modo, ac juxta facti circumstantias, sinceritatem, vel fraudem respectivè ostendentes.

Et quemadmodum communis usus, ipsius potissimum Urbis dictam Constitutionem interpretatus est, ut ejus forma satisfactum dicatur ex solo intervenitu pecuniæ in sacculo, quamvis non deveniatur ad actualium numerationem coram Notario & testibus, quibus etiam ignotum sit, an pecunia in eodem sacculo existens, illam quantitatem importet necnè, quia in dubio præsumenda non sunt mendacia & delicta, ex firmatis in supra allegatis, præsertim in dicta Tarentina census coram Taja, ita pariter non videret urgente ratio prohibitiva satisfaciendi dictæ formæ mediante hujusmodi ordinibus, dum implementum habere possunt, cum contraria possibilitas in dubio præsumenda non sit utpotè sapiens delictum, eademque præsumptio comprobata remaneat ab observantia; Atque in omnem eventum, quemadmodum in Baren. census 16. Junii 1661. Verospio, de qua causa habetur sub tit. de usur. disc. 17. etiam data nullitate debentur fructus, tanquam damna & interesse, ita in præsentia quia pecunia pernecessè investienda erat in occasiones fructiferas juxta deducta in Mariscana, & in Neapolitana sub tit. de usur. disc. 29. & 30.

ANNOT. AD DISC. IV.

C Um hac distinctione inter cedulam, & ordinem procedi hodiè videtur, licet mihi videatur continere speciem judaismi, & quemdam rigorem, sine effectu producente solum quemdam inanem circuitum recursus ad Signaturam Gratiæ pro sanatione cum inani jactura temporis, & expensarum, dum pariter sanatio conceditur, quoties accedat sinceritas, & veritas actus, quod nempe tunc creditor haberet in banco pecuniam solvibilem, quodque ordo suum habuerit effectum.

S P O L E T A N A PRO MONASTERIO PALATII SPOLETTI.

Responsum pro veritate.

Si in matrice, seu originali imbreviatura instrumenti censuales reperta inter rogitus notarii mortui, non exprimitur servatam esse formam Bullæ Pianæ, An id per notarium successorem in extensione instrumenti suppleri possit; Et an forma prædicta quamvis in instrumento non expressa probari possit per testes, vel alias extrinsecas probationes.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Notarius rogatus, vel successor quam facultatem habeat circa extensionem clausularum.
- 3 Notarii fidei non deseritur, nisi in iis, quæ coram ipso gesta fuerunt in ipso actu sui rogitus.
- 4 Non potest attestari de intervenitu pecuniæ numeratæ in censu, si instrumentum non dicat.
- 5 Dicitur intervenitus pecuniæ, vel expressio confinium rei possunt extrinsecus justificari, etiam si instrumentum non dicat.
- 6 Quando talis facultas Notaria concedatur.

D I S C. V.

1 C Um inter rogitus Notarii Urighi reperta esset quadam imbreviatura instrumenti censualis ad favorem Mo-

nasterii prædicti cum N. absque eo quod in protocollum, vel instrumentum publicum redacta esset, atque hæredes debitoris, quamvis eorum auctor donec vixit fructus solvisset, præcognito, quod dicta imbreviatura non contineretur forma Bullæ Pianæ super actualis intervenitu pecuniæ coram Notario & testibus, & recussissent continuare solutionem fructuum, præterentes cum jam solutis utpotè indebitis, & usurariis ipsam sortem principalem extrinsecam esse; Hinc monasterii administratores, ut istius indemnitati confulerent, institerunt apud Notarium successorem, pones quem dictæ scripturæ conservabantur, pro extensione dicti instrumenti, cumque hic dubitaret, an id agere posset circa supplementationem dictæ formæ, ac propterea cuperet audire responsum pro veritate alicujus classici Advocati Urbis, ad id Ego fortè d. opinione indignus requisitus.

Negative in hac parte respondi, quoniam Notarius successor, vel quicumque alius, judicis etiam mandato accedente, extendere, vel supplere non potest, nisi ea, quæ extendere, vel supplere possit idem Notarius si viveret, cum nunquam fictio excedere possit veritatem, neque subrogatus habere majorem potestatem, quam ille, in cuius locum subrogatus est; Ipse autem Notarius rogatus facultatem solum habet extendendi clausulas & verba, quæ ex debito officii & consuetu stylo apponenda erant in originalibus imbreviaturis; Ideò omitti solita, ut commodius in extensione protocollis, seu publici instrumenti, non immutata conventionis substantia, apponentur, sed non potest supplere illa substantia, quæ pendet à partium voluntate, sive ab illo facto extrinsecum, quod data etiam veritate scripturæ, potest esse diversum, seu potius omitti, quia sic factum requirebat ex deductis per Buratt. & Adden. dec. 507. Rovit. pragm. 1. de Notariis, n. 10.

Attestaretur enim ita Notarius de actu facti gesto, vel non gesto inter ipsas partes, de quo attestari non potest, cum ejus fidei solum deferatur in iis, quæ in ipso actu celebrationis instrumenti interveniunt Greg. & Adden. dec. 177. Adden. ad Buratt. dec. 95. Et in his terminis specialibus pecuniæ numeratæ in censu non intervenientis Rota in Neapolitana domorum cor. Verospio, dec. 43. post Merlin. de pign. aliàs dec. 20. p. 9. rec. Unde si id utpotè respiciens substantia contraclus, ac factum extrinsecum, quod potest se habere ad esse & non esse, suppleri non potest per ipsummet Notarium rogatum, qui saltem de dicto actu, tanquam coram se gesto attestari possit tanquam testis, multa minus absque dubio id fieri potest per Notarium successorem.

Et quamvis multa darentur adminicula, ad ostendendum verè ubi intervenisse pecuniam numeratam, præsertim partita libri ejusdem Monasterii, & quia sic attestabantur pleræque Moniales, ac etiam quæ in actu fuerunt præsentis, Dicebam tamen id pertinere ad iudicem, coram quo per debitorem de hujusmodi nullitate opponeretur, ut stantibus probationibus aliàs quam ex instrumento resultantibus, dictam exceptionem reicere, cum de jure certum sit id posse cum extrinsecis probationibus justificari, quia Notarii negligentia in exprimendo in instrumento aliquem actum, præjudicare non debet veritati, Ut in simili circa expressionem confinium fundi censiti habetur apud Buratt. dec. 10. aliàs 502. p. 1. rec. Et habemus in terminis matrimonii describendi in libro Parochi, quod si non reperitur descriptum, non prohibetur aliunde probari, cum similibus.

Verùm hoc non pertinet ad Notarium extendere debentem instrumentum, quoniam ipse non potest se ingerere, nisi in extendendis clausulis, & cautelis de stylo apponi solitis, non alterantibus substantiam contractus, neque concernentibus factum extrinsecum, quod potest esse diversum; Et licet in dicta dec. 10. Buratti aliàs 502. p. 1. rec. considerata fuerint adminicula, & extrinsecæ probationes ad istum effectum extensionis instrumenti cum expressione confinium, qui in originali imbreviatura omitti erant, & sic pariter circa rem substantialem. Nihilominus ibi præcedebat rescriptum Signaturæ Gratiæ super sanatione, Ac ulterius omisso erat potius circa verba, dum fundus censitus expressus fuit, hic verò erat circa factum omnino extrinsecum, intervenitus, vel non intervenitus pecuniæ, & sic in terminis satis diversis, ac longè majori defectu substantiali; Ideoque concludendo dixi, Monasterium quidem foret bonum jus, curando censum canonizari cum extrinsecis probationibus dictæ formæ, quæ verè intercessit, sed ex notarii incuria in imbreviatura expressa non fuit, istæ verò erant partes judicis, non autem notarii.

ANNOT. AD DISC. V. & VI.

Agitur in hoc discursu, an forma pecunie numeratae; & alia requisita Pianae Constitutionis justificari valeant aliis quam per ipsam instrumentum impositionis, videatur infra, disc. 36.

URBEVETANA CENSUS PRO COMITE LAURENTIO DE MARSCIANO CUM CAMILLO BONAVENTURA.

Causa disputata in Rota occasione possessorii, sed non decisus.

De nullitate census ex defectu fundi censiti certi, quia esset impositus super bonis aliquorum Catorum in genere; Et an haec exceptio impediatur creditorem agentem in iudicio executivo, vel in altero manutentionis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Decretum irritans contentum in Bulla Pii V. ob non servatam formam ibi praescriptam, an inficiat etiam possessionem, iuxta obiect in summarissimo possessorio retinenda.
3 Et quando defectus pecuniae numeratae, vel fundi censiti impediatur etiam in iudicio executivo.
4 Cur autem in iudicio manutentionis, secus, de cautela non producendi instrumentum.
5 Defectus certi expressionis confinium annullat censum, An specificatio fieri possit ex intervallo, & retrorahatur.
6 Quando dicta specificatio non sit necessaria.
7 De facilitate sanationis huiusmodi defectuum.

D I S C. VI.

De anno 1591. Joannes Franciscus Monaldensis imposuit census scilicet 2500. in sorte ad favorem Laviniae Mazzatoe uxoris Julii Bonaventurae super praediis, terris, & aliis bonis existentibus in castris, & territoris, Ripaldellae, & Collislongi Comitatus Urbis Veteris, abique aliqua confinium expressione, dictoque censui accessit tanquam principalis, principaliter, & insolidum obligatus Comes Ludovicus de Marsciano senior; Cum autem Camillus dictae Laviniae filius, seu donatarius, occasione primogeniturae contemplatione matrimonii per contractum erectae, de mandato Congregationis Baronum aliquas fecisset exactiones fructuum a Comite Ludovico juniore praedicti fideiussoris ex filio nepote, ut de ista eadem causa haberetur sub tit. de feudis ad materiam Bullae Baronum, disc. 95. Hinc introducta causa in Rota prius coram Albergato, & deinde coram Bichio, de pluribus punctis actum fuit ad rem non facientibus, Porro verum ex parte Ludovici debitoris opponebatur de nullitate census incontinenti probata ex ipsius instrumenti lectura resultante ab omissione confinium fundorum censitorum contra formam Bullae Pianae continentis expressum decretum annullativum.

Sed quia ex parte actoris, suspensio quocumque petitorio, intentatum fuerat summarissimum possessorium retinenda, quod vulgo manutentionis dicitur; idcirco in disputatione desuper habita sub die 23. Febr. 1654. cor. Bichio, inhærendo eidem responsioni traditæ in decisione desuper edita sub die 16. Junii 1653. cor. Albergato, respondendo de manutentione ad favorem creditoris, ista exceptio tanquam altioris indaginis, ac sapiens petitorium, ad istud remissa fuit, non admittenda in hoc summarissimo & executivo iudicio manutentionis, atque resolutio in hac parte visa est probabilis.

Licet enim ego scribens pro debitore insisterem in decreto irritanti contento in Bulla Pianae, cujus virtus est inficere titulum & possessionem, Atramen quamvis hæc sit vera, & recepta propositio, illa procedit, quando certum est decretum irritans intrare, secus autem ubi de hoc dubitari potest, atque à justificationibus in petitorio faciendis potest ostendi non adesse defectum, cujus ratione decretum adjectum est, Tunc enim non impeditur possessori manutentio in illa facti detentatione, ut in specialibus terminis manutentionis non impediendæ creditori censuario, eo quia ex instrumento censuali appareat de non servata forma pecuniae numeratae deci-

sum fuit in Assisen. census 23. Junii 1653. cor. eodem Bichio, & generaliter Seraph. dec. 1472. Cavaler. dec. 8. Merlin. dec. 57. & sapius.

Quamvis enim etiam in iudicio executivo in vim obligationis cameralis, huiusmodi defectus pecuniae numeratae, vel fundi censiti admittatur ad impediendam relaxationem mandati pro fructibus, atque ita servet praxis, Nihilominus id procedit, quia actor pro fundamento suae actionis deduxerit ipsam instrumentum, quod ex sui facie apparet defectivum, unde propterea dicitur exceptio resultans ex ventre ejusdem scripturae, ex qua actor agit, quæ species exceptionis dicitur privilegiatissima, absque dubio admittitur in quocumque iudicio quantumvis executivo & privilegiato; Secus autem ubi sumus in iudicio possessorio, in quo actor se non restringendò ad solum factum possessionis, cum tunc huiusmodi exceptiones non admittantur utpotè elidibiles in petitorio, in quo per extrinsecas probationes justificari potest intervenit pecuniae numeratae, seu expressio confinium, cum non requiratur perneccesse id apparere ex scriptura, ut haberetur deductum in Spoletana, disc. praecedens. Unde propterea cautela est in huiusmodi iudiciis non exhibendi instrumentum, seu titulum suae possessionis, sed ista probata per scripturam, vel testes insistenti in nudo facto, itaut contra producentes practici dicere soleant, quod sibi impitent producentes, cum se proprio ligone percusserint.

Quatenus verò pertinet ad punctum principalem invaliditatis contractus ob non expressos certos fines fundi censiti, Dicebam regulam esse pro nullitate ex literali dispositione Constitutionis Pii V. innixæ vivæ rationi fraudis, quæ alias ex parte creditoris inesse potest in non subjacendo periculo amissionis fortis, cui erador censuarius subest in casu peremptionis fundi censiti in toto, vel in parte, ut pro nullitate firmant Cenc. hoc tract. q. 40. Honded. conf. 25. nu. 32. lib. 2. Rota post Cenc. dec. 80. Leotar. de usur. q. 58. nu. 37. Verum & de hoc patiter dubitari poterat, unde propterea ab initio causæ factis dubitabam de hoc motivo, in quo ceteri pro hac eadem parte scribentes potissimè insistebant, Tum quia aderat subséquens specificatio, quæ sufficit, solumque dubitari potest, an retrorahatur ad suum initium, vel potius revalidet contractum ex nunc, ex deductis per Thefaur. jur. lib. 3. quest. 104. Rovir. pragmat. 1. de censibus, nu. 22. Merlin. lib. 1. controver. 55. nu. 20. Tum etiam quia ubi imponens non habet in loco quamvis generali nisi unum praedium, sive habet plura, quæ vel ex nuncupatione, vel ex qualitate habent speciem notorii, itaut cesset ratio omnimoda incertitudinis, tunc de huiusmodi defectu expressionis non curatur ex deductis per Caren. resolut. 235. Leotar. dicta, quest. 58. nu. 34. cum seqq. ubi de impositione super toto Castro Rota, dec. 636. par. 4. recent. & in aliis, itaut forte unquam, vel satis rarè visum fuerit ex huiusmodi defectu census annullari, quoniam hæc non est forma præcisæ de novo inducta, sed declarativa ejus, quod est de jure ad tollendos census personales, & consulendum fraudibus super evitacione periculi pendenti à nimis de raro contingibili casu peremptionis fundi censiti, unde quoties dicta ratio cessat, de facili suppletur hic defectus, atque nimis debilia sunt huiusmodi debitorum subterfugia, ob facilem recursum in omnem eventum ad Signaturam pro satisfactione, quæ non negatur, quoties constat de vero credito, itaut infectio non resultet ex mala radice, seu causa creationis census, & cui malo verè & propriè Pius V. cum dicta Constitutione occurrere voluit, & sic in huiusmodi materiis totum penderet à facti circumstantiis sinceritatem, vel malitiam actus præferentibus.

ROMANA CENSUS PRO SOCIETATE SPIRITUS SANCTI NEAPOLITANORUM, CUM SOCIETATE SANCTÆ MARIE DE HORTO.

Causa decisus per Rotam pro Societate Spiritus Sancti.

An census creari possit super domo construenda cum pecuniis ad censum traditis, itaut de tempore creationis, fundus censitus fructifer, & capax non sit in rerum natura.

Et de impositione census sapiente veram alienationem, proindeque cadente sub extravaganti Ambitiose.

tionem, proindeque cadente sub extravaganti Ambitiose.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Impositio census super bonis Ecclesia dicitur alienatio prohibita, & quid requiratur ad huiusmodi actum sublinendum.
3 De invaliditate census ex defectu fundi, tunc non ex-tantis.
4 An creari possit census super domo edificanda, vel acquirenda, si & postquam erit propria, seu edificata.
5 Extravag. Ambitiose non obstat creationi census super re acquirenda.

D I S C. VII.

Cum Societas Spiritus Sancti Nationum Regni Neapolitani pro reducendis ad formam palatii, cum imprudenterissimo, vel malitioso consilio quibusdam domaniculis dictae Ecclesiae adjacentibus, quamplures imposuisset census, quorum forte major pars in privatam, tunc administrantium utilitatem cessit, Hinc successores pii & zelantes administratores, curantes cum iustitiæ fundamento Societatem praedictam à gravissima aëris alieni mole oppressam sublevare, de anno 1632. curarunt à tunc temporis V. Gerente, & Sac. Vistæ Apostolicæ iudice obtinere sententiam in iudicatum transactam, annullantem quamplures ex huiusmodi censibus, canonizatis solum illis, quos detectum fuit esse legitime impositos, cum versione pecuniae in dicti palatii fabricam, vel aliam Ecclesiae utilitatem, inter quos census rejectus fuit unus impositus ad favorem Antonii Thefauri, quo ad plures annos defuncto, scripta herede Societate B. Mariae de Horto, curavit ista committi in Rota coram Bichio causam restitutionis in integrum adversus rem iudicatam, & assumptâ disputatione super consueto dubio, An scilicet constaret de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, sub die 15. Aprilis 1652. proditit resolutio affirmativa in prima parte, & negativa in secunda, constare scilicet de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum.

Potissimum resolutionis probabile fundamentum fuit, quod restitutio in integrum adversus rem iudicatam non datur sine læsione, quæ in proposito resultat ab iniustitia, qualis prætendi non poterat ob evidentem contractus censuales nullitatem ex defectu Beneplaciti Apostolici, copulativè cum iusta causa requisiti in alienatione bonorum Ecclesiae, vel loci Ecclesiastici, qualem non dubitabatur esse istam Societatem, utpotè erectam cum Ordinarii auctoritate ad opera pietatis exercenda, & habentem Ecclesiam cum Oratorio, omniague alia requisita necessaria ad constituendum locum, vel corpus Ecclesiasticum, illudque distinguendum à simpliciter loco pio, cum hodiè receptissimum sit, præsertim in Rota & Curia, impositionem census importare veram alienationem cadentem sub dispositione dictae extravag. ad cuius effectum, ut dictum est, copulativè requiruntur solemnitas hodiè consistens in Beneplacito Apostolico, & iusta causa necessitatis, vel evidentis utilitatis, itaut unum sine altero non sufficiat, quoniam Beneplacitum Apostolicum non supplet causam, atque ita, quamvis justificata, sine solemnitate, potest quidem esse apta ad producendam actionem negotiorum gestorum, seu de utili in rem verso, à qua neque Ecclesia exempta esse debet, quia tanquam pietatis & iustitiæ cultrix locupletari non debet cum aliena iactura, non autem ad salvandum contractum, multò magis in præsentibus, dum uterque defectus concurrebat saltem in parte, unde licet probaretur partem fortis erogaram esse in fabricam, & sic versam in utilitatem, nihilominus posita nullitate contractus, id quod pro fructibus erat solutum, excedebat dictam ratam ex sola æquitativa actione de in rem verso restituendam, ut de his omnibus conclusionibus habetur in sua materia sub tit. de alienat. & contract. atque sunt conclusiones hodiè receptæ & notoriæ, quæ sunt præsupponendæ, & super quibus, non nisi ab indocta, & infima plebe leguleicæ auctoritates desiderandæ sunt.

Scribentes pro altera parte insistebant in eo, quod futura fabrica, utpotè adhuc in bonis Ecclesiae non existens alienari poruerit, eam d. censui subjugando, ex regula, quod in quærendis dispositio d. extravagantis non intret; Verum istud erat satis debile fundamentum ad effectum de quo agebatur, impugnandi scilicet de iniustitia rem iudicatam annullantem contractum censualem. Quoniam quicquid sit

de conclusione, An & quando bona quaerenda distrahi, vel repudiari possint, de quo in d. sua materia sub tit. de alienationibus & contrahibus in genere, posita etiam illa regula, retorquebatur ad effectum controversiæ, quoniam ita intrabar altera nullitas census ex defectu fundi. Vel de jure communi & natura census iuxta unam opinionem etiam probabiliorum. Vel indubitanter ex Bulla Pianae, omnino necessarii de tempore quo census imponitur, cum tunc requiratur subiectum habile, sine quo contractus ad esse deduci non potest ex deductis per Cenc. de cens. qu. 35. n. 1. cum seqq. & Leotar. de usur. qu. 45. & seqq. & advertitur in decisione desuper edita.

Est bene verum, quod si Ecclesia, ut novum ædificium construere vellet, tam pro isto, quam pro soli acquisitione pecuniam acciperet ad censum sub pacto, ut isse creatus censeretur, si & postquam construendum ædificium redactum erit ad esse rei fructiferae, & capax ejusdem census, tunc id nil obstat videtur huiusmodi contractus validitati, tam in ordine ad Bullam Pii super forma creandi census, quam in ordine ad extravag. Ambitiosæ super alienatione bonorum Ecclesiae; Quatenus enim pertinet ad primam, licet ex præmissis requiratur fundus capax & fructifer de tempore ipsius creationis, cum aliàs donec iste reducat ad esse, diceretur interim census personalis, ac sine subiecto, Attamen nil prohibere videtur nè plura requisita ad huiusmodi contractum perficiendum necessaria diverso tempore adimpleri possint, Et sic anticipatè formam pecuniae numeratae tanquam præparatio, seu præventivum implementum dicti requisiti pro futuro contractu perficiendo ex tunc, & postquam fundus construendus ad statum capacitatis redactus erit, itaut contractus interim stet in pendulo, ac in terminis conventionis conditionalis, initium, seu effectum sortituræ post putatam conditionem.

Eodem modo quo nil prohibere videtur dari ad censum pecuniam super fundo cum eadem acquirendo, si & postquam ille acquisitus fuerit, ac effectus erit de dominio debitoris, quoniam licet inspecto tempore conventionis dici non valeat census esse bene creatum, utpotè super re aliena sine consensu domini & sciente creditore. Nihilominus talis dicitur potius conventio præparatoria futuri contractus, initium & perfectionem recipere debentis post acquisitionem, seu redemptionem, cum similibus.

Minusque obstat videtur dispositio d. extravag. ambitiosæ, quoniam nihil alienatur de bonis Ecclesiae, sed unus imponitur ipsi rei acquirendæ, quæ in ipso instanti quod acquiritur, annexum habere dicitur huiusmodi onus tanquam intrinsicum, seu prius impressum, Unde quemadmodum Ecclesia acquirente ex contractu, vel ultima voluntate bona censibus aliisque oneribus obnoxia, non prohibetur id facere, dummodò absit læsio, seu damnum in aliis ejus bonis propriis, quæ tali occasione non prohibetur etiam hypothecare cum simpliciter tamen hypotheca generalis, quæ donec deducatur ad exercitium non cadit sub huiusmodi prohibitione, ex plenè deductis in pluribus decisionibus editis in Amerina bonorum coram Royas, dec. 205. 230. & 261. præsertim in ultima, quæ prævia discussione in Signatura Gratiæ coram Innocentio X. & ex istius etiam Tribunalis sensu, est præcedentium declarativa, & reputatur hodiè in materia magistralis, sic à pari, cum eadem in omnibus ratio militare videatur.

Practicabilis tamen ac frequenter contingibilis esse potest iste casus in ea pecunia, quæ ad censum acciperetur ad effectum emendi, seu redimendi fundum, vel ædificium jam constructum; Rarè tamen ubi ad effectum construendi, quod scilicet ædificium de novo constructum ita construendi utile & fructiferum esse possit, quod superer, vel saltem adæquet valorem pecuniae desuper erogatae, cum id in urbanis videatur ferè impracticabile; Verum etiam tali casu non adesset nullitas ex defectu formæ, vel solemnitatis respectivè, solumque intraret reductio ad limites capacitatis; Atque ex his, reflectendo etiam ad veritatem iustæ & probabilis visæ est resolutio, dictaque decisio desuper edita videtur in hoc singularis, super dicto scilicet puncto istam censualem materiam percutiente: an super domo construenda census valeat creari possit necne.

S U M M A R I U M.

- 1 De censu imposito super bonis alienari prohibitis.
2 De imposito super re aliena.



ANNOT. AD DISC. V. & seqq.

DE impositione census super bonis Ecclesie, vel aliis alienis, aut alienari prohibitis, de quo hic agitur videatur, disc. 1. de alien. & contrah. prohib. & in aliis eod. tit. & disc. 44. de emphyt. ac etiam sub tit. de feud. disc. 13. & 151. Et de censu imposto super re aliena de consensu Domini infra, disc. 41. In hac causa emanarunt sequentes decisiones.

R. P. D. EMERIX, Romana Censu.

Veneris 15 Januarii 1683.

Officiales Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ de Horto agnoscentes validitatem, & justitiam rei judicatæ super nullitate Censu olim per Archiconfraternitatem Spiritus Sancti Nationis Neapolitanæ sine beneplacito Apostolico imposto ad favorem Antonii Theauri illius authoris juxta plenè firmata in decisione bon. mem. Bichii 502. assumpserunt hodie coram me in ejus locum subrogato disputationem articuli in fine ejusdem decisionis reservati: an sit restituenda fors, & fructus debeantur saltem loco damnorum, & interesse? Et quia ex ipsomet Instrumento Censu, atque ex partita publici Banchi, ac successivis ordinibus per Officiales Archiconfraternitatis debitricis directis fabricaturis, & lignariis, aliisque, qui operas, & res suas in constructionem Palatii, seu Domus magnæ, pro qua perficienda pecuniæ ad Censum acceptæ fuerunt, constitit omnes in eam causam versas fuisse, Domini non dubitarunt, quin fors sit restituenda, juxta Tex. in l. non solum in fine, C. de Præd. minor. & cap. ad audiendum, ibique gloss. & Doctores de reb. Eccles. non alien. ut alias respondit Rot. post Cenc. de censib. dec. 287. per tot. & latius cor. Merlin. dec. 279. n. 1. cum seq. ubi concordantes.

Quæstio tantum fuit circa fructus, quos Officiales Archiconfraternitatis debitricis contendunt non deberi, nisi copulative probetur pecuniæ versas in constructionem Palatii, seu Domus magnæ, & illud, his mediantibus, perfectum fuisse, ita ut ex eo perceptæ fuerint pensiones, seu fructus, quibus locupletata fuerit Archiconfraternitatis, prout in simili consideravit Rota post Cenc. de censib. decif. 229. num. 3.

Ac proinde quod non reperitur amplius exactus in Rota productus ante annum 1652. nec minus acta prioris instantiæ, neque aliunde constat, Palatium mediantibus pecuniis censualibus porrectum fuisse, ita ut ex eo pensiones percipi potuerint, & quæ, ac quales perceptæ fuerint, dilata resolutione quoad fructus, donec reiteratis diligentibus pro certo constiterit, acta esse deperdita, prout servatum fuit in Hyldesinen. Pecuniaria 23. Junii 1681. f. nec relevare coram me, conclusum fuit, sortem pro nunc esse restituendam &c. Et ita, &c.

R. P. D. EMERIX, Romana Censu.

Mercurii 16. Martii 1683.

Omni steterunt in decisio quoad sortem, & censuerunt etiam deberi fructus usque ad motam litem; quo vero ad damna, & interesse, seu fructus illorum loco abinde circa prætenso iterum non fuerunt concordantes.

Ratio resolutionis primæ partis fuit eadem, quæ aliàs, nempe quod non obstante invaliditate Censu ex defectu beneplaciti, adhuc fors venit restituenda, eo ipso, quo pecuniæ probantur versæ in utilitatem Ecclesie, seu Universitatis Censuarie juxta Text. in l. non solum, l. utere, & l. supradium, ibique tradita per Scribentes, C. de Præd. minor. SIRD. cons. 182. n. 46. & 47. Menoch. cons. 888. nu. 3. & 4. Rota coram Merlin. dec. 219. vers. 1. per tot. & coram Dunoz. Jun. dec. 18. n. 1. cum aliis concordantibus allegatis in alia decisione.

Verio autem evidentiter probata iterum dicebatur, non solum ex ipso Instrumento impositionis census, in quo expressè legitur facta illius venditio ad effectum erogandi pecuniæ in perfectionem Palatii, seu domus magnæ jam inceptæ, sed etiam ex partita depositi rationis nummulariæ, seu Banchi Sancti Spiritus, & ordinibus illi directis, ut pecuniæ solverentur fabricis murariis, qui cœmentia, & operas suæ in perficiendam fabricam contulerunt: Ex quibus pro-

bari versionem pluries respondit Rota cor. Celso, decif. 398. n. 2. coram Priolo, dec. 382. n. 16. & in rec. dec. 104. num. 2. cum seqq. n. 10.

Non obstat, quod identitas pecuniæ retractæ ex venditione census, & depositæ ad effectum satisfaciendi fabricis murariis, non solum non probetur, imò potius excludi videatur ex eo, quod in Instrumento census dicitur preteritum illius fuisse solum ab Antonio empore in numerata pecunia, & in partita depositi pecuniæ fuisse exactas ex ratione nummularia Roberti Primi cum ordine ejusdem Antonii; Quia dum summa deposita correspondet quantitati pecuniæ censualis, & concurrat modicitas temporis, nempe decem dierum inter impositionem census, & depositum, ac constat de perfectione fabricæ, propter quam fuit impostus census; paulò post subsequuta factis probata est identitas pecuniæ in actu stipulationis Instrumenti ad satisfaciendum formæ Bullæ Piæ exhibitæ, & subinde ex ratione nummularia Roberti Primi, cum ordine Antonii transportatæ ad rationem nummulariam, seu Bancum Sancti Spiritus juxta Textum in l. si ventri, in fine, ibi: Si modo, non potest aliquod intervallum factum sit, ff. de priv. cred. ibique notata per Barrol. n. 2. & Rip. n. 10. ut singillatim ponderando has conjecturas dixit Rota cor. Seraph. dec. 1093. n. 1. & plur. seqq. cor. Buratt. dec. 361. n. 4. & 5. cor. Royas, dec. 369. nu. 4. & seqq. cor. Bichio, dec. 671. n. 6. cor. Priolo, dec. 42. n. 8. 9. & cor. Celso, dec. 340. n. 4.

Ratio verò resolutionis secundæ partis fuit, quia nullitas controversi census non provenit ex defectu formæ præscriptæ in Constitutione Piæ, sed solum ex defectu materiæ, nimirum ex eo, quod census imponi non poterit super Palatio spectant. ad Archiconfraternitatem Ecclesiasticam, sine beneplacito Apostolico, ad tradita per Cenc. de cens. q. 88. n. 15. vers. Ego verò. Rota cor. Seraph. dec. 787. n. 15. & consequenter cum ille fuerit in implicito statu validitatis usque ad diem motæ litis, & allegatæ nullitatis, ut notat Marefcot. var. resol. lib. 1. c. 14. n. 8. Turricell. de reb. Eccles. non alien. cap. 27. n. 15. Sperell. dec. 115. nu. 58. & dixit Rota post Cenc. de censib. dec. 29. n. 4. dec. 264. n. 2. & dec. 265. n. 5. & in rec. dec. 246. n. 5. p. 17. Sequitur quod usque ad dictam diem debeantur fructus, prout arguit Cenc. de cens. q. 24. n. 15. 16. Gratian. discept. 559. n. 64. & firmavit Rot. cor. Merlin. dec. 261. n. 1. & per tot. cor. Dunoz. Jun. dec. 18. n. 5. & in rec. dec. 119. n. 26. & seqq. p. 7.

Et ita utraque &c.

R. P. D. EMERIX, Romana Censu.

Luna 5. Julii 1683.

Omni prosequentes decisionem causæ hodie censuerunt fructus deberi loco damnorum, & interesse saltem ad rationem quatuor eum dimidio, quia in simili, & potius majori quantitate fuerunt ex domo cum pecuniis creditoris perfecta percepti; Et propterea ne Ecclesia locupletetur cum aliena jactura, debent fructus loco damnorum, & interesse ad eandem rationem ab ea restitui, ita suadente æquitate Text. in l. curabit, C. de alt. empr. ut dixit Rot. post Cenc. de cens. dec. 119. n. 6. & dec. 229. nu. 3. & in aliis concordantibus ibi allegatis.

Tantò magis, quia fuerunt in majori quantitate literaliter conventi fructus in Instrumento census, & in casu nullitatis promissa damna, & interesse.

Non obstat, quod census sit nullus, adeoque nec fructus uti fructus, neque uti damna, & interesse debeantur. Quia conclusio procederet quando Ecclesia non fuisset locupletata cum aliena jactura, & census esset nullus ex defectu formæ præscriptæ in Bulla Piæ; Secus verò quando nullitas, prout hic, provenit ex defectu materiæ, ut firmatum fuit in alia dec. 27. Martii proxime præteriti, §. Ratio resolutionis, tunc enim non obstante nullitate census, fructus debentur loco damnorum, & interesse, ut distinguendo tradit Cenc. de cens. q. 88. sub n. 15. vers. ego verò. Rota post eundem, dec. 60. n. 6. & cor. Seraph. dec. 787. n. 15. & cor. Priolo, dec. 17. per tot. signanter, n. 20. & seqq. & dec. 238. n. 13.

Et ita altera tantum parte informante, Archiconfraternitate Spiritus Sancti sepè monita, & informare non curante, resolutum fuit &c.

R.P.D.

R. P. D. EMERIX.

Romana Censu.

Veneris 14. Aprilis 1684.

Omni præsupposita versione pecuniarum censualium in perfectionem Palatii bene firmata in decisionibus editis sub diebus 15. Januarii, & 17. Martii anni præteriti, ad quarum tenorem fuit successivè decreta expeditio mandati pro restitutione fortis, & fructuum decursum usque ad diem motæ litis, perstiterunt in decisio sub die 3. Julii proxime præteriti, iterum censentes deberi etiam fructus decursum post motam litem loco damnorum, & interesse, illosque esse taxandos ad rationem 4. cum dimidio, moti ex eadem ratione, quod cum Archiconfraternitas perceperit pensiones Palatii ex pecuniis censualibus perfecti in tanta, imò ad eandem rationem solvat etiam fructus loco damnorum, & interesse, ne aliàs locupletetur cum aliena jactura contra vulgaram utriusque juris regulam, & naturalem æquitatem, cui innititur Text. in l. curabit, Cod. de alt. empr. & in Baren. census 15. Junii 1661. in fine, coram bo. mc. Ferrapio, cum quibus, & aliis adductis in præterita decisione rursus transferunt. Utraque, &c.

ROMANA, SEU FARFEN. CENSUS, PRO FRANCISCO OLIVARIO CUM JOANNE BAPTISTA PELEGRINO.

Causa disputata coram A. C. credo resolutus pro Pellegrino.

An super re emphyteutica ad certas generationes concessa imponi possit census; ita ut ex isto debeantur fructus necnè.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Censu imponi non potest super re emphyteutica.
3 Facto casu devolutionis, census evanescit quoad dominum.
4 An & quando pro censu imposto super re aliena, vel incapaci debeantur fructus loco damnorum & interesse.
5 Declinatur conclusio, de qua, n. 2.
6 Sequitur devolutione fundi censu an debitor liberetur.
7 Exceptio nullitatis census non solet retardare processum executivum pro fructibus.
8 De natura & qualitate bonorum emphyteuticorum Abbatis Farfensis.

D I S C. VIII.

Imposuit Joannes Olivarius de anno 1639. ad favorem Joannis Baptistæ Pellegrini censum in sorte scur. 725. super quadam ejus possessione sita in Territorio Abbatis Farfensis, ejusdemque Abbatis emphyteutica, prout sunt omnia bona in eo territorio existentia, ex iis quæ in proposito hujusmodi bonorum pluries deducta habentur sub tit. de Emphyteusi, præsertim disc. 8. ac etiam in alia Farfen. sub tit. de feudis, disc. 52. dictaque qualitas in Instrumento censuali narrata fuit, ita ut creditor esset ejus conscius; Isto autem pulsante Franciscum prædicti Joannis filium, & heredem ad solutionem fructuum, ultrà alias exceptiones ex parte rei conventi deductas in nudo facto consentientes, illa etiam juris deducebatur, super hujusmodi census nullitate ex defectu fundi liberi, dum impostus erat super fundo emphyteutico absque domini directi licentia, unde propterea præcedebatur invalidus, stantibus præsertim prohibitionibus alienandi contentis in investitura, seu in ejusdem Abbatis statutis absque licentia Abbatis, cujus emolumentum, quod ex hujusmodi bonis percipit, consistit in laudemis, seu caposoldis pro istis licentiis, seu consensibus præstandis, ut d. disc. 8. sub tit. de emphyteusi, assumptaque de super disputatione.

Scribens tanquam Advocatus pro reo convento, nullitatem deducebam ex iis, quæ super validitate census imposti super re emphyteutica sine consensu domini, quoties præsertim prohibitio accedit, firmant in materia Cenc. de cens. q. 22. Leotar. de usur. q. 52. & omnium latius Fulgin. in tract. de emphyt. tit. de alien. q. 1. ex nu. 107. Clara etiam ratione assi-

gnata, quod cum census de sui natura debeat esse perpetuus ex parte creditoris, cui nunquam competere debet facultas repetendi sortem pro demortua habendam, Hinc proinde in emphyteusi temporanea, & ad certas generationes concessa, (quam in ejus regione non agnovisse profiteretur Leotar. ubi supra) id non est practicabile, quoniam factu casu devolutionis, ob quem, quoad dominum non consentientem certum est censum resolvi, ac bona ad eum libera reverti, ex iis, quæ in specialibus terminis hujus Abbatis firmantur per Rot. dec. 86. p. 5. rec. sequitur exinde, quod tunc resolutu contractu ex defectu subjecti, census dici non possit perpetuus, atque creditori concederetur facultas repetendi sortem, quod adverteratur contractui censuali.

Et quamvis scribentes in contrarium responderent, quod in omnem eventum, per debitorem imponentem censum super re non sua debiri essent fructus ad eandem rationem, non tanquam in censu, sed loco damnorum & interesse; facilius tamen erat replicatio, quoniam dicta conclusio, in suo casu vera, procedit ad favorem creditoris ignorantis, ac bona fidei credentis debitoris affectuoni, quod res censita esset propria & libera, secus autem ubi ipse est hujusmodi qualitates conscius, ex deductis per Cenc. q. 14. n. 14. cum seq. & q. 88. post n. 15. Rota dec. 45. post eundem Martin. And. dec. 33. n. 7. dec. 46. n. 11. p. 7. rec. Duard. de cens. §. 1. q. 26. in fine, & habetur ita distinguendo particulariter actum in Romana Salviani hoc eod. tit. disc. 13. ubi quæstio fuit, an scientia superveniens post contractum impediat necnè in creditore assentionem fructuum loco damnorum, & interesse, & resolutur negativè, quia sufficit fuisse in statu bonæ fidei de tempore iniri contractus, quamvis Rota moderna contrarium senserit ut ibi, & in aliis hoc eod. tit.

Verum licet causæ interveniendo in gratiam clientis, ista deducere, eidem tamen ab initio juxta stylium liberè insinnavi, hoc fundamentum esse periculofum, ita ut nisi aliæ exceptiones consistentes in facto suffragarentur, magis sanum consilium esset, eo meliori quo possit modo, cum creditore se concordare, ut sortè sequutum fuit, quoniam præsertim auctoritates & aliæ apud eosdem tractant hujusmodi quæstionem validitatis, vel invaliditatis census imposti super re emphyteutica quoad præjudicium domini in casu devolutionis, assilicet res tali onere effecta ad eum reverti debeant necnè. Si ve etiam ad effectum caducitatis ob hujusmodi prohibitionem alienationem. Non tamen descendunt ad hanc speciem validitatis, vel invaliditatis contractus inter debitorem & creditorem, præsertim verò ad effectum cursus fructuum durante emphyteusi, cum tunc secluso jure & interesse domini, ex eorumdem authorum sensu nil obstat videatur dicti actus validitas quoad ipsas partes, inter quas solum, finitis generationibus, atque factu casu devolutionis, orti possit quæstio, quam usque adhuc occasio disputandam non dedit, An scilicet resolutu contractu ex deficientia fundi, debitor liberationem consequatur, vel potius creditor sui competit repetendi sortem, unde quicquid sit de isto casu in ejus contingentiâ disputabili, cum in hac facti specie concessio duraret, non videbatur exceptio apta impedire assequationem fructuum, de quibus tantum erat quæstio.

Et quidem satis rari casus sunt, in quibus non data infectioe debiti in sorte principali, sive non docto incontinenti de tanta illicitorum fructuum solutione, quod eandem sortem consumpserint, per exceptionem invaliditatis contractus censuali impediatur processus exequutivus super assequatione fructuum, quoniam semper creditor allegare potest dilemma; quod aut opposita exceptione non obstante contractus est validus, & fructuum solutio denegari non potest, Aut exceptione subsistente est invalidus, & denegari non potest restitutio fortis, quam debitori potius expediri ita dimittitur peti, & respectivè solvi. Igitur semper debitor tenebitur ad solutionem ex eventu causæ declarandam, an in sortem, vel in fructus solutio cedere debeat, & ita pluries ac pluries practicavi in Tribunali A. C. & in Signatura justitiæ.

Clarius verò in hac facti specie, Tum quia in contractu censuali, expressa quidem fuit qualitas emphyteutica in genere, sed non explicatum, an illa esset temporalis, vel perpetua, & an ex pacto, vel merè hereditaria, unde non docto in creditore de explicita scientia omnium hujusmodi qualitatum & prohibitionum, ex quibus nullitas actus resultat, contra debitorem respondendum venit, saltem ad dictam obligationem præstandi fructus loco damnorum, & interesse, cum delictum ex ejus parte inesse dicatur, imponendo censum super re, super qua talem facultatem non habebat. Ideoque cum delicta in dubio præsumenda non sint, rectè creditor dicere potest se bona fide credidisse, quod debitor sufficientem facult-

facultatem habuisset, quodque emphyteusis esset talis, ut actus validitati non obstatet, Ad instar eorum, quae habentur in contractu emptionis & venditionis, quod venditori imputandum est, cur rei venditae defectus non bene expresserit, atque ad speciem non deduxerit, sed tantum sub involucro & verbis generalibus aequivocis aptis continere talem qualitatem, quae defectum excludat, ut in sua materia sub tit. de empt. & vend. accit. in iure notorium.

Tam certius ex iis, quae longè post istam causam disputatam in proposito huiusmodi bonorum emphyteuticorum Abbatiae Farsen. deducta fuerunt ad declarationem dist. dec. 86. p. 5. rec. quod scilicet cum Ecclesia finitis generationibus non possit hanc bona pro se retinere, sed de necessitate teneatur renovare ultimj possessoris successoribus, etiam ad commodum creditorum; Hinc proinde, ex consuetudine introducta à necessitate commercij, bona praedicta quamvis concessa in forma pacti & providentiae, ad instar allodialium redacta sunt, dum eorumdem bonorum libera reversione ad dominum in praedicta, dec. 86. firmata, respicit solum ejus eautelam & potioritatem pro asequutione laudemij, seu capofoldi pro nova concessione, ut latius in d. Farsen. sub tit. de emphyteusi, disc. 8. Atque hinc sequitur id nil obstat perpetuae impositioni censuum durate debentium etiam post factum casum devolutionis, pro ea rata, pro qua salvo, jure dominio in laudemio, seu capofoldo, remanet capax, ita praesertim communi observantia docente, Ideoque nisi juxta consilium reus conventus se concordaverit, credo quod contra eum, & jure iudicatum fuerit.

ROMANA PECUNIARIA, SEU CENSUS VITALITII PRO SEBASTIANO ANTONIO CUM CREDITORIBUS CARDINALIS BURGHESI JUNIORIS.

Causa disputata coram A. C. incertus ejus exitus, credo per concordiam.

De validitate, vel invaliditate census vitalitii ob defectum fundi caparis; Etan huiusmodi census subjaceat Bullae Pii V. super necessitate fundi fructiferi, & caparis, vel dari possit personalis.

An per mortem creditoris fiat locus lucro fortis principalis, ubi debitor ex parte sua non implevit promissa; Vel potius ex capite non implementi cesset lucrum; Et de aliis ad materiam censui vitalitii.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Censui vitalitio nulliter creato non lucratur debitor sortem per mortem creditoris.
3 Idem de censu qui aliter factus ad favorem religiosi.
4 Item non est locus lucro, si debitor non implevit contractum.
5 Censui vitalitio an requiratur fundum, vel possit esse personalis de utraque opinione.
6 Ubi etiam fieri possit personalis, si partes voluerunt illum facere realem super fundo, isto cessante corrumpit.
7 De ratione, quae in societate officij debitor, qui non implevit promissa non faciat lucrum; Et quid in hoc censu.
8 In censu vitalitio sortis est demortua, & per debitorem restituere non potest invito creditore, & quid de pacto rescissorio.
9 In contractibus nominatis, non implementum non causat resolutionem, sed solum actionem ad interesse.
10 Quando creditor non excusetur à restitutione pecuniae consumptae.
11 Si census vitalitio est nullus ex culpa debitoris, an debeantur fructus loco damnarum & interesse ad eandem rationem.
12 Restitutio sortis facta per debitorem de mandato iudicis loco implementi non causat extinctionem census.

D I S C. IX.

De anno 1637. Cardinalis Petrus Maria Burghefius Senensis, quem ex motivo gratitudinis erga memoriam Pauli V. ac pro restitutione Cardinalitii galeri ab eo ac-

cepti, Urb. VIII. tanquam de dicti Pontificis familia, nulla tamen in remota nimis conjunctione accedente, evexit ad Cardinalitiam dignitatem, imposuit annum censum vitalitium scutorum 800. ad favorem Marci Antonij Scarlati ad istius vitam pro sorte principali scut. 8. m. habitotum in pecunia numerata in ipso actu celebrationis instrumenti, quem censum imposuit super quibusdam bonis, quae in Civitate Senarum possidere asseruit, libera, fructifera & capacia dicti anni redditis, ac majoris, & sub pacto, ut contingente morte ipsius Cardinalis, ejus haeredes idoneum fidejussorem in Urbe praestare repereunt. Sequuta vero illinc ad brevè tempus morte Cardinalis praedicti, Scarlatus egit contra haeredes coram A. C. pro praestatione fidejussoris, ac alijs loco damnorum, & interese sibi concedi mandatum, quod obtinuit pro restitutione sortis, quam proinde dicti haeredes illi solverunt. cum obligatione de restituendo anterioribus, & posterioribus, & ad omne mandatum &c. Unde tequatur etiam dicti Scarlati morte, posteriores ejusdem Cardinalis creditores, qui ob bonorum insufficientiam in numero & respectivè quantitate notabili exclusi remanserant in concursu, iudicium instituerunt coram A. C. contra Antonium Scarlati haeredem pro restitutione dd. scutorum 8. m. ex motivo lucri fortis ad favorem haereditatis debitoris facti juxta naturam census vitalitii, Atque assumpra desuper disputatione.

Scribens pro Antonino reo convento, more Advocati dicebam, actorem praetensionem fundari in sola ratione lucri fortis praedictae, cui dupliciter locus non erat. Primo ob dicti census nullitatem, qua posita resultat non posse ex parte debitoris praetendi lucrum fortis, quia cum non entis nullae sint partes, atque quod nullum est nullum possit effectum operari; Hinc sequitur, ut sublato de medio contractu praedicto pecunia sub ejus nomine debitori data, remaneat sub mutuo vero, vel interpretativo, seu verius avocabilis ex conditione sine causa, ut in specialibus terminis pecuniae data ad censum vitalitium per Religiosum non habentem ad id facultatem, ut non obstantem istius morte, debitor acceptam pecuniam restituere teneatur monasterio ob contractus nullitatem firmavit Rota in Romana censuum 27. Maji 1652. cor. Bichio impressi. dec. 253. p. 11. rec. confirmata 28. April. 1654. cor. Bevilacqua.

Secundò ex capite non implementi, cum sequuta morte Cardinalis, haeres non praestitisset fidejussorem juxta formam conventionis, ideoque non poterat ex contractu non adimpleto reportare lucrum, ex iis, quae in terminis Societatis officij habentur, dec. 542. n. 2. par. 4. rec. rom. 3. ubi late Adde. n. 23. cum seq. Pifauren. Societatis officij 30. Maji 1639. coram Royas inter suas, dec. 64. & sapius, ut habetur in sua materia sub tit. de Societate officij.

Nullitas autem deducebatur ex defectu fundi liberi, fructiferi & caparis, quoniam in facto verificabatur, bona super quibus tanquam talibus debitor professus erat censum imponere, esse fideicommissaria, ita ut sequuta ejusdem debitoris morte, adhibitis exactis diligentibus per alios creditores nil reperitum fuerit de bonis ejus liberis; Quinimò cessante vinculo, adhuc eo vivente nec erant dicti oneris capacia ob longè minorem fructum.

Et quamvis scribentes in contrarium satis insisterent, quod in casu vitalitio istud requisitum non esset necessarium cum ille non cadat sub Constitutione Pii V. neque videatur prohibitorium eum esse personale, ut in specie censuit Rota dec. 514. post Cen. de Cen. ac teneat plures relati per Leotar. de usur. q. 49. ex n. 23. Atque mihi reflectenti ad veritatem ista opinio probabilis videretur, quoniam non videtur quid prohibeat dari uni mille sub incerta alea praestandi ejusdem sortis partem singulis anni, cum in effectu, fructus qui percipitur ex iuribus vitalitiis, quamvis pro nostro loquendi usu nuncupetur talis, reverà non sit accessio neque fructus, sed potius distributa exactio sortis sub incerto eventu, cum fructus dicatur ille, qui percipitur salva rei substantia, ex iis, quae in proposito officiorum, vel locorum Montium vacabilium habentur deducta ad illorum materia sub tit. de Regalibus. Nihilominus, quod etiam in hoc censu vitalitio servari debebat Bulla Piana, ita ut perneceesse requiratur fundus fructifer & capax, & non detur census personalis, ceteris deductis probare conatur Leotar. dicta q. 49. n. 28. cum seq. ubi n. 33. respondet in specie ad dictam decisionem 514. post Cen. atque eadem Rota recedendo à priori sensu Leotardi opinionem canonizavit in Romana vineae ad responsum 28. Junii 1649. coram Arguelles, ideoque dicebam in curia hanc postremam Rotae opinionem tenendam esse.

Et

Et ulterius quidquid esset de veritate dicti articuli in abstracto, in quo, ut dictum est, plus placebat prima opinio, cum reverà iste non sit contractus census, sed quaedam commutatio periculi absque eo quod pecunia data sit unquam repetibilis, ita ut non intrent termini text. in cap. naviganti, cum similibus; Attamen difficultatem cessare dicebam ex facto, in quo, juxta instrumenti contextum, clare constabat de voluntate partium faciendi censum realem super fundo fructifero libero, & capaci; ideoque intrabat regula, quod potui nolui &c. Qui enim potest facere actum duplici modo, si unum ex illis eligit, tervare debet illius formam, aliàs est nullus; neque subtrahere potest alio modo valido tanquam per partes nolit, Covarr. de Sponsal. p. 1. c. 2. n. 2. & 3. Caputaq. dec. 23. p. 1. & cum ista circumstantia credebam, etiam in sensu veritatis, dictum defectum fundi oblatre validitati actus.

Circa verò alterum fundamentum, ad positò etiam censu valido, impedium esset lucrum ob non implementum, ex iis quae habentur in terminis societatis officij. Quamvis scribentes in contrarium nullam deducere relevantem responsonem; Nihilominus dubitabam de motivo, illudque minus tutum omnino credebam, quoniam licet in societate officij plures decisiones, remanendo in superficie, pro dicta conclusionis ratione assignent illam deductam ex regula generali, quod nemo reportare debet lucrum ex contractu non adimpleto. Attamen haec videtur nimis vaga, & levis ratio, quae sola ex pluribus ad id non sufficeret, sed vera & solida ratio est altera, quod cum contractus societatis sit ad libitum cujuslibet ex sociis dissolubilis, Hinc proinde eo ipso quod socius passivus non adimpler, praesumitur in socio activo, voluntas non permanendi in societate sub illius implementi conditione inita, unde propterea si pro semestri, vel alio termino socius activus fructus in toto, vel in parte percipit, tunc contingente casu periculi sit locus lucro, ex ea ratione, quod per receptionem fructuum declaravit animum divertum ab eo, quae lex praesumit, ergo ista est vera ratio, non altera, quae a tena debitor, qui non implevit, non debet facere lucrum, quamvis fructus illius termini in toto, vel in parte soluti essent, quia semper eadem ratio urgetur, ac etiam urgent alia deducta super hoc puncto in sua materia sub tit. de societ. offic.

Haec autem ratio adaptabilis non est huic contractui, cuius praesentis ac essentialis requisitum est, ut fors omnino demortua sit, ac omnino irrepetibilis, etiam ex parte debitoris creditore invito, ut plene probat Leotar. d. qu. 49. quidquid circa validitatem pacti rescissorij, quando fructus non excedit decem pro centenario ex Megal. & aliis dicit Rovit. super pragm. 2. de cens. in fine, & sic cadere non potest illa praesumpta voluntas, quae nullus est operatiois, ubi datae iam expressa non esset operativa, sed potius intrare videtur regula juxta magis communem, & receptam opinionem, quam sequitur Rota & Curia, ut in contractibus nominatis, vel qui eorum speciem, seu naturam habent, non implementum non importet poenitentiam, sed resolutionem actus, sed solum producat actionem ad interesse; nisi constet implementum praedictum adjectum esse tanquam causam praesentiam, & finalem sapientem conditionem, sine qua non, proindeque excludentem voluntatem ab initio, ex deductis per Greg. & adden. dec. 88. & passim, ac sapius habetur in sua materia sub tit. de contract. ac sub alio de cred.

Deducebam quoque tanquam Advocatus, difficultatem removeri ex facto, ex quo omnes dictae quaestiones inanes remanebant, dum haeres debitoris pulsatus ad praestandum fidejussorem juxta formam conventionis, voluntati censum extinxerat, ac sortem restituerat, unde propterea sublatus erat de medio contractus censualis, quem non dubitatur tolli per extinctionem sequentem cum actu retrosmilli; Verum erat debile ac minus tutum fundamentum, quoniam quidquid sit, an de reciproco consensu huiusmodi contractus dissolvi possit, mediante integra restitutione pecuniae ad hunc effectum datae & respectivè acceptae, postquam praesertim notabili tempore solutus est fructus excessivus censui perpetuo incongruus, atque ex sola ratione periculi & totalis amissionis sortis toletabilis, quae tamen dubitandi ratio in praesenti cessabat, dum fructus ad rationem decem pro centenario dici non poterat excessivus & censui perpetuo incongruus, dum per Bullam Nicolai V. usque ad dictam summam subsisteret, & ex qua ratione Rovit. loc. cit. credit etiam in hac census specie, quoties fructus non excedit decem pro centenario, sustineri posse pacta rescissoria, quae ipse dicit in censibus perpetuis in Regno esse in viridi observantia.

Card. de Luca, Lib. V.

Cessare videbatur motivum ex defectu potestatis in haerede patrimonij, quod defectum est non idoneum, id agendi in praerudicium creditorum, potissime quia non poterat iste creditor allegare bonam fidem, sub qua, ex recepta equitate originata à facilitate commercij creditor effugit restitutionem pecuniae consumptae, vel commixtae. Tum quia id non procedit in pecunia soluta per haeredem mortuo debitore, ut non semel in sua materia sub tit. de credito, Tum etiam stante obligatione facta de restituendo prioribus & posterioribus, ac ad omne mandatum, &c. quod facit pecuniam semper extare, dum dicta ultima praesertim clausula, ad omne mandatum operari dicitur creditorem se obligasse ad restitutionem in quemcumque casum, in quem illa de jure facienda esset; Et sic in substantia aliud non aderat solidum fundamentum pro effugienda dicta amissione sortis, nisi illud invaliditatis contractus ex defectu fundi, tam ex dispositione juris juxta unam opinionem, quam fortius ex voluntate partium ut supra.

Verum posita etiam dicti motivi subsistentia, adhuc gravis oriebatur difficultas circa restitutionem, vel imputationem fructuum, qui cessante periculo exigi non possunt, ut in his specialibus terminis census vitalitii invalidi censuit Rota in allegata Romana Censuum coram Bichio, & Bevilacqua.

Pro huiusmodi difficultate evitanda, dicebam, quod licet posita census nullitate, praesertim ex defectu fundi, non debeantur fructus tanquam fructus fundi, adhuc tamen quando nullitas est culpa ex parte debitoris falso asserentis fundi libertatem & capacitatem, atque creditor est in bona fide, defectus postea detecti ab initio non conscius, tunc ad eandem rationem debentur fructus tanquam damna & interesse, ut decif. 549. nu. 4. cum seq. post Cen. & sapius, ut hoc tit. pluries. Verum adhuc dubitabam incongruum videri praetendere velle huiusmodi damna, & interesse ad eam excessivam rationem, quae ex sola ratione periculi percipi consuevit, ac potius illud, ex iis, quae habentur apud aliquos de Societ. officij, ( licet in illis terminis eorum opinio non sit recepta pro Judicis arbitrio ) taxandum videtur ad quamdam moderatam rationem fructuum locorum montium, seu alterius honesti fructus in loco currentis, & de facili percipiendi, atque ex ista ratione consuli clienti, ut aliquam pecuniarum partem concorditer restitueret, & ita de reliquo se tutum redderet, ut puto sequutum.

Aliqui scribentes pro hac eadem parte, satis ac toti insistentes in dicto motivo extinctionis jam sequuta per actum retrosimilem restitutionis sortis, dicebant non oblatre difficultatem resultantem à defectu potestatis haereditis, dum hic id voluntarie non egerat, sed de mandato iudicis & viribus Praeturae compulsus, sed erat nimis debile fundamentum, quoniam licet detecto fundo minus libero, vel minus caparis, seu in casu non praestitit fidejussoris, vel cedulae bancariae conventae, seu alterius consimilis implementi, creditor census jus habeat agendi contra debitorem ad sortem juxta dec. 88. Gregor. & passim, attamen id non procedit ad effectum repetibilitatis, ac juris cogendi invitum debitorem ad extinctionem, sed ad solum effectum deponendi loco cautionis, & ut vel debitor ita rædio affectus adimpleat, vel ea pecunia investiat in acquisitionem fundi liberi & caparis, & sic dici non poterat extinctionem factam esse de iudicis mandato.

ADNOT. AD DISC. IX.

De censu vitalitio, an exigat fundum certum, & formam Bullae Piana, de quo agitur in hoc disc. videatur infra, disc. 35. Et de aestimatione vitae hominis, & per consequens de regulatione justii pretij in vitalitiis, videatur disc. 40. de Regalib. & latius disc. 54. de Donat. & alibi.

PRENESTINA CENSUS PRO BALZANIS.

Responsum pro veritate extra Curiam.

An & quando pactum repetitionis sortis principalis adjectum favore creditoris vitiet contractum censualem, illumque reddat usurarium, vel potius ipsum pactum vitietur.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Ubi census est nullus, non debentur fructus, atque soluti extenuant sortem, neque in hoc bona fides suffragatur.

L

3 Di-

- 3 Distinguantur plures casus in articulo, an & quando pactum repetitionis sortis vitiet contractum, vel vitietur.
- 4 Etas pupillaris non est apta subsistere contractum usurarium, sed ad quid prohi ista circumstantia.
- 5 De validitate pacti repetitivi, ubi concernit jus, vel interesse tertii.
- 6 Observantia quid in hac materia operetur.

D I S C X.

**I**N instrumento census impositi per Lidoniam ad favorem Æmilie, & Catherinæ de Capranica in pupillari ætate existentium, & pro istis contrahentibus earum tutoribus, adjectum fuit pactum, quod in eventum, in quem dictæ mulieres nuberent, earumque viri non essent contenti dicta census emptione, teneatur, & cogi valeat Lidonia forem principalem ad omnem dictarum mulierum requisitionem restituere, renunciando pro majori cautela omnibus juribus contentis in Bulla Pii V. super forma creandi census; Post observantiam autem dicti contractus per annos 70, & ultra, ac transitum dicti census ad plures tertias manus, dubitari contigit, an ex dicto pacto census diceretur malè constitutus, itaut ab initio fuerit invalidus; Effectus autem quæstionis erat, quod data nullitate resultat contractum resolvendi in mutuum, pro quo nulli fructus debentur, proindeque soluti veniebant in sortem impugandi, non obstante quocumque prætextu etiam bonæ fidei, & ignorantie juxta punctualem decisionem Seraph. 1006. quæ loquitur de censu acquisito per mulierem, & generaliter est receptum, ut bona fides in materia usuraria non excuset, ut in Baren. census sub tit. de usuris, disc. 17. etiam cum cessationis, & tertii possessoribus quæstio contingat, ut in specie Cenc. de censib. qu. 60. n. 2. vers. Et hæc conclusio, Atque desuper consultus respondi ut sequitur.

Pro dilucidatione veritatis, pro qua & non aliàs in causis de partibus, quæ coram inferioribus iudiciis vertuntur, meus est stylus scribendi, quatuor casus constituere oportet, Primus est, ubi purè & simpliciter conventum est, ut sit in libito creditoris quocumque sortem census à debitore repetere; Alter ubi hæc repetendi facultas conventa est sub certa conditione, quæ pendeat à facto & voluntate debitoris, in eventum scilicet quod deficiat à solutione fructuum per duos, vel tres terminos cum similibus, Tertius est, ubi eadem repetendi facultas concepta est ad certum tempus, seu sub certa conditione voluntaria, quæ pendeat à facto & voluntate ipsius creditoris. Et quartus, ubi sub conditione mixta, quæ à facto tertii dependentiam habeat, & hic ultimus est casus noster, quia non ad liberam Æmilie, & Catherinæ voluntatem collatum est pactum, neque ad certum diem, sive ad conditionem ab istarum voluntate dependentem, sed in eventum, in quem nuberent, earumque mariti dicta census emptione contenti non essent, & sic conditio est dupliciter mixta, quia poterant dictæ mulieres carnaliter non nubere, ac etiam poterant earum viri (prout eventus docuit) census resolutionem non petere.

Primò casu, quamvis non desint multi DD. volentes istud pactum non esse contra substantiam census, ideòque vitari, sed non vitare totum contractum, quos refert & sequitur Leotar. de usuris, qu. 68. n. 4. cum seq. Curia Romana recipit, ut tanquam contra substantiam census annullat contractum, illumque ab initio censeri faciat puri mutui juxta dictam dec. 1006. Seraph. dec. 147. nu. 6. post Cenc. de censibus, cum aliis per eundem Cenc. d. qu. 60. n. 2. cum seq. Quærent tamen aliqui salvare contractum, non obstante dicto pacto, quoties in fine adeat protestatio, contrahendi ad formam Pianæ Constitutionis, & non aliàs, sed de hujus opinionis veritate supervacaneum est agere, quia nec dicta protestatio adeat, neque sumus in casu.

Secundò autem casu, multi tenent pactum esse validum, ideòque nec vitare, nec vitari, quia repetitio non provenit à facto & voluntate creditoris, sed à facto & voluntate debitoris, in cuius libito & potestate repositum est nunquam facere verificari præscriptam conditionem, itaut repetitio sit potius in poenam. Et hæc opinio in Hispania, & in Regno Neapolitano, aliisque locis est magis recepta, præsertim quia ibi præterdicitur Bullam Pii non fuisse acceptatam, neque servandam, ut in specie de pactis rescissoriis, quod in dicto Regno sint in viridi observantia testatur Rovit. in pragm. 1. de censib. num. 35. & habetur insinuatim in Oppiden. hoc tit. disc. 1. & in aliis. Verùm in Curia Romana, & in locis, in quibus de acceptatione & usu Bullæ Pianæ non dubitatur, verius est istud pactum non subsistere, non tamen aptum esse vitare contractum, sed ipsum remanere vitiatum, ut latè

& magistraliter habetur d. dec. 147. post Cenc. cum aliis per eundem d. qu. 60. ex n. 11. & plenè Leotar. d. qu. 68. nu. 14. & 15. cum seq. eundemque sensum habuit Rota in Thelesina Censu 9. Novemb. 1630. coram Dunozerro inter suas dec. 184. nu. fin. In Neapolitana domus 13. Adaji 1641. coram Verospio dec. 20. p. 9. rec. aliàs dec. 43. post Merlin. de pignorb. & in aliis, ac sæpius practicavi in Signatura Justitiæ aliisque Tribunalibus occasione censuum Regni Neapolitani, in quibus hæc pacta repetitiva in casu moræ passim apponuntur, quoniam pactum vitiatum, sed non vitiat, quamvis non adit dicta protestatio habendi relationem ad Constitutionem Pii, quæ est melior cautela, sed si omittatur, non per hoc vitiat.

In tertio casu, quoties pactum repetitionis conceptum est ad certum tempus, seu conditionem voluntariam post certum tempus omnino extitutum, adhuc receptum est illud non valere, non quidem de jure, sed ex Constitutione Pii V. ex deductis per Cenc. d. qu. 60. n. 34. & seq. sed tolum remanere vitiatum, ac haberi pro non adjecto, non autem vitare contractum firmat idem Cenc. nu. 39. & sequitur Leotar. d. q. 68. n. 16. qui alios colligunt.

Quamvis autem & in quarto casu, qui est noster, omninò dicendum veniat pactum esse invalidum ex eadem generali prohibitionem resultantem à Constitutione Pianæ, ac juxta opinionem receptam in Curia Romana per easdem rationes, quæ in primo casu militantes in isto fortius urgent; Attamen illud excusare nullitatem contractus, ideòque non videtur, si enim non vitiat illud pactum, quod habet solum dilationem temporis omninò extituri, ut in casu precedenti, multò minus vitare debet illud quod conceptum est sub conditione causali, vel mixta, & à facto tertii resultantem, cum tunc nullatenus depravata intentio foverendi considerari valeat in creditore, qui volens nunquam potest sortem repetere, ut bene in proximis terminis Seraph. dec. 1431.

Fortius duplici circumstantia accedente, Prima nempe quod creditores erant in pupillari ætate, ideòque incapaces calliditatis foverendi. Licet enim ista ratio non excuset à fignore illum contractum, qui clarè & certitudinaliter sit foveratitius ex deductis per Leotar. de usur. q. 20. Ubi tamen versatur in casu dubio ex sincera, vel depravata creditoris voluntate regulando, satis persona creditoris spectanda venit.

Alterà fortior circumstantia resultat ex eo, quod dictum pactum adjectum videtur per tutores in eorum excusationem, ac ad evitandas molestias, quas à pupillarum viris pati possent, quatenus hujusmodi census acquisitionem approbare nollent; Pacta verò repetitiva apposta, non per creditorem, sed per tertium, vel pro tertii interesse, quoties non constat esse collusivè, ac in fraudem adjecta, valent, ac servanda sunt, ut per Cenc. d. qu. 60. n. 52. cum seq. Rota post eundem dec. 131. n. 15. & in Civitatis Plebis Salviani 1. Julii 1647. coram Bichio post Zacch. de oblig. dec. 274. repetit. dec. 118. p. 10. rec. & in aliis; Et licet quoad validitatem & observantiam pacti hoc motivum pro vero non habebam, attamen ad effectum ut non vitiet, sed vitiatum remaneat, videtur circumstantia considerabilissima, omnemque tollens dubitandi occasionem.

His accedit longissima observantia 70. annorum, & quod census transit per plures manus in Monasterium Monialium, quod in optima fide versatur; Licet enim neque lapsus temporis, neque cessationis qualitas salvare possent contractum usurarium, Attamen utraque qualitas nimium spectanda videtur pro partium voluntate interpretanda, quodque dictum pactum pro invalido partes habuerant, nam illud nunquam deduxerunt ad exercitium, atque renunciatio Bullæ operatur, ut dicta cautela cessat, neque subintelligi valeat, sed non per hoc resultat videtur, ut exinde resulter totius contractus irritatio, maxime accedentibus dictis circumstantiis; Ideòque Balzanis debitoribus, ex quorum parte sui requisiti, consului, ut non expectata iudicis determinatione curarent eo meliori modo quo possent, se concordare.

ADNOT. AD DISC. X.

cum duobus seqq.

**A**gitur in his discursibus de facultate repetendi sortem; an vitiet contractum, vel vitietur pactum, de quo etiam supra, disc. 1. aliaque non suppetit occasio de hoc agendi, atque deducta videntur probabilia.

TUS.

TUSCANEN. CENSUS PRO VIRGINIA MARTELLACCIA, CUM N.

Casus disputatus in Signatura Justitiæ, incertus est exitus.

De eadem materia facultas repetendi sortem principalem post certum tempus, an vitiet contractum, vel ipsum pactum vitietur; Et an hæc exceptio sit apta impedire summarissimum possessorem manutentionis in quasi possessione exigendi fructus census.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Signatura Justitiæ principaliter attendit justitiam, & non solet curare nullitates nisi satis substantiales.
- 3 De puncto, an pactum repetitionis sortis vitiet, vel vitietur.
- 4 De pacto repetitivo intra certum tempus.
- 5 De cautela relationis habitæ ad Constitutionem Pianam.
- 6 Quæ regula tenenda, sit in proposito hujusmodi pactorum an vitiet, vel vitietur.
- 7 De conclusione, quod in possessorio non queritur de justitia; Et quando malum jus subsistat in hoc iudicio.
- 8 De ratione, ob quam exceptio nullitatis contractus non solet retardare processum executivum pro fructibus census.

D I S C. XI.

**C**um author Virginie censum imposuisset sub pacto, ut intra triennium teneretur illum redimere, atque acceptam pecuniam creditori restituere, hinc creditor prædictus, vel ejus successor, exhibitis coram A. C. instrumento censuali & justificationibus super solutione fructuum per aliquos annos, habita solum disputatione inter causæ Patronos, obtinuit mandatum de manutentione in quasi possessione exigendi, à quo interposita appellacione, & adita Signatura, in hoc Tribunali ad reæ conventæ defensionem assumptus sui, dictaque defensione frequentius consistere solet in injustitia, cujus ratione, quoties res ad probabilem dubietatem reducit, rescindi solet de commissione appellacionis cum clausulis translatis, parum attendendo nullitates, quæ de facili ab hoc Tribunali negliguntur, quoties non sint omninò substantiales & claræ, & stylus non displicet, quoniam ex nudis juris subtilitatibus ac meris formalitatibus ordinis causarum Patronis sæpe ignotis, quoties non insunt ad justitiam, quam constet pro victore esse claram, non debent partes cum inani circuito litium impensis & incommodis defatigari, neque debent calumniæ foveri, ut nonnullorum Tribunalium magnus est abusus, cum his formalitatibus causas reddendi immortales.

Disputatio igitur tota restringebatur ad punctum, An dictum pactum repetitivum sortis intra triennium esset contra substantiam census etiam attempta dispositione juris communis, itaut præcedendo à Bulla Pii V. implicaret cum censu, vel potius ejus infectio proveniret à Bulla prædicta, ex hac enim distinctione resultat decisio, an vitiet, vel vitietur.

Et juxta distinctionem casuum, de qua disc. precedenti quoties facultas repetendi sortem est purè & simpliciter collata in arbitrium creditoris, tunc omninò receptum est, id esse contra substantiam census, proindeque illum vitare, quia in effectu contractus potius continere dicitur mutuum usurarium sub contractus censuali vocabulo palliatum; Ubi verò pactum conceptum est sub certa conditione, vel modo, cujus implementum pendeat ab ipso debitore, tunc è converso apud omnes receptum est de jure communi esse licitum, quoniam ita potius casus repetitionis resultat dicitur à facto & voluntate ipsius debitoris, qui pacti conscius illud non implendo, resolutioni consensum adaptare videtur, atque est species penalitatis caducitatis ratione moræ, ad instar feudi emphyteutis & similibus, Unde sola quæstio in hoc secundo casu restringitur ad Bullam Pianam damnantem omnia pacta punientia moram debitoris, eumque cogentia ad extinctionem census, an istud sub illa veniat necne; Et in hoc magis communis, ac recepta est affirmativa, sed quia pacti infectio est accidentalit utporè ex dicta nova

lege inducta, receptum paritèr est; illud vitari, non autem vitare, ut de utroque casu ita distinguendo liquet ex deductis per Cenc. hoc tract. quæst. 60. Duard. eodem §. 6. quæst. 15. ex num. 1. latè Rota dec. 147. post Cenc; quæ videtur in materia magistralis, & reliqui per Leotard. de usur. qu. 68. n. 1. cum seq.

Et licet iste num. 4. cum seq. referat Federic. Martin. Alder. 4 Salas, Greg. de Valencia, & alios, etiam in prima parte distinctionis speculativè tenentes pacti validitatem de jure communi, itaut non percuriat substantiam census, proindeque num. 3. ex Cenc. Gratian. & aliis ipse sentiat, pactum utporè contra accidentalit potius vitari quam vitare, & in qua autoritate scribentes pro creditore totum fundamentum constituebant; Dicebam tamen rectè ipsum dicere Morales præfatos id speculativè discurrere, sed cum in contrarium habeamus solidas auctoritates Canonistarum, ac etiam Rotæ in decisionibus, de quibus supra, & infra, idcirco in foro, ac in materia adeò suspecta, in qua tutior semper recipienda est, curandæ non sunt sophisticæ ac speculativæ disputationes; Atque observabam Leotar. aliquin doctissimum hanc usurariam materiam optimè tractantem d. nu. 8. æquivocare, dum fretus autoritate Cenc. & aliorum, credit pactum esse contra accidentalit, ideòque vitari potius quam vitare, dum isti authores loquuntur in terminis secundi casus pacti non puri & simplicis, sed conditionalis ut supra.

Admittebat Signatura distinctionem prædictam utporè à 5 Rota sapius canonizaram, sed difficultas resistebat in applicatione ex particularibus facti circumstantiis ex tribus; Primò quod non versabamur in puro casu dictæ distinctionis, sed in mixto, dum repetendi facultas non erat conditionalis juxta secundam distinctionis partem, minuique erat pura, & in merum arbitrium creditoris collata juxta primam, sed continebat casum mixtum, post certum scilicet tempus, in quo casu scribentes in contrarium deducebant auctoritatem Cenc. q. 60. n. 39. quem refert & sequitur Leotar. d. q. 68. n. 16. ubi agendo de pacto, ut licitum esset debitori redimere censum infra quadriennium, quo elapso in arbitrio creditoris esset pretium repetere, dicitur tale pactum cadere quidem sub nova lege Pianæ, non autem adversari substantiæ census, ideòque vitari, non autem vitare.

Secundò, stante communi cautela in hoc instrumento adjecta protestationis quod contractus censetur initus ad formam Pianæ Constitutionis, quod scilicet, id salvaret contractum ab infectione usuraria; Et tertio, quod hujusmodi exceptio admittenda non veniret ad impediendum processum executivum hujus summarissimi possessorii manutentionis, & ex his difficultatibus in prima disputatione dilata fuit resolutio.

Quare in repositione causæ, assumpta strictè super his disputatione. Quatenus pertinet ad primum punctum, dicebam, etiam cum aliquo sensu veritatis, quod Leotar. in hac parte, parum, vel nihil examinata ditutitate præter morem gerere videbatur potius partes simplicis relatoris Cencii, qui d. num. 39. videtur æquivocasse, capiendò quid pro quo, dum totum se fundat in autoritate Boccac. de cens. p. 3. n. 55. & Rotæ in Forolivien. census coram Orano apud eundem dec. 117. nu. 5. & 6. quæ auctoritates loquuntur de casu omninò diverso, de facultate scilicet data debitori redimendi censum intra certum tempus, quo elapso non liceret amplius redimere, sed perpetuus esse deberet, atque isto casu bene dicitur hujusmodi pacti infectionem esse accidentalit ex dicta nova lege Pianæ, quoniam de jure communi non repugnat naturæ contractus censuali istum esse hinc inde perpetuum, ut advertitur in Romana pacti subtitul. de usur. sed neque Rota loco cit. agunt de casu converso facultatis repetendi à debitore invitò sortem post certum tempus, quoniam cum istud sit certum ac omninò extitutum; idcirco talis casus cadit sub prima parte distinctionis facultatis repositæ in arbitrium creditoris cum sola dilatione temporis determinati, quod magis congruit mutuo usurario, in quo dilationis ratione usura resultat, ut in præciso casu hujusmodi pacti cum tempore quinquennii decisum fuit per Rotam coram Seraph. inter suas dec. 269. repet. dec. 500. p. 1. divers. & apud Salustium Tiberium in praxi lib. 1. cap. 25. quæ decisio fuit sapius canonizata, præsertim apud eundem Seraph. dec. 1006. d. dec. 147. & 152. post Cenc. & in aliis, neque constat fuisse recessum, ideòque dictis auctoritatibus potius deferendum erat, ita etiam urgente ratione, dum tempus certum & determinatum tanquam omninò extitutum non variat casum facultatis liberæ, & in creditoris arbitrio repositæ.

Major difficultas erat in secundo puncto, dum constabat



partes noluisse illicitè contrahere, sed prædictæ Confitutioni obediunt, unde propterea dicta cautela ab omnibus supra allegatis ac aliis de materia agentibus probata est, sed difficultas tolli videbatur ex facto, dum à protestatione exceptus erat casus hujusmodi pacti per ea verba, *Volentes servari debere Confitutionem Pii V. sine præjudicio dicitur pacti trium annorum, quo semper salvo*, & non aliis &c. idèquod dum iste casus exceptus fuerat à protestatione, ista non poterat circa illum suffragari, cum actus voluntarii non possint plus operari, quam ipsa voluntas est, ut ultra generalia, in his specialibus terminis haberet apud Gratian. *discepr.* 587. n. 10.

Reflectendo autem ad veritatem, considerabam super hoc puncto, decisionem pendere à singulorum casuum individuus circumstantiis pro judicis prudenti arbitrio ponderandis, ex quibus constaret de sincera, vel potius è converso, de depravata creditoris voluntate, quoniam frequentius, ac ferè semper hujusmodi cautela, vel pacta adici solent per notarios, seu etiam per contrahentes juris subtilitatem ignaros, & consequenter videndum, inspecta præsertim, ut dictum est, qualitate personatum, aliisque circumstantiis, an partium sincera intentio fuerit verè in eandem contractum censualem, vel potius ita murum usurarium palliandi, Atque ita respectivè dicendo quæstionem, an pacta vitient, vel vitentur, & an dicta protestatio salvet, non attendendo formulas verborum, sed substantiam veritatis, quæ semper spreto verborum cortice spectanda est.

6 Super tertio autem puncto, scribentes pro creditore, cum longo superfluo apparatus allegationum transcripserunt ex plenè congestis per Post. in *tract. de manutenendo*, insisterent in regula, quod in hoc summarissimo judicio non curatur de iustitia, vel iniustitia, sed spectatur nudum factum possessionis, rejectis omnibus exceptionibus ad petitorium, in quo illa cum extrinsecis etiam probationibus removeri possent, & hæc sola possibilitas sufficit.

Pro hujusmodi objecto removendo dicebam, præmissa rectè procedere, quando ipse actor ejusque defensores prudentiores fuissent, non producendo instrumentum censuale tanquam suæ possessionis titulum, ad quem tanquam unicum & meliorem simpliciter producens se restringere videatur, ex his, quæ præsertim in proposito habentur deducta in Sabina. exemptionis *sub tit. de Regal. disc.* 47. ubi enim nullus possessionis titulus productus est, tunc rectè procedit conclusio, ut in hoc judicio non queratur de validitate tituli, in quo altera pars dicat possessionem fundari, quoniam rectè actori suffragatur allegatio possibilitatis alterius tituli melioris in petitorio justificandi; Idemque si titulus, de quo apparet, exhibitus esset cum suis congruis cautelis ab actore, abque restrictiva ad illum, itaut adhuc subesset possibilitas alterius tituli compatibilis; Secus autem ubi simpliciter produxit titulum infectum, cujus vigore actus possessorios fecit; Tunc enim, quia possessio separabilis non est à sua causa, admittit omnes exceptiones, quæ adversus illam competunt, Menoch. *de retinend. remed.* 3. n. 639. & 683. & bene ita distinguendo cæteris allegatis dicitur per Rotam in una Alerien. Vicariæ 26. Junii 1654. coram Bichio, unde propterea ex aliis insinuat, per ora pragmaticorum, volitat monitio tarditatis in producendo, cum sæpius faciles ad id agendum cum propriis telis se confodiant, proprioque ligone percutiant.

7 Quando nullitas esset omnino clara & indubitata, tunc reflectendo ad veritatem, credebam dictam distinctionem esse veram, atque in judicando recipiendam; Dubitabam verò de applicatione ad casum, quoniam licet ex præmissis probabilis videretur pactum prædictum substantiæ census ad veritatem etiam de jure communi infectum esse, proindeque potius vitiate, quam vitari, nihilominus ob tot graves auctoritates in contrarium, negari non poterat dicendum esse articulum juris dubium, assimilandum proinde exceptioni dubiæ facti in hoc judicio non admittendæ; Accedente quoque dicta cautela pariter inferente probabile dubium, an illa salvaret necne contractum cum distinctione, de qua supra, stante quod in disputatione petitorii cum extrinsecis etiam probationibus poterat sincera partium voluntas justificari, quæ sola possibilitas sufficit.

Eoque magis agebatur difficultas, quia non concurreret talis fructuum solutorum quantitas, quod ex illis remaneret extincta fors principalis, quæ proinde, data etiam contractus infectione remanebat debenda, cum pacta usuraria non tollant debitum, neque liberent debitorem à restitutione ejus, quod accepit, unde propterea ejus coactio cum processu executivo ad solutionem fructuum, nullam injuriam, vel gravamen infert, quoniam ut aliàs hoc *cod. tit.* insinua-

rum est, intrat dilemma; Aut contractus est validus, itaut debeantur fructus, & ita iustitia ministratur, Aut est invalidus, itaut fructus non debeantur, & nullum inferatur præjudicium, sed potius commodum resultat debitori, ita paulatim & diminutè solvendo debitum fortis, ad quod integrum utgeri posset; Et hac ratione in his materiis rationabiliter executivè & rigorosè proceditur; Incertus est tamen hujus causæ exitus, cum de illa amplius actum non audierim, credo tamen quod ob difficultates hinc inde excitatas, partes concordaverint.

### ROMANA, SEU TERRACINEN. CENSUS PRO PETRO VALLETTA, CUM LAURETO DE MAGISTRIS.

*Casus disputatus coram A. C. & resolutus pro  
Laureto, postea concordatus.*

De eadem materia pacti obligantis debitorem census ad illum redimendum, An, & quando substatueatur, ubi non est ad favorem creditoris, sed tertii, puta fidejussoris, vel emptoris bonorum.

### S U M M A R I U M.

- 1 Facti series cum resolutione.
- 2 De validitate pacti extinguendi censum non in gratiam creditoris, sed tertii interessati.
- 3 Secus si sit collusivum inter tertium & creditorem.
- 4 De dictæ collusionis probatione quomodo fiat.
- 5 An & quando operetur cautela protestationis contrahendi ad formam Bullæ Piæ.
- 6 Collusionis suspicio & mali animi resultat ex simulatione personarum, & occultatione actus. Et de pluribus similibus in idem.

### D I S C. XII.

Johannes Matthæus & Benedictus pater & filius de Valletta, imposuerunt censum in forte scutor. 700. ad favorem Laureti de Magistris sub accessione Rutilii Valletta, quem impositores promiserunt relevare indemnem, atque pro ejus indemnitate promiserunt infra annum extinguere censum prædictum; Cùmque tractu temporis, vel Rutilius fidejussor, vel Lauretus creditor pulsaret coram A. C. Petrum dictorum impositorum heredem ad solutionem fructuum decursum, opposuit iste de nullitate census, ex qua proinde resultabat, non solum indebitos esse fructus, qui petebantur, sed etiam solutos imputandos esse in sortem principalem, quæ ita, vel in totum, vel pro majore parte extincta remanebat. Atque ad hujusmodi nullitatem probandam, Ego & cæteri pro reo convento scribentes, deducebam pactum obligatorium extinguendi censum, quod utpotè conceptum ad tempus determinatum ac breve unius anni, habendum erat pro puro, & consequenter vitians contractum, illumque transformans in mutuum purum, vel interpretativum ex eisdem auctoritatibus & rationibus, quæ habentur in *Tuscanen. disc. procedenti*.

Scribentes pro creditore replicabant non esse in casu, 2 quoniam dicta conclusio procedit, ubi pactum initum est ad favorem creditoris, in cujus facultate repositum sit sortem pro arbitrio repetere, & in his terminis loquuntur auctoritates & decisiones in contrarium, secus autem ubi pactum conceptum est ad favorem tertii, itaut creditor illud exerceat non possit, sed tertio negligente fors continuet in ejus natura irrepeditibilitatis, puta ad favorem fidejussoris, ut in præfenti, cujus in re censum extingui, ut ipse ab obligatione liberetur, sive ad favorem venditoris obligantis emptorem ad census in partem pretii accollatus intra certum terminum extinguendos cum similibus, ex deductis per Cenc. *qu. 60.* & alios, de quibus infra, dictam declarationem pro regula admittentibus.

Prout ego & cæteri pro hac parte scribentes eam tanquam veram & receptam admittimus, constituimus tamen fundamentum in ejus sublimitate, ubi scilicet concurreret collusio inter creditorem & fidejussorem, ut sub istius nomine pactum prædictum ad favorem creditoris verè conciperetur, ut latissime scribens in causa propria Testay *alleg. 6.* juxta quam in eadem causa prodit *decis. 85.* Giurb. & cæteris allegatis Fontanell. *de pact. claus. 4. gl. 18. p. 3. nu. 10.* Cenc. *d. qu. 60. nu. 53.*

Ad-

Adversus hujusmodi fundamentum, de duobus per alteram partem replicabatur. Primò de cessante applicatione ad factum, in quo collusionis probatio negabatur, Et secundo de hujusmodi defectus sanatione & protestatione in fine posita, quod contractus ceteri debet initus ad formam Confitutionis Piæ, cui partes declaraverunt se submittere.

Primum motivum totum consistebat in facto, unde propterea altercatio erat inter causæ Patronos, ponderabantur tamen per illum istius partis 12. conjecturæ, quæ licet singulæ essent imperfectæ ac leves, nihilominus subiungebam ego, eas non singulariter considerandas esse, sed unitim cum regula, ut *singula qua non prosunt, &c.* facilius admitteunda, quoties agitur de probatione collusionis, simulationis, fraudis, & usurarium ac similibus, quæ in occulto committi solent, proindeque sunt difficilissimas probationis juxta deducta in Savonen. *sub tit. de usur. disc. 12.* potissime quia DD. dictam sublimitationem radentes, præsertim Cenc. & Fontanell. locis citatis, non exigunt exactas & concludentes probationes, quas ratione subjectæ materiæ quodammodo impossibile est dare, sed contentantur solis præsumptionibus, quinimò suspicionibus.

Majus difficultas apud judicem erat super secundo motivo, resultantem ex protestatione prædicta, pro cujus exclusione, seu sufficienti operatione deducebantur punctuales auctoritates deductæ per Testay & Giurb. locis citatis, eum rationibus fundamentalibus per eisdem ponderatis, subiungendo pragmaticorum propositionem, quod doctrinæ punctuales non habentes contradictorem habenda sunt pro casu legis, atque ubi illæ concurrunt, immorandum non est in regulis generalibus, ut *decis. 122. in fine par. 5. recent. dec. 721. num. 5. par. 2.* cum aliis per Aden. *ad dec. 20. num. 42. par. 3. recent.*

4 Et ultra auctoritates prædictas, & fundamentum in eisdem deducta, ponderabam Ego magnam differentiam esse inter ea pacta, quorum infectio est accidentalis, quia nempe de jure communi & ex natura contractus non prohibita inficiantur solum per dictam Bullam, cum tunc dicta cautela rectè operativa sit, & ea pacta quæ sunt contra substantiam contractus ab ipso jure communi infecta, quoniam cum ex eis resultet præsumptus animus depravatus contrahendi, non censum sed mutuum usurarium, tunc protestatio prædicta potius augere videtur suspicionem, quodque per callidum forneratorem illa adjecta censetur ad fraudandas utras ac evitandas poenas usurariis inflictas, ut non obsecrè Gratian. *discept. 141. num. 21. cum eq.*

Reflectendo autem ad veritatem, de hujusmodi distinctione ita simpliciter sumpta dubitabam, cum sæpius creditores sincerissimè procedentes in consecutione instrumenti censuales subtilitatem juris ignari ad hæc non advertant, proindeque cautela prædictam ad eorum sinceritatem ostendendam adiciunt, Et è converso, illa, vel callidè & fraudolenter ab eis adici solet, vel frequentius præter eorum intentionem, ex stylo & formulis Notariorum, itaut totum pendere videatur à qualitate personarum, aliisque singulorum casuum individuus circumstantiis, ut *disc. procedenti*, unde propterea erroneum videatur genericalem ac determinatam regulam desuper tradere, cum videatur potius quæstio facti quam juris.

5 Quando tamen in hac facti specie, conjecturæ quæ in facto pro causæ Patronum deducebantur ad prædictæ collusionis probationem, essent sufficientes. Tunc, cum sensu etiam veritatis, credidissimè protestationem prædictam non suffragari, quinimò ex ea depravati animi creditoris suspitionem augeri, dum pactum prædictum non directè & sincerè initum fuerat ad ejus favorem sed indirectè extortum sub simulato fidejussorio nomine alterius; Ex hac enim personæ simulata suppositione infurget præsumptio fraudis, ac multa in jure permittuntur, quando publicè, palam & directè sunt, quæ denegantur, ubi in occulto, & per interpositas personas, vel sub diversis simulatis actibus; Utpotè, creditor ad cujus instantiam pignora venduntur, non prohibetur illa tanquam tertius licitator directè ac publicè & palam emere, cum non debeat esse inferioris conditionis quocumque tertio, & tamen si id faciat sub simulato nomine alterius, actus reputatur prohibitus ad effectus juris offerendi, & alios exinde resultantis ad materiam text. *in l. Et qui sub imagine, C. de distract. pignor.* ut pluries habetur in Summaria *sub tit. de credito, præsertim in Bonon. pro Zambecaris;* Prout in tutore & alio administratore admittendis ad emenda bona administrata, quia pariter cum eadem distinctione proceditur; Ac etiam ubi inter conjuges sub expresso

titulo fiat donatio, illa ratione juramenti hodie est valida & firma, cum juramentum suppleat defectum juris civilis juxta magis communem & receptam opinionem. Et tamen idem juramentum nullius judicatur roboris & operationis in ea tacita donatione, quæ inesse dicitur in dote confessata, ex prædicta ratione fraudis resultantis à simulatione illius actus, qui directè ac publicè & palam fieri poterat, ut *decis. 22. & 23. post Salgad. in labyr.* & frequenter ad materiam dotis confessatæ *sub tit. de dote*, cum similibus, de quibus in suis respectivè materiis; Sed difficultas apud me erat in facto, quod scilicet conjecturæ, quæ ponderabantur, essent nimis remotæ & vage, destructæ etiam, vel satis debilitatæ à plerisque conjecturis contrariis, & positivum à qualitate personarum, ac à subsequuta eisdem contractus obfervantia, unde concordabamus cum judice in difficultate, sed discordabamus in motivo, seu ratione difficultatis, causa tamen concordata fuit ut puto.

### ROMANA SALVIANI PRO HIPPOLYTO CAVETANO, CUM CLARA RUFFINELLA.

*Casus disputatus coram A. C. seu Prælo deputato,  
& resolutus pro Cavetano.*

An & quando detecto contractu censuali invalido ex defectu fundi non libera, vel non capacis, debeantur necne creditoris fructus.

Et an eorumdem fructuum cursus cesset, ubi ex eadem, vel simili causa creditor pulsavit debitorem ad restitutionem sortis, atque mandatum contra ipsum obtinuit.

### S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Vitium litigiosum quando detur.
- 3 Cessio rei litigiosa licita est in reo.
- 4 Dos an præferatur creditoribus anterioribus in bonis postea acquisitis.
- 5 Privilegium potioritatis datus quando procedat.
- 6 Censu impostus super fundo non capaci est invalidus & usurarius.
- 7 Declaratur creditore sciente.
- 8 Quid ubi scientia non adest ab initio, sed supervenit.
- 9 Ubi est in facultate creditoris repetere sortem, cessat cursus fructuum, & n. 11.
- 10 An scientia incapacitatis fundi ab initio cessantis obstat cessationario, quamvis illa non adfuerit tempore impositionis census.
- 11 Declaratur conclusio, de qua nu. 9.

### D I S C. XIII.

Johannes Angelus & Alexander de Ruffinellis de anno 1623. imposuerunt censum scutorum in forte 1430. ad favorem Camillæ Agariæ super quibusdam bonis, quæ juxta consuetum stylum asseruerunt esse libera & capacia, promittendo ulterius pro faciliori consecutione fructuum præstare cedulam bancariam, de triennio in triennium renovandam, ac etiam infra tres annos proximos præstare fidejussorem; Et de anno 1648. Virginia prædictæ Camillæ creditricis filia & hæres censum prædictum cessit Hippolyto Cavetano, qui pro implemento nunquam sequuto præstationis novi fidejussoris, ob quod juxta receptam *doc. Gregor. 88.* datur etiam actio ad sortem; non quidem pro repetitione, sed ad effectum deponendi, ut, vel ita debitor ræditi affectus, ne pecuniam otiosam retineat, curet implere, vel ut cum eadem pecunia fiat investimentum loco cautionis, intentavit pro sorte prædicta, ac etiam pro fructibus decursis ex interdico Salviani immisionem in possessionem domus, & vinearum, quæ hereditaria prædictorum de Ruffinellis possidebantur per Claram, atque in hac disputatione habita coram Prælo deputato per A. C. plures articuli examinati fuerunt, Primò scilicet super dictæ cessationis invaliditate ob vitium litigiosum; Secundò super potioritate, quam dicta Clara licet posterior præterebat in bonis postea acquisitis, dum ejus creditum erat ex causa dotis; Et tertio quod cum contractus censuales esset resolutus, seu verius directum esset eum ab initio non existere, ob defectum fundi censiti de tempore impositionis jam absorpti ab aliis censibus & hypothecis anterioribus, idcirco non potuerint percipi fructus qui soluti debebant in

L 3 for-

sortem imputari; Et etiam accedente, quod ob hujusmodi defectum creditor poterat sortem repetere, proindeque cessavit etiam cursus fructuum, non dandorum ubi fors est repetibilis.

Super duobus primis objectis modica disputatio habita fuit. Primum enim de vitio litigiosi tollebat de plano, quoniam istud non inducitur, nisi ubi agitur de iudicio reali rei venditionis & ratione domini, non autem ubi in iudicio executivo, ac in ratione personali, Apont. conf. 6. num. 14. cum seq. Surd. conf. 542. num. 12. cum seqq. Buratt. dec. 277. num. 8. dec. 173. par. 7. recent. & Lepius, porrius quia dispositio textus in l. finali, C. de litigiosis, fundatur in fraude, ac procedit in cessionibus voluntariis, secus autem in actibus necessariis, ut per Apont. d. conf. 6. n. 20. cum seq. & hic erat casus, quoniam cum Caveranus molestatus esset ab Agazatia tanquam possessor bonorum communis debitoris, coactus fuit pro se liberando a molestiis istum priorem creditorem dimittere, atque cessionem ejus jurium reportare; Ultra quod cessio rei litigiosa, ex veriori prohibita est reo, non autem actori, qui cedendo jura alteri non facit rei conventi conditionem deteriore, potissime ubi cessionarius non est potentior, ita ut fraudis suspicio intret dec. 173. & 82. part. 7. rec. ubi ceteri & pluries in sua materia sub tit. de credito.

Alterum pariter modicam habebat difficultatem, quoniam quicquid sit de articulo, an dos potiarum eodem privilegio fructuendi creditores anteriores expressam hypothecam habentes in bonis postea quaesitis, in quo articulo licet verior videatur negativa ex plenè deductis per Gizzarelli. dec. 1. & Bellon. jun. conf. 47. qui omnibus contrariis satisfaciunt, in curia tamen, cum Rota incidenter contrarium dixerit dec. 328. p. 5. rec. num. 5. & cum qua pertransit etiam in Romana census, seu Salviani 5. Maji 1655. coram Cetero, & in aliis, de quibus in sua materia sub tit. de dote, idcirco ob auctoritatem; quam apud inferiores iudices habent Rota decisiones, donec istae revocarentur, dura pronuncia fuisse inducere iudicem ad recipiendam priorum sententiam.

Verum difficultas omnino cessabat ex defectu applicationis ad factum, quoniam privilegium potioritatis doci attributum per text. in l. assiduis, C. qui potiores in pignore & in §. hic consequens auct. de equalitate dotis, procedit in credito sortis restituenda in bonis viri non autem in altero dotis constituta & in bonis dotantis, quoniam iniquum esset si patri, vel alteri permitteretur filiam, vel conjugam dotare de bonis non suis utpotè affectis creditoribus, Ripa in l. privilegia, n. 47. ff. de privil. credit. Mancic. de tacit. l. 1. tit. 26. num. 33. Gait. de cred. cap. 4. num. 1592. Merlin. de pignori. lib. 3. quest. 47. num. ult.

Idque ad id verum, quod licet creditor hypothecarius potestior vincat creditores chirographarios anteriores, nihilominus isti non vincuntur ab hypotheca dotali posteriori contracta per dotantem pro dote constituenda filiae, vel alteri, quoniam hic dicitur actus voluntarius importans in muliere causam lucrativam, ac etiam quia est dote de alieno; Solumque in ordine ad creditores chirographarios, de hoc dubitari potest quoad jus & interesse viri foventis causam onerosam, ex iis, quae in proposito habentur deducta in dicta sua materia sub tit. de dote; Quae tamen difficultas non intrat quoad hypothecarios, quamvis solam tacitam & legalem habentes, quoniam receptum est potioritatis privilegium non competere viro in bonis dotantis ex allegatis.

Major igitur disputatio fuit super cursu fructuum census; quem rei conventi negabant ob eisdem census in substantiam ex defectu fundi censiti, qui in facto justificabatur de tempore creationis jam absorptus a censibus prius desuper constitutis, unde remanebat census personalis, proindeque usurarius, ac redolens mutuum ex deductis per Cenc. qu. 42. Lenar. qu. 56. & seq. & alios passim.

Scribens pro actore, non negabam hujus conclusionis veritatem, quoties creditor, ad cuius favorem census creatus est, concisus esset de fundi censiti incapacitate, seu alio defectu, cum tunc verè census esset personalis, mutuum potius redolens; Secus autem ubi creditor de his ignarus bona fide crediti debitoris assertioni fundum esse suum, liberum & capace, tunc enim quamvis revera non ad sit substantia census, ita ut praetendi non possint fructus, nihilominus receptissimum est, eosdem in eadem quantitate deberi tanquam damna & interesse, quoniam mandatum in Romana revocata mentem & dolosum ita lucrum & commodum reportare in damnum & praedictum creditoris innocentis, qui bona fide sibi crediti;

Idque verum, quamvis deinde eidem creditori supervenerit hujusmodi scientia, quoniam haec non impedit cursum praedictorum damnorum & interesse, cum ex magis vera & recepta opinione, sufficiat eum ab initio fuisse in bona fide, ita ut dici non possit voluisse contrahere censum personalem, seu mutuum usurarium sub hoc nomine palliatum, ex deductis per Cenc. dicta quaest. 14. dec. 599. cum seq. post eundem dec. 47. num. 4. post Merlin. de pignori. in Romana vinea 26. Junii 1651. coram Royas inter suas dec. 458. num. 5. & in aliis, atque hoc jurat in curia vivebatur de tempore, quo haec scribebam, licet postea ob Rotam novam decisionem revocatoriam dictae decisionis coram Royas postquam sit sub dubio ut in Sabinen. census disc. 31. advertitur.

Non impugnabant pariter scribentes in contrarium veritatem dictae conclusionis tunc planae, sed de duobus replicabant. Primum quod licet in Agazatia creditrice non probaretur scientia incapacitatis fundi de tempore creationis census, nihilominus de illa constabat in ipso Caverano actore ab initio, & de tempore quo cessionem reportaverat, unde propterea inferebant, quod quemadmodum initio habita dictum effectum operatur, ita ex identitate rationis idem operari deberet in cessionario qui sic dicere non potest se contraxisse cum bona fide.

Et secundo quod licet superveniens scientia incapacitatis fundi ac nullitatis census non impediatur cursum fructuum loco damnorum & interesse ut supra, adhuc tamen, cum ob hujusmodi defectum jam detectum aperitur actio creditori urgendi debitorem ad sortem, Et multo magis ubi creditor actionem praedictam ad exercitium jam deducit, tunc illico cessat cursus fructuum, qui dari non debent ad favorem creditoris, in cuius arbitrio positum est sortem repetere, ut dixit Rota dec. 182. post Cenc. & in aliis apud eundem relatis in inferius allegandis decisionibus & auctoritatibus.

Neutrum tamen fundamentum, loquendo etiam cum sensu veritatis, dicebam aliquam substantiam habere, non quidem primum de scientia, quae ab ipso initio concurrebat in cessionario, quoniam quicquid esset de illius probatione, quam cause Patronus acriter negabat, illa etiam postea nullius momenti erat, quoniam cessionarius non dicitur creditor principalis, cum quo contractus inerat, & de quo tanquam datore pecuniae suspicari valeat, quod census personalem, seu mutuum usurarium sub hoc nomine palliatum facere voluerit, & quae est unica ratio, ob quam scientia ab initio existens praedictat, sed dicitur procurator in rem propriae creditoris cedentis, subintrans in eius locum & gradum, Idcirco illius bona, vel mala fides in proposito spectanda est, cum in isto substantiatus esset contractus, atque ex eius jure & persona cessionarius ejusdem contractus commodum & effectus reportet, ut in his specialibus terminis cessionarii scientis de tempore cessionis talem defectum, cedenti tamen de tempore contractus ignotum firmatur in allegata Romana vinea coram Royas, & est propositio certa, quoniam cessat profor ratio, quae in proposito dubitandi occasionem praebet, cum dari non possit usura sine mutuo vero, vel interpretativo, quod inter cessionarium & debitorem census nullatenus considerari potest, dum inter eos non intercessit dario pecuniae, vel alter contractus.

Quo vero ad alterum obiectum, dicebam quod licet Rota antiqua, inhærendo sententiae Navarr. Roccaez, & aliorum ita senserit. Attamen maturius deinde discusso articulo à tali sententia recessit, ita ut etiam si creditor perat ex dicta, vel alia causa restitutionem sortis, quinimo etiam si mandatum executivum pro ea obtineat, adhuc tamen donec sequatur actus retrosumis illius restitutionis, vel saltem nisi reperibilis sit omnino certa & in libera creditoris voluntate existens, non debet interim cursus fructuum cessare, ex ea ratione, quod multa contingere possunt, ob quae dicta restitutio effectum non fortitur, atque adhuc in potestate debitoris repositum est illam facere irreperibilem, subrogando puta alium fundum æque idoneum & capace, quod quandocumque etiam post mandati relaxationem admittitur, ut per Gregor. dec. 295. num. 5. de Marin. resol. 195. lib. 1. Pract. observ. 28. ubi concordantes, ideoque contrarium sapissime tentum fuit, atque hoc jure vivitur in Curia, ex deductis dec. 452. & 453. post Cenc. dec. 278. part. 5. rec. Ad den. Buratt. dec. 645. num. 13. & prius quando contraria opinio regnabat, bene sentit etiam Marefcott. lib. 2. variat. cap. 61. num. 8. ac habetur plenè deductum in Romana revocata censuum sub tit. de feudis ad materiam Bullae Baronum, disc. 81. ubi licet fors redacta esset ad purum creditum pecuniarum quandocumque repetibile ad libitum creditoris, ita ut

ut non daretur casus, quod impediti posset, adhuc tamen, licet forte, parum probabiliter, fructuum cursus, decretus fuit. Et quod non obstante, novatione & conversione sortis in creditum dictum fuit per Rotam in Perugia & in Civitate Castellii, ut quibus hoc eodem tit. proxime infra; & juxta praemissa cum iusticia fundamentum pro creditore iudicatum fuit, Signatura etiam probante.

ADNOT. AD DISC. XIII.

De contentis in hoc disc. quod fundus detegatur alienus, vel incapax, agitur magis ex proposito, disc. 31. ac etiam in hoc Supplemento, disc. 33. ubi an sit locus subrogationi alterius fundi, necne.

ROMANA REDUCTIONIS PROVIDASCIS CUM BUTIIS, SEU DE VETERA.

Discursus pro Congregatione.

Census pertinens ad fideicommissum, An per gravatum, vel alium alienare prohibuitur possit sabbasari, & ad minorem summam reduci in praedictum successoris venientis independentem, & jure proprio.

S U M M A R I U M.

- 1 Fidei series.
2 Diminutio, seu sabbasatio fructuum census quod sit species alienationis prohibita.
3 De Dispositione text. in l. adversus, C. de usur.
4 Quando autem dicta diminutio sit substantialis etiam in prohibito alienare in censu consignativo.
5 Difficultas est in casu reservativo.

D I S C. XIV.

Annuum censum consignativum redimibilem ad formam Bullae Pii V. ad rationem scilicet septem pro centenario impostum per illos de Vetera ad favorem Thomae Giardini, Fabius filius & haeres fideicommissio gravatus, ut rem gratam debitorum faceret, & sub assertione notabilium beneficiorum ab eis acceptorum, reduxit ad rationem quinque, atque ita cum ipso & primo successore continuatum fuit spatium annorum 39. Cumque successor in fideicommissio praetenderet dictam reductionem in fideicommissi praedictum, ac ipsius independentem jure proprio venientis fieri non potuisset; Hinc desuper pro veritate consultus in congressu, dicebam ultra regulam generalem, de qua saepius in sua materia sub tit. de fideicom. ut haeredi scilicet gravato, vel possessori fideicommissi prohibita sit omnis voluntaria alienatio ex causa à jure non probata in praedictum successoris independentem ab eo jure proprio venientis; In his terminis sabbasationis, seu reductionis fructuum census, advertebam posse pro fideicommissario ponderari dec. Seraph. 1228. ubi in specie agitur de diminutione census absque justa causa per Commendatarium, seu administratorem faciendi in perpetuum; Et plenè deducta per Ricc. dec. 134. part. 1. quam refert & sequitur de Marin. resol. 6. n. 10. cum seq. lib. 1. ubi firmatur reductionem census ad minorem fructum sapere speciem alienationis, ideoque cadere sub extrag. ambitione, ac fieri non posse per Praelatum, seu Ecclesiae administratorem sine solemnitate & causa, unde propterea à simili idem videbatur dicendum in praesenti, potissime dum ex instrumento hujusmodi reductionis parum cautè producto ita ad illud restringendum suum titulum constabat id gestum fuisse ex causa merè voluntaria benevolentiae, seu gratitudinis, ob assistentiam creditori factam in longa infirmitate.

Errorum siquidem credidi hujusmodi titulum producere, stante longissima observantia annor. 39. ob quam tituli melioris sola allegatio sufficere poterat juxta terminos text. in l. cum de in rem verso, ff. de usur. quos certum est facilius intrare in praesenti, dum agebatur non obligandum juxta casum dicti textus, minusque ad liberandum in totum, sed solum de moderatione graviorum fructuum, seu usurarium juxta terminos text. in l. adversus, C. de usur. ubi ad hunc effectum sola triennalis observantia spectatur; Quicquid enim sit de quaestione, an praedicti textus dispositio habeat indefinitè locum in omnibus annuis praestationibus & oneribus, ut aliorum est opinio, vel solum in usuris odiosis, non autem in censibus, vel similibus praestationibus à jure probatis & factis, Card. de Luca, Lib. V.

vorabilibus, ut alii volunt ex hinc inde deductis per Rovit. super prag. 1. de censib. nu. 31. & seq. Capyc. Latr. dec. 27. Constant. in l. fin. C. de fiscal. usur. Rot. dec. 304. in fine, post Cenc. de censib. Buratt. dec. 232.

Attamen ubi accedit non solum triennalis juxta casum dicti textus, vel decennalis juxta dictum alium text. in l. cum de in rem verso, sed longissima observantia triennalis, ac fere quadragenaria, tunc spectato etiam rigore juris canonici intrare videntur termini text. in cap. olim, de censib. cum concord. de quibus pluries sub tit. de Regal. ad materiam monetarum; Vel ea, quae in jure habemus de beneplacito Apostolico, vel alia solemnitate praesumpta ex hujusmodi longissima observantia resultante, etiam in iis, in quibus resistit, ut est in alienationibus bonorum Ecclesiae & similibus, multo magis in iis, in quibus adeo vehemens resistentia non habetur, cum tunc sola decennalis sufficiat ex deductis per Gabr. sub tit. de praesumpt. conclus. 1. & frequenter in sua materia sub tit. de alienat. & contrah. Potissime attendenda subiecta materia ut supra. Unde propterea regulando voluntatem à potestate, dicendum potius erat, haeredem gravatum id egisse suo jure durante, & quando de fructibus hujusmodi census utpotè ad ipsum pertinentibus liberè disponente poterat, non solum eos exigendo ad minorem rationem, sed etiam in totum remittendo.

His tamen non obstantibus sui in voto, cui ceteri adhaerent, ut fideicommissarii consilium requirentibus non expediret hujusmodi item assumere, ut de facto consilio acquiescendo, sequutum fuit. Tum ob non leve obstaculum dupliciter resultans ex facto. Primum scilicet, quod dictus gravatus juxta terminos text. in l. Marcellus, ff. ad Trebell. censeretur ita disponendo de hujusmodi censu, illum elegisse in legitimam, aliasque detractiones, Et secundo ob qualiter hereditariam, quam habebant, ita ut obstatere dispositio text. in l. cum à matre, C. de rei vendic. & l. vendicantem, ff. de evict. ex quibus hodie receptissimum est, haeredem non posse contravenire facto defuncti, etiam pro jure habente ex propria persona & independentem competentibus, nisi in certis casibus, quotum nullus erat ad rem adaptabilis.

Tum etiam quia licet ex rationibus & fundamentis deductis per Ricc. d. dec. 134. quoties durat idem census, diminutio videatur sapere speciem alienationis, Attamen in praesenti, ob liberam facultatem debitori competentem redimendi quandocumque censum praedictum, profor inanis remanebat quaestio, cum damno etiam actorum, dum spectato tempore, quo haec discutebantur, cum magna difficultate in Urbe habeatur occasio faciendi, tura investimenta ad ipsam diminutam rationem quinque, ac etiam quatuor cum dimidio pro centenario, unde propterea nullus remanebat quaestio effectus, dum quoad fructus decursum pro durante jure ipsius gravati, debitor plenam obtinuerat liberationem, etiam si eos in totum ille remississet, pro tempore autem posteriori, dum ipsi successores ad eandem rationem exegerant, posito etiam, quod haec exactio eis tanquam ignavis non praedictaret in futurum, & quae apta non esset firmare statum, indubitatum tamen credebatur id sufficere ad bonam fidem debitoris, ob quam consumere ac suos facere potuerit illos suorum bonorum fructus, ex quibus hanc excrescentem ratam alias solvere debuisset.

Et sic in ordine ad censum consignativum, quoties hujusmodi reductiones non sunt ad satis modicam & inverisimilem fructuum taxam, generaliter ista quaestio inanis remanet, dum debitor consimilem summam ab aliis ad censum accipere potest ad illam verisimilem & currentem rationem deductam, atque ita censum extinguere; Quinimo juxta distinctionem traditam ab eodem Ricc. d. dec. 134. de facili potest praevia disdicta, effingi extinctio prioris census, atque creati novus ad minorem rationem, unde videtur circuitus inanis, seu formalitas vectorum.

Considerabilis autem ista quaestio est ubi agitur de censu reservativo, juxta casum positum per Seraph. d. dec. 1228. cum tunc, cessantibus praemissis considerationibus, quae milititant in consignativo, praedictum sit perpetuum, atque diminutio, seu sabbasatio veram alienationem continere dicatur, & sic termini dictae decisionis sunt longe diversi. Atque in eisdem terminis illius census, quem jus commune, praesertim canonicum cognovit, qualis est proprie reservativus, loquuntur perique ex iis, quos cum aliquo æquivoco dedit Ricc. d. dec. 134.

ADNOT. AD DISC. XIV.

De diminutione census per haeredem gravatum fideicommissio, an liberet debitorem, agitur in hoc disc. & creditur, L. 4

tur, quod ibi dicta recte procedant, atque in idem conferunt quæ habentur disc. 1. n. 17. & disc. 6. de alienat. & contr. et probat. super spoliacione censuum Ecclesiarum.

PERUSINA CENSUS PRO MARCELLO DE ALPHANIS CUM BAPTISTIS.

Casus decisus per Rotam pro Baptistis, postea concordatus.

De reviviscencia census extincti, vel novati mediante datione in solutum, vel sub alia conventione inita sub certo implemento. An scilicet & quando ob sequutam evictionem, seu non sequutum implementum reviviscat idem census cum cursu fructuum, vel remaneat simplex creditum.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Distinguntur plures casus pro dilucidatione questionis, An & quando detur reviviscencia census facti.
3 Quando pro censu datur altera species, tunc ista evicta intrat reviviscencia, & de ratione.
4 Extinctio census non dicitur sequi per assignationem, qua non habuit effectum.
5 Per restitutionem partis sortis, an census cesset in totum, vel pro parte restituta.
6 Ubi est in omnino certa & libera facultate repetendi sortem, tunc non potest dari census vivus.

D I S C. XV.

Ansides sub fideiussione Alphani censum imposuit ad favorem Dansetæ, inter quem & Ansidem post aliquod temporis intervallum devenit ad conventionem, quod iam pro sorte & fructibus istius census, quam alterius, reciperet in solutum quendam domum valoris scutorum 900. pro residuali aurem summa contentus fuit assignatione fructuum cuiusdam census activi pertinentis ad dictum de Ansides fructantis ad rationem 48. singulis annis, donec & quousque de eius credito satisficeret, sub pacto, ut quoties creditor, vel sui intra quatuor menses post lapsum cuiuslibet anni, prædictos assignatos fructus non exigerent, licitum esset redire ad primæva jura, perinde ac si contractus prædictus initus non esset; Unde factio casu pacti, quod scilicet per aliquos annos dicti fructus exigi non potuerunt Baptisti, Danzetti integram defuncti hæredes præcedentes prioris census reviviscencia, pro istius fructibus plurium annorum spatio decursis, pulsarunt Alphani fideiussorem coram A. C. à quo reus convenit; stante novatione sententiam ab solutoriam reportavit, sed commissa causa in Rota coram Cerro, ista in contrario voto fuit, revocando dictam sententiam, & condemnando reum ad solutionem fructuum, ex fundamento dicti pacti resolutivi, per quod, cum clausula præservativa priorum jurium, exclusa remanet quæcumque novatio, quæ ita conditionaliter facta videretur, ideoque habenda pro infecta, ubi factus est locus conditioni resolutivæ, ut liquet ex decisione desuper edita 24. Martii 1664. in qua perstritum fuit in secunda disputatione habita coram eodem Cerro 29. Maji 1665. quæ secunda decisio edita non fuit, neque forsandenda ob subsequutam concordiam, quæ controversiam terminavit.

Mibi pro Alphano reo convento scribenti, resolutio non omnino satisfecit, cum circa istam materiam reviviscencie census ac regressus ad primæva jura processum fore videretur cum aliquo æquivoco; applicando declarationes, & doctrinas de uno casu loquentes ad alium omnino diversum, unde in secunda disputatione, in responsione (petenti forsitan ob temporis angustiam, ubi præsertim præcedit contraria resolutio non multum accurate visa) pro hujus articuli elucidatione ac æquivocis tollendis circa autoritatum applicationem, dicebam plures distinguendos esse casus inter se longè diversos, ac successivè erroneum videri, autoritates de uno loquentes, alteri applicare, ob rationis diversitatem inter unum, & alterum militantem.

Primus igitur casus est, ubi debitor census, in istius extinctionem, dat creditori in solutum aliquam speciem putadomum, vineam, fundum, &c. & tunc receptum est, ac de jure satis probabile, ut evicta hujusmodi specie, census

reviviscat juxta decis. 495. & 530. post Cenc. Non quidem ex sola ratione reservationis priorum jurium, & actionum, ut ponderat Cenc. q. 108. num. 16. cum seq. & num. 19. sed ex duobus aliis melioribus, Una scilicet, quod ubi datur in solutum species pro censu, qui dicitur etiam species potius quam creditum, ita ut super eo, tanquam super fundo alter census imponi valeat, tunc potius dicenda est permutatio unius speciei cum altera, quam vera datio in solutum, & consequenter evicta re permutata, de plano resulat reviviscencia prioris dominii, ac regressus ad propriam rem, quæ illius loco data fuit juxta theor. glof. & Bart. in l. ex sextante, §. latius largus, ff. de except. rei judic. de qua Surd. decis. 51. 113. 163. & 166. & cæteri communiter, unde propterea tali casu census interim non dicitur extinctus, sed potius obdormire, seu esse in suspensio pro eo tempore, quo illius emptor aliam speciem loco ipsius pacificè habeat.

Et alia ratio est, quia si loco census datur altera species fructifera, quoties ista evincitur, intrat favore creditoris æquitas super cursu fructuum, vel ratione prioris Censu reviviscens, vel tanquam damna, & interesse, & ne ita utriusque rei fructibus carere dicatur juxta dispositionem text. in l. curabit, Cod. de action. empri, dum constat ejus animum fuisse non dimittendi censum nisi mediante altera re etiam fructifera, atque hoc est præcipuum fundamentum, cui innititur Rota in d. decis. 530. post Cenc. alias 278. part. 5. recet. cum qua decisione in ista causa potissimè processum fuit.

Secundus casus est, ubi ad nullam novationem inter ipsas partes est devenit, sed solum juxta administrans patrimonium debitoris censuati jam defecti, facit creditori aliquas assignationes, ex quibus se reintegrando de pretio census, sequi possit extinctio, Et tunc cum talis assignatio dicatur potius pro solvendo quam pro soluto, illaque per creditorem acceptata, censetur jure mandati ad exigendum animo faciendi extinctionis actum saltem imaginarij, si & postquam exactio sequuta fuerit, hinc proinde dici non potest census extinctus, quatenus assignamenta non habeant effectum, atque de isto casu agitur apud Cavaler. dec. 71. & dec. 106. post Cenc. istoque casu pariter verè non intrant termini reviviscencie, quia nunquam sequuta est mors, seu extinctio.

Tertius est casus, quando facultas creditoris agendi ad sortem, non est simplex, & pura, tanquam pro credito pecuniario ex innovativa partium conventionem, vel alio æquipolentia actu resultans, sed est accidentaliter ad alium effectum, traditionis scilicet fundi liberi, & capicis, vel præstationis cedulæ bancariæ, seu renovacionis fideiussoris, & similibus. Et tunc dici non potest esse omnino in libera facultate creditoris repetendi sortem, quæ proinde transfusa dicatur in putum creditum pecuniarium, Tum quia hæc actio ad sortem non est ad effectum exigendi, sed deponendi, ut ita debitor tædio affectus impleat, vel fors investiat loco cautionis, Tum etiam quia multa contingere possunt, ob quæ dicta repetitio locum non habeat, atque adhuc in libito debitoris est sortem reddere irrepetibilem cum illo implemento, cujus ratione actio prædicta est exercibilis, atque de isto casu agitur etiam dict. decis. 530. post Cenc. alias 278. part. 5. rec. & habetur in Romana Salviani, supra, disc. 13.

Quartus casus est ille plenè tractatus in Romana reviviscencia censuum sub tit. de feudis ad materiam Bullæ Baronum, disc. 81. ubi scilicet ex pretio bonorum debitoris per Congregationem Baronum, vel alium Magistratum restitutum est creditori censuario pretium sortis, sed revocabiliter cum obligatione de restituendo prioribus & posterioribus, an scilicet sequuta avocatione, census reviviscat, Et in hoc Congregat. Baronum creditur locum esse reviviscencie, sed contrarium probabilius videtur ex deductis loco citato, ubi fundamenta utriusque sententia habentur.

Quintus demùm est casus controversus, ubi scilicet ex contractu omnino innovativo, totum debitum constat ex sorte, & fructibus transfusum est in putum creditum pecuniarium, cujus pars satisfacta sit cum datione in solutum certorum bonorum effectum sortita, & pars solvi promissa est certis statutis temporibus; Et tunc dicebam nullam urgente rationem pro reviviscencia, Tum quia incertum erat, an residuum, sorti potius quam fructibus referendum esset, Tum quia in ea questione, an per restitutionem partis sortis cesset totus census, vel subsistatur pro parte, quæ remanet non restituta, licet verior atque per Rotam recepta sit opinio affirmativa, ex ea ratione, quia tractatur de materia dividua, in qua tantam afferit utilitatem totum respectu totius, quantum pars respectu partis, Nihilominus ista est questio voluntatis ita in dubio præsumenda, secus autem ubi

ubi constat de contraria voluntate transfundendi rotum creditum in aliam speciem, ut disc. 264. post Cenc. Merlin. dec. 822. & 741. & in aliis per addent. ad disc. 454. par. 4. rec. tom. 2. & Cenc. q. 107. Et demum quia sic remanet in libera facultate creditoris repetendi sortem, neque ex parte debitoris id impediri potest, cum pactum resolutivum censetur adjectum in gratiam creditoris, & quatenus ipse uti velit, quia facultate posita, impossibile est dare censum vivum & fructiferum, quia id repugnat essentia census, Cenc. d. q. 107. num. 15. & 24. dec. 29. n. 28. par. 9. rec. & lapsus in dicta Romana reviviscencia censuum disc. 81. sub tit. de feud. unde propterea regressus ad primæva jura censetur reservatus compatibiliter, pro anterioribus scilicet hypothecis & juribus, ita ut ista per secundam conventionem non censerentur novata, atque hæc mihi videbatur veritas.

ANNOT. AD DISC. XV. & XVI.

De puncto contento in his discursibus super reviviscencia census avocata pecunia, vel alia re data pro extinctione, vel alia conventionem innovativa non effectura, agitur etiam disc. 81. de Feud. atque post editos hos discursus resumpta fuit disputatio in casu de quo disc. 16. coram Calataju, & sub die 16. Junii 1673. recedendo ab ultimo decisus responsum fuit pro extinctione.

CIVITATIS CASTELLI CENSUS, PRO HÆREDIBUS PIRRHIDE PAZZIS. CUM JOANNE DE VITELLIS.

Casus variè decisus per Rotam, ubi pender.

De eadem materia extinctionis census per novationem ejusque transfusionem in aliud creditum, An ob non implementum reviviscat, ita ut fructus debeantur.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Verba importantia traditionem, seu consignationem an & quando illam probent sequitam.
3 Per probationes affirmativas, & negativas hinc inde casus reddatur dubius.
4 Non tantum viget ratio prescriptionis per annorum decursum, sed etiam per adminicula, & presumptiones ad favorem debitoris.
5 De censu non vivo, ubi potest repeti fors transfusa in aliud creditum.
6 Intra quantum tempus debitor generis teneatur ad premium quanti plurimi.

D I S C. XVI.

Cum Pirrus de Pazzis esset debitor Lucci de Vitellis in censu sortis scur. 1200. necnon in quadam societate officii, pro utroque credito tam in sortem quam in fructum, conventum est intra certum tempus à Pirro præstari debere tantam frumenti quantitatem, quæ juxta jam taxatum pretium adæquaret. Post longum autem temporis interstitium Joannes Lucii hæres contra Diamantem, & alios Pirri hæredes mandatum executivum obtinuit ab A. C. pro fructibus dicti census, perinde ac si viveret, atque in primæmo statu duraret, & commissa per Signaturam causa in Rota coram Verospio cum clausula, Si quid exequendum, datoque consueto dubio, an mandatum esset exequendum, sub die 10. Decembris 1649. negativa resolutio prodidit ad formam debitoris ex eo fundamento, quod ex censu extincto non possunt amplius deberi fructus, à qua resolutione recessum fuit sub die 5. Decembris 1653. & in hac ultima perstritum fuit in alia disputatione habita sub die 29. Maji 1665. in qua solum ego ad defensionem assumptus fui, prima verò decisio cambii 1649. est impressa dec. 355. p. 10. rec.

Omnium decisionum hinc inde editarum fundamentum, consistit in facto, sequutæ scilicet, vel non integræ consignationis frumenti prædicti. Prima enim decisio creditur de illa constare ex verbis in scriptura conventionis contentis actualement traditionem præferentibus, concurrentibus etiam aliquibus adminiculis, & probatombus ex parte debitoris deductis, Alia verò posteriores firmant probationes non sufficere, ob exceptiones in contrarium ponderatas. Atque ad fundamentum verborum traditionem denotantium, prout

sunt, dat. tradit. credit. &c. respondetur, & in hac parte bene, quod verba prædicta tribuunt quidem facultatem apprehendendi, sed non important veram traditionem, nisi de illius veritate constet juxta theoreticam Bartoli in lege prædita, ad finem, ff. de acquirenda possessione Roman. conf. 482. n. 2. in fine cum sequentibus. Natt. conf. 360. num. 2. Mascard. de probationibus, conclusio. 298. nu. 10. cum aliis in uraque decisione allegatis.

Quidquid autem sit de iis, quæ in nudo facto consistunt super hujusmodi traditionis probationibus affirmativis, vel negativis, quæ plures hinc inde per causa Patronos deducebantur, ex quibus negari non poterat casum reddi dubium, quod sufficere dicebam pro debitore stante diurno silentio in medio annorum circiter 25. non quidem ratione prescriptionis, ut illud ponderat dec. 5. Decembris 1653. sed in ratione adminiculi, & presumptionis juxta terminos textus cum ibi notatis in lege Procula, ff. de probationibus ex deductis per Afflictum, decis. 13. Surd. dec. 105. Merlin. decis. 124. & alios.

Adhuc tamen posito, quod probationes debitoris circa dictam frumenti consignationem non concluderent, ita ut dicendus esset frumentum promissi debitor, parum probabiles videbantur dictæ posteriores resolutiones, in ordine ad condemnationem ad fructus census, stante illius extinctione sequuta per formalem novationem, per quam fors una cum fructibus & cum mixtura etiam alterius crediti transfusa est in contractum omnino diversum super debito generis, cum libera facultate creditoris repetendi quandocumque sortem, quo casu in bona juris ratione impossibile videtur dare censum vivum, & fructiferum, ex iis, quæ plures casus distinguendo habentur deducta in Perusina census disc. præcedenti.

Clarius verò in hac facti specie, in qua non agitur de simplici repetibilitate sortis in eadem pecunia, in qua illa tradita fuerat, sed de illius transfusione in debitum generis diversi, cujus non implementum maximum interesse debitoris, & converso notabile incrementum creditori causare potest, ob pretium quanti plurimi, ad quod, vel indefinitè intra totum mortæ tempus juxta unam opinionem, vel intra triennium juxta alteram debitor generis teneatur ad text. in l. vivum, ff. de certum petatur, cum cord. per Surd. decis. 81. Duran. dec. 346. Giurb. dec. 115. Rot. dec. 421. par. 9. rec. ubi concordantes; Dutum enim, satisque improbabile videtur, ut eodem tempore dari debeat in creditore non solum libera facultas repetendi sortem principalem ad libitum, sed etiam adsequendi istud grave interesse pretii quanti plurimi ex debito generis, in quod eadem fors per expressam novationem transfusa fuit, quod interesse sæpius duplum, & ultra importare solet omnibus aliis gravius, ut frequenter experimur ob notabiles alterationes, quas frumenti pretia facere solent, quodque eodem tempore census debet durare vivus, & fructifer, ita ut debitor utrique damno subiaceat; Et è converso creditor possit pro libito eligere duas vias omnino oppositas, & super his, quæ in dicta ultima disputatione deducta fuerunt, decisio nullum verbum, dum motivatis solet satisfacere, secus enim in sequentibus disputationibus solet inculcari super eisdem, dum subsistentia videntur, & partura bonum exitum.

ELORENTINA LEGATI.

PRO HÆREDIBUS FERDINANDI, CUM CAROLIS,

Responsum pro veritate extra Curiam.

An sub Legato stabilium veniant census, ita ut istorum Fructus cadat sub dispositione facta de redditibus bonorum stabilium, Et an sub istorum nomine veniant pecunia investitæ super Montibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus controversus.
2 Censu an respiciatur tanquam stabilia, eorumque nomine veniant.
3 Censu imponi potest super alio censu.
4 Sub legato stabilium veniunt census.
5 Quando pro legato amplè sit respondendum.
6 Pecunia investita super montibus habentur per stabilia.



- 7 Quod loca Adoniam fraternaliter cum censibus, quod declaratur.
- 8 Ille annuus redditus, qui praestari solet per loca piodonec retinetur pecuniam, an importet censum, & quid importet.

D I S C. XVII.

Cum Ferdinandus in eius testamento mandasset ex redditibus bonorum stabilium, quae tunc possidebat, rotuellas singulis annis maritari debere, sequuta eius morte, orta est difficultas, An sub huiusmodi legato venirent fructus censuum in hereditate remanentium, & an venirent fructus pecuniarum, quae post eiusdem testatoris mortem per dictos haeredes, eorumque administratores investitae fuerunt super Monte Florentiae, & super hoc expetito consilio.

Quoad primum respondit affirmativè, licet aliqui scribentes senserint censum dici non debere stabili, sed constituere quandam tertiam speciem, de iuribus, & actionibus potius quam de bonis stabilibus participantem, ex congestis per Rotam dec. 235. nu. 2. & 3. & 311. num. 15. & sequentibus part. 7. recentiorum, ex quibus Altograd. senior, & alii ad causam tanquam Advocati potius quam ad veritatem pro haeredibus scripserant, se potissimè fundantes in speciali autoritate Eugenii conf. 100. lib. 1. attamen in contrarium est magis communis, & recepta, ut scilicet pro stabilibus habeantur, ut in allegata dec. 235. par. 7. Buratt. dec. 474. n. 2. 580. n. 8. & 735. n. 3. & in aliis per Cencium de censibus, qu. 30. n. 6. Barbof. de Episcopo, allegazione 95. n. 45.

Undè propterea receptum est super censibus tanquam bonis stabilibus fructiferis ad formam Bullae Pii V. imponi potest. Censum ex deductis per Cencium quae 31. num. 1. & seqq. Leonardum de usuris quae 46. num. 13. Buratt. dec. 913. n. 1. & 3. & 4. decisio. 235. part. 7. recent. ubi responderetur contrariis.

Et in specie quod sub legato stabilium veniant census Gabr. conf. 141. n. 18. cum seqq. lib. 2. Surd. dec. 204. num. 7. Gratian. disp. 581. n. 34. Buratt. dec. 574. n. 2. de Marin. resolut. 11. lib. 1. num. 4. Cenc. quae 30. num. 8. ex quibus curandum non est de unica contraria autoritate Eugenii dicti. conf. 100. ex eo praesertim, quod consulentium auctoritates utroque ad causam opportunitatem, & pecuniam frequentius sunt leves, & suspectae.

Fortius autem huiusmodi opinionem recipiendam esse dicebam, ex eo quod negari non poterat versari in casu dubio, in quo proinde ex duplici ratione pro legato benigna interpretatio respondendum erat, una scilicet, quia pro dotabilibus piis subsidiis, & altera, quia haec dispositio concepta erat in casu extinctionis haeredum sanguinis, ita ut bona hereditaria ad extraneos transire facere deberent, undè propterea de plano intrabat propositio quod pro legato potius quam pro haerede in dubio respondendum esset.

Quo verò ad pecunias post mortem testatoris investitas super Monte Florentiae, plana erat negativa ex facto, dum legatum restrictum erat ad redditus illorum stabilium, quae de tempore Testamenti testator possidebat, ibi, *Dell' entrate de beni stabili, che di presente si trova avere possedere*, sed cessante hoc facto, Ego eram in diversa sententia ab illa, in qua fuerunt aliqui ex eiusdem Curiae Advocatis super eisdem punctis interrogati, credentes istas pecunias iure crediti regulandas esse, quoniam ut in proposito pecuniarum, quae investitae sunt super Montibus Veneriarum, Florentiae, vel similibus, habetur saepius deductum, *sub tit. de Regalibus* ad materiam locorum Montium, praesertim in una Januensis. disc. 36. receptum est apud DD. huiusmodi investmenta pro stabilibus haberi, ut per Alexandrum conf. 16. nu. 3. lib. 3. Gabr. conf. 141. n. 23. lib. 2. Thesaur. juniorem, lib. 2. qu. forensium 5. in fine, Rovit. super pragmatica prima de iuribus, & exaltion. Fiscal. nu. 66. & 80. Barbof. de Episcopo allegazione 95. num. 94. Buratt. dec. 374. num. 1. & 913. num. 18. Rota in Veneta pretii, seu nullitatis contractus 13. Novembris 1602. coram Pamphilio. Viterbien. hereditatis de Ghisliis 10. Junii 1639. coram Rojas inter sua dec. 66. n. 10.

Quodque isti Montes fraternaliter cum censibus Leonard. quae 22. num. 42. quoties tamen, ut in dicta sua sede habetur, agitur de Montibus formiter erectis importantibus iura cum Principe, vel Republica, in quibus verificabile sit dominium, tanquam de specie eo modo, quo in allegatis auctoritatibus, & aliis habemus de locis Montium Urbis; Sed quae autem ubi istud vocabulum Mons, est in sola nuncupatione, in effectu tamen agatur de pecunia tradita alicui ban-

co, seu Montis Pietatis, ex qua per retinendum pro eiusdem pecuniae usu correspondetur quoddam annuum lucrum, ut exempli gratia bancum insignis Hospitalis Sanctissimae Annunciate Neapolis; quod relinquuntibus pones ipsum pecunias sub quodam specie annui redditus, correspondet fructus ad rationem quatuor plus, vel minus pro centenatio, ista enim conventio non importat vera loca Montium, minusque vetum censum, sive ex Bulla Pii, sive etiam de iure communi, cum neque fiat constitutio pro certo fundo, neque fors sit ex parte creditoris demortua, & irrepetibilis, sed continet quandam novam speciem contractus, quem ibi dicunt *annui redditus* à censu diversi, & qui pro meo iudicio de iure ad aliud referri non potest nisi ad illam speciem trium contractuum Societatis, & duplicis assecurationis, quam aliqui Canonistae, frequentius vero morales deducunt ex text. in cap. per vestras. de donationibus inter virum & uxorem, de cuius materia in Firmana sub tit. de usur. disc. 1. loco inrerere quod ibi sine illis requisitis, quae desiderantur in Curia, praestatur in ina materia, sub eod. tit. de usuris pluries.

S U M M A R I U M.

- 1 Legato censu an veniant fructus decursi.
- 2 An census importet onus reale, vel personale.
- 3 Perempto, vel diminuto fundo, an & quomodo census pereat.

ADNOT. AD DISC. XVII. & seqq.

- 1 Super articulo contento in hoc disc. an sub legato censu veniant fructus decursi, alia non suppetiit occasio agendi.
- 2 Idemque in casu de quo agitur disc. 18. an census importet onus reale, vel personale.
- 3 In alio casu contento disc. 19. de censu imposto super re quae pereat, vel minatur, videantur deducta infra in hoc Tit. disc. 43.

R O M A N A P E C U N I A R I A DE MAXIMIS,

PRO CAMILO, ET FABIO DE MAXIMIS CUM CESARE ET ANTONIO DE CAETANIS.

Causa disputata in Congregatione Baronum, & resoluta pro Maximis.

Census consignativi, an importent onus reale fundi censiti, vel potius personale, ad effectum videndi. An donato, vel legato fundo censito, onus census pertineat ad donatorem, vel haeredem testatoris, vel potius ad donatarium, seu legatarium.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Sub legato, vel donatione rei an veniant census passivi, quibus ipsa res est gravata, affirmativè in donatione.
- 3 Cessionarius, vel donarius hereditatis fingitur haeres ab initio.
- 4 De eadem conclusione, de qua n. 2. datur distinctio.
- 5 Census consignativus an dicatur onus reale, vel personale.
- 6 Census praedictus quid importet, & quale jus creditori super fundo censita queratur.
- 7 Impositor census, vel habens causam ab eo non liberatur si desinat possidere fundum censitum.
- 8 Si ex pluribus fundis censitis unus pereat, substat in super altero, si est capax.
- 9 Quando census consignativus ad hunc effectum reputetur tanquam onus reale.
- 10 Observantia multum ad id attendenda est.

D I S C. XVIII.

Occasione matrimonii contracti per patrem Camilli, & Fabii de Maximis, ceteri fratres eidem donationem fecerunt de omnibus bonis paternis, & maternis, super quibus, vel eorum aliquibus, Laurentius unus ex donatoribus aliquos census imposuerat, de quibus in donatione nulla mentio

mentio habita fuit. Cum autem sequuta morte dicti Laurentii Caerani, & alii ejus creditores in vim Bullae Baronum, stante qualitate Baronali in dicto Laurentio concurrente, pulsante in Congregatione Baronum praedictos de Maximis possessores castrorum, & bonorum ab eodem Laurentio possessorum, atque rei conventi exciperent de creditis anterioribus absorbentibus valorem bonorum, de quibus erat controversia sibi competentibus ob dictos census ab eorum creditoribus cum cessione iurium acquisitos, quodque Bulla Baronum locum non haberet in locis montium: E converso autem actores praetenderent comprehensionem dd. locorum montium sub Bulla, ac etiam replicarent census praedictos esse debitum proprium, tanquam impositos super bonis postea donatis. Hinc proinde assumpta super utroque puncto disputationes in eadem Congregatione Baronum; Quoad punctum comprehensionis locorum montium sub Bulla actum habetur in hac eadem causa, sub titul. de feudis ad materiam dicta Bulla disc. 92.

Quo verò ad istum, an scilicet onus censuum consignativorum reddibilem, qui ob acceptam pecuniam super aliquo fundo impositi sunt, pertineant ad eiusdem fundi donatarium, vel legatarium, vel potius ad donatorem, seu testatoris haeredes; Scribentes pro actoribus potissimum fundamentum constituiebant in dec. 143. part. 5. rec. impress. etiam post Marin. resol. 12. lib. 1. & relata per Cenc. q. 79. e. n. 19. ubi tractando materiam text. in l. si res obligata, ff. de legat. 1. ubi DD. materiam tractant, atque relinquendo sub dubio, an tale onus pertinet ad legatarium, attamen quatenus pertinet ad donatarium, contra istum deciditur atque cum eadem distinctio simpliciter pertransit de Marin. loc. cit. acquiescens dictae decisionis auctoritati.

Scribens pro reis conventis, dicebam difficultatem evitare ex facto, ideòque nulla incumbat necessitas examinandi dictae quaestionis veritatem, quoniam non agebatur de donatione certi fundi, super quo ipsemet donator censum prius imposuisset, ut est casus dictae decisionis, sed donatio erat de universitate bonorum paternorum, & maternorum, sub qua veniebat universum jus activum, & passivum ipsorum parentum, ita ut tanquam cessio dictarum hereditatum, referenda esset ad illum praedictorum bonorum statum, in quo erant de tempore quo delatae fuerunt, perinde ac si ex tunc, reliquis fratribus illas non curantibus, solus donatarius in eis successisset juxta terminos textus in l. 2. in principio, & s. si quid publici, & l. venditor ex hereditate, ff. de hereditate, vel actione vendita; Et sic gesta per haeredem, qui hereditatem vendidit, vel cessit, antequam dictam cessionem faceret, profundit quidem creditoribus, vel aliis, cum quibus contraxit, & in quorum praedictum talem cessionem facere non potuit, sed quoad ipsius hereditatis emptorem vel cessionarium non habentur in consideratione, cum hic fingatur haeres ab initio, atque obtinere dicatur hanc universitatem in eo statu, in quo delata fuit, nisi expresse, vel praesumptivè de diversa voluntate constet ex iis, quae habentur in sua materia, sub tit. de herede, & est iuris principium certum; Haec autem voluntas in praesenti potius excludebatur tam ex aliquibus instrumenti verbis, quam ex qualitate donationis, quae dici non poterat merè gratuita, & lucrativa, sed potius respectiva, & onerosa, dum ejus intuitu donatarius uxorem duxerat ac matrimonii oneribus se supposuerat in aliorum fratrum gratiam, & pro communis familiae conservatione, ex iis, quae in proposito huiusmodi donationum contemplatione matrimonii pluries deducta habentur in sua materia, sub tit. de donationibus; Et ex hoc fundamento Congregatio pro reis conventis respondit, rejiciendo actorum instantias.

Quatenus verò ageretur etiam de donatione particulari facta de bonis, super quibus donator census consignativos imposuisset; Adhuc probabilius dicebam quod cessantibus diversae voluntatis inditiis, & conjecturis, pro donatario, seu legatario respondendum esset, quoniam retenta distinctioe communiter tradita per DD. in d. leg. si res obligata, ff. de legat. 1. Aut agitur de onere reali, & intrinseco, quod ipse rei donatae, vel legatae sit infixum prout sunt census reservativi, seu canones, & livelli cum similibus, & tunc illud transiit cum ipsa re tanquam illi annexum, ejusque qualitas connaturalis, & intrinseca; Aut agitur de debito, seu alio onere potius personali quam reali, & tunc utroque magis inhærens personae quam rei pertinet ad donationem, seu testatorem ejusque hereditatem; Qua distinctioe sic stante, deciso in proposito pendet à puncto naturae, seu qualitatis census consignativi, an scilicet dicatur onus reale personale, vel reale.

Quoties autem agitur de censu imposto pro ipsum donatorem, vel testatorem, seu ejus auctorem, cuius ipse sit haeres, & successor universalis, ejusdem auctoris personalis obligatione etiam affectus, & tunc omnino verius esse onus personale ac spectare ad donatorem, vel testatoris hereditatem, ut plene, & doctè impugnando d. dec. 143. part. 5. rec. & repetit. apud Marin ubi supra, probat Ranuccius hujus Curiae insignis Advocatus, in ejus allegatione registrata apud Cenc. qu. 79. ita ut reposita causa, ob difficultatem capta non fuerit resolutio, quod forte causa fuit, ut illa controversia per concordiam terminaretur, Undè propterea sequitur illam decisionem non posse allegari tanquam talem, neque illius vim habere, ut in Rota, & Curia est receptissimum.

Census enim consignativus, juxta veriolem sententiam, contraria rejecta, non importat translationem domini rei censuatae, nec in toto, nec in parte, minusque aliquam formalem servitutem ejusdem rei, quae reputatur solum subiectum necessarium census pro ejus validitate ad excludendum censum personale, atque ad demonstrandum periculum amissionis fortis, cui creditor ex fundi censiti peremptione subjacere debet (ita ut etiam super re aliena de censu Domini prohibito non sit censum imponi) sed solum importat respectu ipsius rei quandam magis specialem hypothecam ex plene deductis per Cenc. q. 1. n. 23. & latius q. 23. n. 3. cum seq. Rota dec. 211. nu. 5. par. 5. rec. & in aliis; Igitur principaliter est onus personale, cum hypotheca sit pedisequa obligationis personalis, sine qua stare non potest.

Hinc verius, ac in foro magis receptum est, rejecta contraria opinione, impositorem census, vel ejus haeredem non posse desinere possidere rem censitam, neque creditorem cogendum esse illam prosequi, nam etiam si debitor illam non possideat, domum sit in rerum natura, & non perierit, in actione personali cogi potest ad solvendo fructus ex deductis per Cenc. q. 73. n. 13. & q. 96. n. 10. & seq. de Marin. resol. 100. nu. 3. & 10. cum seqq. h. 1. Mediolanen. census 27. Junii 1646. Melrio, & in aliis.

Prout constituto censu super pluribus fundis, si unus pereat, superstes verò sit capax adhuc durat, & subsistet census in toto, ut dec. 47. n. 3. post Melrio. de pign. dec. 213. nu. 4. post Zacch. de oblig. Romanae dotis 11. Februarii 1647. Bichio, & in aliis, nam est propositio hodie recepta; Ergo dici non potest esse onus intrinsecum & reale, quia tali casu, perente una ex rebus, deberet pro ejus parte cessare, sed verius est actionem radicaram esse contra personam, rem autem, seu fundum stare tanquam subiectum necessarium ad validitatem actus.

Unus autem casus, cessantibus diversae voluntatis probationibus, vel inditiis, reflectendo ad veritatem, credebam praemissa locum non habere, Quando scilicet ageretur de censu quamvis consignativo, occasionaliter sit debitor pro donatorem, vel testatorem, quia nempe tanquam tertius possessor fundi censiti ad illius onus repereretur, ita ut ex dimissione fundi obligatio cessaret, ex iis, quae de huiusmodi causariis, seu occasionali obligatione habentur apud Amat. res. 21. Ror. dec. 428. n. 4. part. 1. rec. Bonon. census 4. Febr. 1654. Melrio, & pluries, sub tit. de credito, ac etiam sub tit. de Regalibus ad materiam officiorum disc. 8. & 9. Tunc enim licet huiusmodi census attentae ejus creatione, ac in ordine ad impositorem importet onus potius personale quam reale, Attamen quoad tertium ejus debitorem occasionalem, in quo personalis obligatio non est verificabilis, censendum venit onus reale, ad instar census reservativi; Occasio tamen adhuc non praebuit istam quaestionem, vel occasione donationis, vel legati formiter disputare, cum ut plurimum id exprimi solet, videtur tamen causa facti quam juris, decidenda ex particularibus facti circumstantiis, ex quibus ad verisimilem voluntatem inferri valeat, potissimum defumendam ex qualitate rei donatae, vel legatae, ac respectivè ex quantitate census; Fortius verò ex subsequuta observantia, quae in quibuscumque actibus ex optima interprete, ut ponderatur in eadem dec. 143. p. 5. rec. & admittitur per dictum scribentem contra eam apud Cenc. d. q. 79.

ROMANA DIMINUTIONIS CENSUS

PRO ILLIS DE MARI,

CUM ECCLESIA DOMUS LAURETANAE URBIS.

Causa disputata coram A.C. & Sopicus per concordiam.

De censu imposto super officio Custodis unius portae Civitatis, ac emolumentis ex huiusmodi custodia provenientibus, An cesset in toto, vel in

in parte per huiusmodi emolumentorum cessationem, vel diminutionem, de mandato Superiorum, seu ex alio casu sequutam.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 Diminuto fundo diminuitur census.
3 An infructuositas assimilatur peremptioni.
4 Quid ubi infructuositas adscribi potest culpa ipsius debitoris, declaratur.
5 Declaratur conclusio circa damna, & interesse ob impoitionem super fundo incapaci.

D I S C. XIX.

Ulius de Mari possessor officii Custodis Portis Salariæ, super officio prædicto imposuit censum in sorte scutorum 3800. ad favorem Castellani; Cùmque de anno 1647. ob prohibitionem exactorem manipulorum fœni in Urbem per dictam portam ingredientis, quam Custos, seu ejus conductor facere solebat, factis notabiliter ejus emolumenta diminuta essent, ita ut prius locaretur pro annua pensione scur. 100. deinde verò pro solis scur. 30. Hinc orta est controversia inter dicti debitoris hæredes, ac domum Lauretanam Urbis Castellani creditoris pariter hæredem, super cursu fructuum à dicto anno 1647. citra, stante super venia dicta fructuum, & emolumentorum adeò notabilis diminutione, itaut ex tunc esset dicti census incapax saltem in parte, & introducta causa coram A. C.

Pro debitoribus scribens dicebam quod essemus in casu dispositionis Constitutionis Piane, §. postremo, ubi per verba præcipua disponitur, census omnes in futurum creandas, re in toto, vel pro parte perempta, aut infructuosa in toto, vel pro parte effecta ad ratam perire; Undè cùm census dici non posset impositus super porta materiali, quamvis ita in instrumento diceretur, Tum quia illa materialiter considerata est res omninò infructifera, Tum quia est in dominio, & de Regalibus Principis, sed super dicto officio Custodis, quod ex congectione Principis est in privato dominio saltem subalterno, & de sui natura fructifero ob emolumenta illi annexa, de quibus, lib. 3. Statutorum cap. 110. Sequitur exindè, quod ob cessata dicta emolumenta, fundus effectus fuerat incapax dicti census saltem in parte, idque non ex culpa, & factò debitoris, quo casu hic tenetur ad fructus loco damnorum, & interesse, sed ex factò Principis, vel alterius supremi Magistratus, quod de jure intrat casus fortuitos enumeratur.

Scribentes in contrarium, adhibendo auctoritate percipientes materiam textus in cap. propter sterilitatem extra locati cum concord. de quibus factis frequenter, subit. de locat. & sua altero de Regalibus probare conabantur huiusmodi diminutionem non fuisse circa substantiam rei, sed circa fructum, dum ipsum officium, quod est causa productiva fructuum adhuc durabat, & consequenter inferebant dici non posse peremptum fundum; Verùm hæc inspectio videbatur irrelevans atque nullius effectus operativa, quoniam cessatio census in toto, vel in parte, non solum provenit à fundi censui peremptione, itaut ejus substantia in toto, vel in parte chasmate pereat, sed etiam ab eisdem infructuositate, non quidem temporanea, & accidentali, sed perpetua successiva, cum Piana Constitutio, & in verbis supra registratis parificet infructuositatem peremptioni, & cum hoc sensu procedunt scribentes, ut apud Cenc. q. 102. n. 1. cum seqq. Leotar. de usuris q. 57. n. 42. apud quos ceteri.

Major difficultas erat in eo, quod huiusmodi emolumentorum diminutio non proveniebat ex novo factò accidentali Principis, vel Superiorum, per quod emolumenta aliàs competentia sublatà, vel diminuta essent, sed potius ex iusta provisione pro tollendis abusus ac impediendis illis emolumentis, quæ illicita erant, ex illis, quæ in proposito diminutionis emolumentorum officii Notariatus Ripæ habentur in Romana officii officii, subit. de Locat. disc. 3. Unde propterea dici posse videbatur contra debitorem, quod ipse asserendo fundum capacem, in culpa, seu mendacio fuerit, ac propterea teneretur ad damna, & interesse ex illis, quæ habentur supra disc. 13. & disc. 31. Verùm pro remotione objecti Ultramontani rectè procedere ad favorem creditoris ignari in bona fide versantis contra debitorem, qui mendax ac falsus asseritor dici potest, dum rectè conscius de rei suæ fructibus, & redditibus unus adject illis incongruum, in quibus terminis, & cum utriusque dicti præsuppositi concursu loquuntur omnes decernentes etiam in casu incapacitatis huiusmodi fructus loco damnorum, & interesse in locis supra citatis.

Utrumque autem in præsentis cessare videbatur, itaut, quantum in unica disputatione de super habita videri poterit, esset casus novus, quoniam hoc officium prius possessum fuerat ab ipomet. Castellano creditore, qui de anno 1643. illud donaverat Julio debitori, & consequenter ipse erat conscius illius infructuositatis, quam subsequens Superiorum proviso circa prohibitionem abusus declaraverat, dum hic abusus aderat etiam de eo tempore, ideoque dici non poterat introductus per debitorem, qui esset illius conscius; Atque hinc dicebam resultare dilemma, Aut enim danda erat in possessore officii scientia præsumpta sufficiens ad malam fidem, Aut non, Primò casu, si mala fides erat in debitore, erat etiam in ipso creditore ab initio, unde neque damna, & interesse intrabant, Secundo autem casu, sicuti ipse creditor pro se bonam fidem allegabat, ita eadem assiltebat, debitori; Non habuit tamen causa ulteriorem disputationem, in qua maturius examinari poterit iste punctus forte novus, quando scilicet uterque est in statu bonæ fidei, quoniam habita unica tantum disputatione, concordia terminavit controversiam; Probabilius tamen credebam tali casu pro cessatione fructuum respondendum esse, quoniam data insufficientia fundi, deficit census, & consequenter deberi non possunt fructus tanquam ex censu; Actio autem ad damna, & interesse, eatenus intrat, quatenus concurrat in debitore dolus verus, vel præsumptus super falsa assertione capacitatis, quam ipse rectè sciebat non adesse, unde cum idem dolus, vel culpa in eo ita cessaret, quia cum bona fide ac iusta credulitate huiusmodi assertionem fecit, hinc proindè videbatur dictæ actioni locum non esse, cum ejus fundamentum non sit bona fides creditoris, sed mala fides debitoris, quæ tamen sola non sufficit, nisi etiam copularitè altera bona creditoris concurreret.

ARIMINEN. CENSUS PRO CATHERINA A CURRU, CUM CAROLO GIRONO.

Casus disputatus in Rota, incertus est exitus, credo per concordiam.

De materia præscriptionis, seu præsumptæ extinctionis census ob longissimam cessationem ab exactione, ac respectivè solutione fructuum.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus controversia.
2 In annuis censibus non sufficit unica præscriptio, sed tot requiruntur, quot sunt anni.
3 Præscriptio facultaria non intrat in debito negato.
4 Cessante causa simulandi, ad simulationem probandam requiruntur probationes certæ, & expressæ.
5 Quod præscriptio in censu sit panè impracticabilis.
6 Sors census non præscribitur & quid de fructibus.
7 In annuis præstationibus aliisque juribus incorporalibus quid probandum sit ad præscriptionem.
8 De præsumpta extinctione census ob diurnam non solutionem fructuum.
9 Negativa per quem, & quomodo est probanda.

D I S C. XX.

Utsque ab anno 1603. Franciscus Gironus pro scutis 200. auri imposuit annum censum scur. 20. similibus auri ad favorem Cornelie à Curru, cui morienti de anno 1626. successit Franciscus frater, cui pariter morienti de an. 1640. successit Catherina, quæ habita noticia huiusmodi census pulsavit Carolum dicti Francisci filium, & hæredem censum A. C. pro fructibus, & obtinuit mandatum ab annis 29. citra juxta praxim Curie de qua dec. 3. part. 8. rec. solidius firmatam occasione disputationis habitæ in Bituntina census coram Corrado dec. 373. n. 14. cum seq. par. 9. rec. in qua me scribente promonte Labinorum creditore contra illos de Bovius dictum fuit, quod Rota, & Curia sequitur opinionem Ultramontanorum contra Barr. & sequaces citra montanos, ut in censu tanquam debito non puro, receptam habemus opinionem Ultramontanorum contra Barr. quod cum non agatur de debito puro, sed conditionali, unica præscriptio non sufficit, sed tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni, atque hoc jure vivitur in Curia.

Commisæ verò causa appellationis in Rota coram Albertago, assumpta fuit disputatio, An, & à quo tempore huiusmodi fructus deberentur, opponente debitore de dicti census

simulatione, ac præscriptione, seu præsumpta extinctione ob adeò diuturnum silentium; Verùm pro adrice scribens dicebam huiusmodi exceptiones esse contradictorias, quoniam si census, juxta rei conventi assertionem erat simulatus, hinc sequebatur quod nullatenus cadere poterat præsumpta extinctio, quia præsumti non potest solutum id, quod ipsemet debitor allegat nunquam debuisset; Undè propterea in proposito præscriptionis statutariæ, quæ in effectu aliud non est nisi præsumpta solutio, receptum habemus illam nunquam intrare in debito negato, ut dec. 192. nu. finali, & dec. 219. nu. 11. post Zacch. de oblig. Dunozett. dec. 849. nu. fin. & in aliis frequenter, cum sit recepta propositio, cujus veritatem cessantibus auctoritatibus evidenter comprobaret jam dicta ratio, quod præsumendum non est solum id quod ipsemet debitor dicit nunquam debuisset.

Agendo tamen distinctè de utraque, Quatenus pertinet ad primam simulationis, facilis erat ejus rejectio, quoniam nulla dabatur simulandi causa, quæ cessante frequens est ac in foro recepta propositio, simulationis probationem requiri expressam, & concludentem, ideoque non admitti conjecturalem, & præsumptivam, cui tantum locus est, ubi congrua simulandi causa concurrat juxta cons. Barr. 75. quod Rota sequitur ex deductis per Adden. ad Greg. dec. 157. nu. 27. & ad Baratt. dec. 99. Tuderina donationis 17. Junii 1652. coram Cerro dec. 273. nu. fin. part. 11. rec. & sæpius, potissimè quia conjecturæ erant leves ac remoræ, unde propterea circa hunc punctum modica difficultas dignoscebatur.

Ita pariter quoad præscriptionem, quam in censibus poenes impossibile est verificari, Tum ob difficultatem probandi controuertam negativam solutionis fructuum, Tum quia ex tempore subducendum est illud vitæ impostoris, qui tanquam debitor conscius ratione malæ fidei ex dispositione juris Canonici, etiam in Tertis Imperii recepta nunquam præscribit, quod juxta unam opinionem à Rota etiam receptam insluit quoque in hæredem universalem saltem primum ex iis, quæ cæteris allegatis firmantur in d. Bituntina census cor. Corrado dec. 373. p. 9. rec. nu. 8. cum seqq. Ac etiam quia ex eodem tempore subducendum est illud pupillaris ætatis creditoris, quando præscriptio omninò obdormit, ac illud ætatis minoris, quando licet de jure currat, ubi coepta est cum defuncto, nihilominus datur restitutio in integrum, quæ etiam conceditur majori ex clausula, si qua mihi iusta causa &c. præsertim, & frequentius ratione iustæ, & probabilis ignorantie in hæredem etiam primò, foris verò in secundo, vel tertio de facili præsumenda, itaut detractis dictis detrahendis, nullus, vel factis raris casus videatur, in quo præscriptio ex mero jure communi refusis verificetur, in debitis præsertim juratis majorem perpetuitatem ad ann. 40. habentibus, ut in d. dec. 373. n. 11. p. 5.

Sed fortius, quia omnes huiusmodi difficultates procedunt etiam in debito puro ad creditoris libitum repetibilis, multo magis ubi agitur de censu, quoniam, Aut tractatur de præscribenda sorte, & in ea verificabilis non est præscriptio, quæ nunquam currit non valenti agere ad not. text. in l. fin. Cod. de annal. præscrip. Sors enim tanquam demortua non dicitur debita, atque creditor ad illius repetitionem agere prohibetur, ergo de plano intrat regula prædicta; Respectu verò fructuum, in Rota & Curia, & fortè in omnibus Italiæ Tribunalibus, ut supra insinuarum est, receptam habemus opinionem Ultramontanorum contra Barr. quod cum non agatur de debito puro, sed conditionali, unica præscriptio non sufficit, sed tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni, ut plenè d. dec. 373. n. 14. p. 9. rec. ubi concordantes, & sic talis exceptio suffragari potest pro annualitatibus præteritis, non autem ab annis 30. citrà juxta opinionem, quam recepit praxis, cum de stricto jure, ubi adest juramentum, esse deberet ab annis 40.

Ea etiam respectu ipsius census ac juris exigendi fructus de præsentis, & de futuro, concurrente clara ratione, quod in huiusmodi annuis præstationibus, seu exigendis juribus incorporalibus dari non potest præscriptio nisi prævia petitione creditoris cum denegatione debitoris, ac subsequuta creditoris patientia, sine quibus utpotè loco possessionis habendis, verificabilis non est præscriptio, inter cujus requisita illud continuatæ possessionis connumeratur, unde propterea, (excepta præscriptione immemorabilis, vel centenaria, cujus vigore quicumque melior titulus libertatis inductivus allegari potest, & sic in proposito ille extinctionis) receptum habemus quod in huiusmodi juribus tanquam facultativis non concurrentibus contradictione cum scientia, & patientia ut supra, ex solo lapsu temporis non datur præscriptio ex deductis per Rovit. dec. 97. ubi de jure decimandi, & sæpius in dicta sua materia, subit. de Decimis.

Major igitur ac unica præsentis controversiæ difficultas consistebat in motivo præsumptæ extinctionis quandoque ob longævum silentium per Rotam admitta, ut apud Millin. dec. 235. & in Cornetana reintegrationis 26. Junii 1641. coram Bichio, Seraph. dec. 1333. in quibus auctoritatibus scribentes pro reo convento fundamentum constituebant; Verùm replicando pro actore dicebam, quod cum extinctio frequentius per actum retro similem fieri soleat, non de facili admittitur ejus probatio per præsumptiones, & conjecturas, ut in specie dec. 35. post Merlin. de pignor. in fine, & admittitur in eadem dec. Seraph. ubi non in solo silentio, sed in plerisque aliis probabilibus conjecturis, & adminiculis constituitur fundamentum.

Hinc proindè dicebam istam esse potius questionem facti, & applicationis quam juris, ex eisdem facti circumstantiis decidendam, quibus attentis in proposito id præstandi non poterat, quoniam ab anno 1608. creationis census usque ad annum 1626. in quo obiit Cornelius creditor, non constabat de negativa probanda per allegantem, quoties illa est fundamentum intentionis, ex deductis per Greg. & Adden. dec. 13. Baratt. & Adden. dec. 10. potissimè quia affirmativa videatur improbabilis ex parte creditoris, ubi præsertim est hæres ignarus eorum, quæ cum defuncto gesta sunt, quoniam de communi usu, quando sunt solutiones fructuum census, vel aliarum manualium præstationum, creditor solet facere apocham de recepto debitoris, qui è converso facere non solet antapocham creditori, unde ita debitor lacerando, vel occultando qui-erantias, & apochas de recepto post longum temporis intervallum cum sola allegatione negativæ, præsertim cum hæredibus ignaris liberationem à proprio debito consequi posset; Ab anno verò 1626. non solum probanda erat, sed etiam scientia in hæredem, ut ita ex silentio, ac negligentia in exigendo deduci posset allegatæ extinctionis adminiculum, quod neque solum, & de per se esset sufficiens, nisi alia quoque urgerent in idem tendentia insimul, & unirim projudicis prudenti arbitrio consideranda; Et ex his credebam etiam cum sensu veritatis, nisi de congrua simulandi causa, vel de aliis extinctionis adminiculis doceretur, pro adrice respondendum esse, utputo sequutum nisi concordia controversiam terminaverit, cum ignotus mihi remaneat causæ exitus.

ADNOT. AD DISC. XX.

Punctus de quo agitur in præsentis discursu super præsumptæ extinctionis dicendus est potius facti, quam juris ex singulorum casuum circumstantiis decidendus, ideoque incapax regulæ generalis eodem modo, quod sub tit. de Credito habetur in solutione præsumpta, dum ibi deducta in idem conferunt; Et quidem magna probabilitas huic præsumptioni assistere videtur, quando non concurrant circumstantiæ, quæ istam præsumptionem excludant.

Cavendum vero est ab allegatione præscriptionis, dum raro, vel unquam illa ad finem deducatur, potissimè ubi questio sit cum successorebus venientibus jure suo independenter à prædecessoribus, qui exactorem censum neglexerunt, sed meliùs consilium est insistere præsumptioni juxta ponderationes, de quibus disc. 21. de Judic. & disc. 3. de alien. & contrah. prohib. & disc. 133. de Feud. & alibi pluries.

ROMANA RETENTIONIS PRO SOCIETATE SANCTI ELIGII, CUM ILLIS DE PIERS.

Casus disputatus coram Prælato Judice Commissario, & pro Societate determinatus.

An & quando creditori censuario, seu ejus cessionario competat retentio bonorum debitoris pro debito sortis principalis adversus creditores posteriores.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 Pro sorte census non datur retentio adversus creditores posteriores.
3 Declaratur.
4 Possessori rei censuæ competit jus extinguendi censum etiam invito creditore.
5 In concursu qui formatur in bonis debitoris defectu graduatur creditor censuarius etiam pro sorte.

**G** Aspar Brunus auctor Societatis S. Eligii emit ab illis de Vetera controversia domum pro scuris 1000. jam solutis, postea vero infurrexerunt quatuor creditores anteriores illi, qui cum dicto pretio, reportata per emptorem iurium cessione, dimissi fuerant, inter quos duo erant creditores censuarii, qui contra dictum emptorem, seu Societatem eius heredem immisionem in vim Salviani interdicti obtinuerant pro fructibus decursis, & in futurum decurrendis, unde propterea possessor, reportata iurium cessione solvit, nedum fructus decursos, sed etiam sortem principalem, quibus sequitis infurrexerunt illi de Piers immisionem ex eodem interdicto Salviani petentes tanquam patiter creditores anteriores illis, qui cum pretio dimissi fuerant, Atque Societate excipiente de retentione pro creditis anterioribus ut supra solutis, replicantibusque actoribus quod pro sorte principali dictorum duorum censuum anteriorum utpote irrepitibili, & quæ proinde dici non potest debitum, non competat retentio adversus posteriores volentes ex fructibus salvo ipso fundo satisfieri ex firmatis apud Caval. dec. 539. nu. 2. & dec. 54. nu. 8. post Mangil. de subhast. cum quibus proceditur dec. 93. n. 14. post Merlin. de pignor. & in aliis; Hinc A. C. in prima instantia immisionem actoribus concessit.

Commisita vero causa appellationis Prælati, in hoc statu ad defensionem assumptus, cum sensu etiam veritatis, dicebam injustam videri iudicis primæ instantiæ determinationem, atque licet per possessorem excipi de retentione pro dictis creditis anterioribus etiam ex causa sortis; Conclusio etenim prædicta de non danda retentione pro sorte principali, procedit ubi illa opponitur per creditorem censuarium, vel per illum, qui aliam non gerit personam nisi illam censuarii ejusdem creditoris, cujus personam, & iura tantum præsentet, quoniam censuarius habere non potest majus jus quam cedens, ideoque eadem irrepitibilitatis exceptio, quæ obstat cedenti, obstat debet censuario, atque in his terminis procedunt allegatæ decisiones, potissimum etiam fundamentum in eo constituentes, quod ibi agebatur de voluntaria cessione procurata per spoliatorem, seu aliâ intrusum, ut in ejus injusta, & intrusiva possessione ita se confoveret.

Secus autem ubi agit de legitimo possessore rei censuatae jure domini, qui licet potuit ad ipsam rem liberandam extinguere censum etiam invito creditore censuario ex deductis per Cenc. qu. 104. n. 7. Romana dotis 5. Maji 1659. coram Bevilacqua, & sepius, Tunc enim idem possessor, qui solvendo de proprio pretium census effectus est ejus creditor, nullatenus prohibendus venit ex cessis iuribus anterioribus, retentionis beneficio uti adversus posteriores, quoniam si pro eodem credito tanquam ex facto casu evictionis ita evitata, seu præventæ, agere poterat contra venditorem, vel etiam contra tertios possessores, ejus bonorum, multo magis retentionis beneficio uti potest, quia cui datur actio, fortius competat exceptio.

Clarius verò ex ea facti circumstantia, quod venditores erant jam defecti, atque in eorum bonis formatuserat concursus, qui in Curia ex reformatione Pauli V. inductus dicitur per unionem trium creditorum, isto enim casu conceditur ex æquiori opinione concursus creditoris censuarii etiam pro sorte (non obstante quod teneatur, ac verior sit opinio, ut per decoctionem debitoris contractus censuali non rescindatur, eo modo, quo de particulari stylo Sac. Conf. & aliorum Tribunalium Regni Neapolitani ibi rescinditur) ut in praxi servari post alios allegatos testantur Cenc. q. 108. n. 13. & Olea de cessione tit. 4. q. 2. n. ult. & latius agit Salgad. in labyr. p. 1. c. 19. Ex ea clara ratione, quod licet creditum sortis principalis sit irrepitibile, unde propterea creditor pro illa agere non potest ad effectum solutionis, rectè tamen agere potest in concursu, qui efformatur in bonis debitoris, ut creditores posteriores tot bona communis debitoris dimittere debeant, quæ sufficiant ad annum redditum, itaut salva sorte super eorumdem bonorum proprietate sit etiam rursus de fructibus, quod posterioribus non expedit, eisque potius esset præjudiciale, quoniam non de facili datur casus, ut bona ad æquantia in valore sortem, dicantur constituisse fundum idoneum ad censum, unde propterea magis creditoribus posterioribus expedit ex pretio bonorum distrahendorum, sortem in pecunia per actum retro similem restitui, atque ex hac ratione prodiit dicta praxis, quæ ubique communis videtur, ideoque in iustam credebam actorum præensionem, & ita iudicatum fuit.

- 1 De valida, vel invalida extinctione, & in qua moneta fieri debeat.
- 2 An census sit redimibilis, ubi non constat de impositione.
- 3 An extinctio facta cum hærede gravato liberet debitorem.

ADNOT. AD DISC. XXI.  
cum pluribus seqq.

**A**gitur in his discursibus de valida, vel invalida extinctione census, super qua videantur ea, quæ habentur in hoc Supplemento disc. 37. & 38. ubi an fieri possit depositum non integrum, vel in diversa specie moneta; Ac etiam disc. 42. ubi an census sit redimibilis, necne quando non constat expressè de eius impositione, & natura.

Et iuxta contenta in disc. 24. & 25. ut extinctio facta cum hærede gravato contra legem conventionis non valeat, fuit menscribente decisum in Romana census 1. Aprilis 1669. coram Bourlemont.

ROMANA EXTINCTIONIS  
CENSUS.

PRO SOCIETATE SPIRITUS SANCTI  
NEAPOLITANORUM

CUM NICOLAO DE MAZZIOTTIS.

Casus resolutus per Vicarium pro Mazziottis.

**A**n & quando extinctio census fieri possit per usufructuarium in præjudicium proprietarii, seu ejus, qui vocatus est, per mortem illius, ad cuius favorem sub nomine usufructus de censu per creditorem dispositum fuit.

- 1 Facti series.
- 2 Usufructuarius census non potest illum extinguere.
- 3 Quando dicatur census, seu translatus solus usufructus formalis census, vel etiam casualis.
- 4 De justa excusatione debitoris facientis extinctionem cum eo, cum quo fieri non potest.
- 5 Si duo simul extinguant unum censum, vel vendant eadem loca montium, An unus ex eis vendicat medietatem ex persona propria.

**A**gnes de Mazziottis domina ratæ census scut. 600. asequendi à Societate Spiritus S. volens ingredi Monasterium, donavit usufructum ratæ scutor. 300. Lauræ Emilia, & Portiæ Clarici fororibus monialibus, cum reciproca inter eas, eisque mortentibus succedere voluit Silviam alteram fororem tunc innuptam, cui eodem tempore donavit alteram ratam scut. 300. dando huic facultatem se dotandam cum dicto censu etiam in proprietate, dictaque Silvia sine filiis decedente, voluit in omnibus scuris 600. succedere Ascanium, & Nicolaum eiusdem Agnetis fratres, Volens autem dicta Societatis integrum censum, quem in maiori summa cum isti Mazziottis habebat extinguere, dictam primæ ratæ scut. 300. extinctionem fecit cum præfatis Laura Emilia, & Portia Clarice Monialibus, seu eorum procuratore; Verùm dicto Nicolao ut supra substituit prætentente extinctionem esse malè factam, Hinc orta est lis coram Vicario, seu eius Locumtenente, qui condemnavit Societatem ad sui solutionem fructuum, ex eo fundamento, quod iuxta magis communem opinionem relatam per Cenc. qu. 109. n. 64. cum seq. & quam uti probabilior, sequitur Curia, extinctio census fieri non potest cum usufructuario absque interventu, & consensu proprietarii, ex ea clara ratione, quod usufructuarius non dicitur habere rei dominium, cum usufructus importet servitutem, ob quam proprietarius pari tenetur, ut usufructuarius sua manu fructus percipiat, & advertitur in Senen. sub tit. de servit. ad materiam usufructus, disc. 57. ubi an extinctio fieri possit cum proprietario solo.

Scribens pro Societate, quamvis more Advocati deducere aliquas auctoritates ab eod. Cenc. alteras, ad probandam validam extinctionem cum usufructuario, Agnoscento tamen id non esse de facili foro sustentabile, admittebam

bam difficultatem esse considerabilem, quando ageretur de usufructu formali, itaut dictæ mulieres, cum quibus extinctio facta erat, revera non haberent nisi servitutem ut supra, dominio autem, & proprietate pœnes alterum residente; Verùm cum aliquo etiam sensu veritatis, dicebam non esse in casu, quodque licet instrumentum donationis in verbis exprimeret, ratam prædictam istis monialibus donari in usufructu, Nihilominus attestata substantia dispositionis, dici non poterat quod ex tunc, & ab initio Nicolaus, & Ascanium substitui essent donatarii proprietatis, ut iuxta magis communem, & receptam opinionem habemus in ultimis voluntatibus in eo, qui post mortem uxoris instituta in usufructu vocatus fuit, quia dicitur hæres ab initio ex deductis apud Merlin. dec. 505. aliâs dec. 22. p. 6. rec. & in aliis, de quibus sub tit. de fideicom. & in altero de detractionibus, quoniam prædicti fratres vocati erant sub omnino incerto, & eventuali casu mortis, non solum dictarum Monialium, sed etiam Silviam alterius fororis, & quatenus ipsa decederent sine filiis, præsertim quia huic expressa facultas data erat dandi in dotem ipsum censum, ejusque substantiam, seu proprietatem, unde propterea illud nomen, seu vocabulum usufructus, referendum erat ad casualem magis quam ad formalem, dum in jure receptum est ex præsumptionibus, seu verius simplici usufructui formali non congruis, sub eo etiam proprietatem venire ad text. in l. Procul. ff. de usufructu, ubi DD. de quibus latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 133. Buratt. & adden. dec. 24. & 44. Castill. de usufructu, capitul. 30. unde propterea dictum usufructus vocabulum adhibitum fuit gratia demonstrandi intentionem donatricis, ut donatio non egrederetur Monialium vitam, & necensus perpetuo transiret ad monasterium.

Et quamvis non levem difficultatem mihi inferret consideratio, quod proprietate ita donata diceretur prædictæ alteri forori innuptæ, substituta sine illa conditione eventuali mortis absque filiis, cum qua dicti fratres ultimo loco vocati erant, dum ista conditio in monialibus incongrua erat; Et fortius, quia donatrix dictæ puellæ expressam dederat facultatem dandi in dotem etiam proprietatem, unde remanebat expressum, quod hæc esset proprietaria; Nihilominus difficultas cessabat osti istius præorientiam cum dispositione ad favorem earumdem Monialium, neque actori substitutio suffragari poterat, dum ea concepta erat post mortem omnium.

Et nihilominus dicebam ex præmissis sufficere id reddi probabiliter dubium, itaut iuste Societatis, & Ecclesiæ Administratores credere poterint censum cum dicti primis donatariis potuisse extingui, cum hoc sufficiat si non ad veram ac præcisam extinctionem, ad legitimam tamen exceptionem, seu excusationem, ob quam Ecclesia contendens de puro damno possit se tueri adversus agentem de lucro ad iteram solutionem, cum favorabilior sit causa liberationis, præsertim favore Ecclesiæ, seu corporis inanimati sub aliena legalis administratione viventis, ex deductis per Giub. dec. 79. n. 20. Salgad. in labyr. p. 2. c. 9. num. 115. cum seq. Et in specie census extincti cum eo, quem debitor probabiliter iudicavit creditoris mandatarium, quamvis revera, & in stricta juris fediranon esset talis, fuit dictum in Avenion. Pecuniaria 15. Januarii 1648. coram Dunozz. uto inter suas dec. 786. ac habetur deducta in Romana census pro Domo Professa Societatis Jesu, hoc eod. tit. disc. 24. ubi tamen hoc motivum difficultates patiebatur.

Præterea incongruam dicebam actoris petitionem pro fructibus, dum adhuc casus suæ vocationis non venerat, stante supervivencia unius ex dictis Monialibus alteri præorienti substituta; Adversus quam exceptionem replicabat actor veniens etiam tanquam dictæ superstiti mandatarius, exceptionem prædictam suffragari posse quoad solam medietatem spectantem ad ipsam viventem ex persona propria, secus autem quoad alteram in eam obventam ex novo jure substitutionis, fundando hujusmodi præensionem in duabus decis. Royalibus editis in Romana locorum montium 16. Jan. 1662. & 23. Jan. 1668. cor. Ninor, quarum casus est, quod duo fratres possidentes quadam loca Montium subiecta fideicommissio, illa solidum vendiderunt tertio cum vinculo eis annexo, ut frequenter prædicatur, unoque defuncto alter ex venditoribus superstes jure reciproci fideicommissi ad ejus favorem aperti medietatem dd. locorum montium vendicabat, & Rota pro eo respondit, non obstante promissione evictionis, ex ea ratione, quod hæc esset evictio ex natura rei de jure non præstantia, quodque in effectu quilibet ex dictis fratribus jus propria vitæ in propria portione vendiderat iuxta communem usum contractionis hujusmodi locorum montium vinculatorum,

& de quibus decisionibus habetur actum, sub tit. de Regalib. disc. 31.

Replicabam tamen casum esse omnino diversum, neque decisiones prædictas applicari, cum rectè procederent, quando ageretur de venditione, seu cessione translativa, quam cum suo vinculo dictæ Moniales fecissent de censu adhuc vivo, & durante, secus autem ubi ipsæmet asserentes se dominas cum facultate recipiendi extinctionem, istam fecerunt per actum retro similem recipiendo pecuniam; tunc enim esset allegare propriam turpitudinem, ideoque obstat exceptio doli, quodque in omnem eventum Societati debitrice competebat retentio istorum fructuum durante vita dictæ Monialis, pro se reintegrando de illa rata sortis, quam ipsæmet indebitè habuerat; Quamvis autem dicta responsio cum hac præsertim ultima consideratione esset nimis evidens, atque in proposito conferrent deducta in Romana locorum montium de Panesitis, sub tit. de Regal. dicto disc. 31. Adhuc tamen apud iudicem remansit difficultas ob allegatas decisiones, cum incredibile sit quantam impressionem faciant decisiones, vel doctrinæ, quæ punctuales videantur, non distinguendo, an faciant ad casum necne, Atque hæc est major angustia, quam in Curia patiuntur illi professores, qui scientificè ac per principia student; Undè decrevit contra Societatem, sed appellatione interposita, commissa fuit causa cum clausula translativa, & pendet nisi concordata sit ut credo.

ROMANA FIDEICOMMISSI

PRO CORNELIA ALICORNA.

CUM JOANNE ANTONIO RUSCA.

Casus decisus per Rotam pro Cornelia.

**D**e valida, vel invalida extinctione census facta cum hærede gravato in præjudicium vocatorum ad fideicommissum.

- 1 Casus controversia.
- 2 Census extingui potest cum hærede gravato, seu possessore fideicommissi, sed declaratur.
- 3 Licet fructus usurarii extinguerent sortem ipso jure, quando tamen id limitetur favore tertii.
- 4 De alio casu in debite extinctionis census, non servata forma præscripta in instrumento ob interesse tertii.

**V**ariæ habitæ fuerunt inter istas partes controversiæ, tam super purificatione fideicommissi, quam super detractionibus, præsertim verò super extinctione cuiusdam census, quam Rusca fideicommissarius prætentebat debitorem Cornelie auctorem malè factam esse cum Enea hærede gravato, suamque præensionem actor fundabat in decisionibus editis in Romana fructuum census 22. Junii 1646. coram Cerro confirmata 30. Maji 1653. coram eodem, ubi contra Monasterium S. Perri ad Vincula debitorem consimilis census ad istud fideicommissum pertinentis, deciditur pro actore tanquam fideicommissario super invalida extinctione facta cum eodem Enea, ob non servatam formam in instrumento censuali præscriptam restituendi sortem non liberam, sed vinculatam in Monte Pietatis, non solvendam nisi ad effectum investiendi ad commodum fideicommissi.

Quamvis enim recepta propositio sit, censum validè extingui posse cum hærede gravato, neque debitorem censuarii teneri esse sollicitum de investimento, vel dissipatione pecuniæ restituta, cum sufficiat actum esse gestum cum legitimo possessore, sibi que imputer fideicommissi ordinator, cur minus fidelem administrationem suæ hæreditatis deputaverit, ex deductis per Cenc. qu. 109. n. 58. cum seq. & alios, de quibus in eisdem decisionibus, & in Romana Census 15. Jun. 1654. coram Bichio, Camerinen. dotis Ecclesiæ 9. Maji 1653. cor. Meltio, & in aliis, nam est propositio ubique recepta.

Actamen id fallit, quando in ipso instrumento adjecta est lex, iuxta quam restitui debeat pretium pro extinctione, tunc enim si eadem lege scripta debitor pecuniam liberè creditori restituit, ad iteram solutionem tenetur, atque hoc jure vivit, ita etiam ipsa naturali ratione docente, cum aliis gravatorum dissipationibus consuli non possit, neque possent praticari cautela investimentorum pretii in venditionibus, ut in proposito multiplicorum habetur in Romana fructuum, sub tit. de regalibus, disc. 23.

Idemque adeò vetum, quod etiam si fructus tanquam indebitè



tè soluti de jure venient imputandi in sortem, illamque ipso jure extenuarent, nihilominus si fors vincularia est ad favorem alicuius tertii, vel ratione fideicommissi, vel ratione evi-

tionis, ut supra, tunc dicta imputatio non intrat, sed jus remanet ei, qui indebitè solvit repetendo ab eo, cui solutum est, firmo remanente debito sortis pro jure tertii, ut in Romana Salviani 20. Martii, & 19. Junii 1651. coram Verospio, quarum secunda est 175. n. 7. p. 11. rec.

Scribens pro Cornelia rea conventa, non negabam præmissorum veritatem, quod factum assisteret, quia nempe in instrumento census tale vinculum adiectum esset, sed difficultas tollebat ex facto, quoniam instrumentum censuale hujusmodi legem adiectam non habebat, idèdque non ex eo, quod Rota ad favorem eiusdem fideicommissi in consimili casu ita iudicasset, sequebatur, ita in omnibus aliis censibus ad idem fideicommissum spectantibus iudicandum esse, dum id non provenit à regula generalis juris, sed à natura pactorum, & facti circumstantiis.

Dicta verò conclusio de invalida extinctione census non servata forma adiecta pro cautela, & indemnitate tertii, canonizata etiam fuit me scribente pro heredibus Marchionis Francisci Ursini in Romana census... Martii 1669. coram Bourlemont; quoniam cum pro dote Marris dicti Francisci Neapolioni eius Patris constituta esset dos scut. 5. mill. in pecunia sub pacto, & vinculo investimenti, atque ex his data essent ad census scuta 3. mill. illis de Matthæis cum dicto pacto, ut in casu redemptiois fors deponi deberet in S. Monte Pietatis vincularia ad effectum investimenti pro cautela doris, dictoque pacto neglecto fors eidem Neapolio restituta esset liberè; Hinc assumpta disputatione, an constaret de valida extinctione, responsum fuit negativè, ut supra, & meritò quia ob interesse tertii non poterat dicta forma spectari, cum alijs investimentorum cautela omninò inanes, ac faruæ remanerent.

Et licet scribentes pro debitoribus insisterent in propositionibus generalibus, quod rectè solvitur proprio creditori, atque sit distractus cum eo, cum quo initus est contractus, neglectis etiam cautelis, & vinculis, quæ per creditorem remitti poterunt; Attamen id rectè procedit in præiudicium ipsius creditoris, qui potest eius iuribus, & cautelis renunciare, ac habentium causam ab eo, in quibus terminis procedunt dictæ propositiones, ac autoritates quas desuper habemus, non autem in præiudicium tertii, pro cuius cautela, & indemnitate hujusmodi pacta, & vincula adiciuntur, atque hæc videtur certa veritas,

R O M A N A C E N S U S  
PRO DOMO PROFESSA SOCIETATIS JESU,  
CUM CAROLO, ET FRATRIBUS  
DE GENTILIBUS.

Casus variè per Rotam decisus, postea concordatus.

An extinctio census valide fieri possit cum eo procuratore, cum quo creatus fuit, & qui etiam ad fructuum extinctionem deputatus erat.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Quæ regula tenenda sit in deferendo decisionibus, & doctrinis, & quomodo iudex debeat se gerere.
- 3 Distinguantur plures casus super questione, An rectè distractatur cum eo, cum quo contractum est, & an census bene extinguatur cum eo procuratore, cum quo est constitutus.
- 4 Ex quibus censetur quis constitutus procurator cum generali administratione.
- 5 De mandato præsumptio.
- 6 Disiecta facienda est principali creditori, vel procuratori speciali.
- 7 Januenses præsumuntur diligentes.
- 8 De solutione facta heredi, vel Prælati putativa, aut alteri cui iuste credi potuit, an assequatur liberationem.
- 9 In concursu culpa procuratorum, seu administratorum hinc inde, quæ sit magis excusabilis.
- 10 Sæpè resolutiones capi solent ex motibus ignotis etiam ipsi victoribus.
- 11 Quare aliquando in decisionibus ponantur motiva parum ad rem facientia, & de regula, cum qua decisiones attendi debent.

Um Januenses soleant pecunias in satis notabili quantitate implicatas tenere in Urbe, in locis montium, officii, ac etiam in censibus, & cambiis, prout occasio præbet, habeantque proinde in eadem, ut plurimum propria nationis correspondentes, qui tanquam eorum procuratores, ac negotiorum gestores, eorum negotia gerunt tam circa ipsa investimenta, quam etiam circa exactionem fructuum, & alias occurrentias; Hinc Joannes Andreas Gentilis, habens in Urbe correspondentem Paulum Hieronymum Mambillam pariter Januensem, rationem bancariorum exercentem, isto mediante plures, ac notabiles pecuniarum summas in diversos effectus investire consuevit, ac præsertim de anno 1647. Domus Professæ Societatis Jesu ad commodum dicti Joannis Andree, mediante persona dicti Mambillæ tanquam ejus procuratoris imposuit census scutorum 180. auri in auro stampatum pro sorte scut. similibus auri 4. mill. servata in omnibus forma præscripta per Constitutionem Pii V. juxta quam, prævia extrajudiciali denunciatione loco didictæ, ac integra solutione fructuum, de mense Augusti 1651. ille met procurator, qui census imposuerat, eundem extinxit per actum retrospectivum restitutionis sortis in æquivalenti summa, quam dicta Domus ab alio habuit ad census sub minoribus fructibus; Cùmque deinde Mambilla defecisset, Gentilis autem assereret de dicta accepta sorte, ac fructibus non fuisse reintegratum; Hinc præterdens census esse malè extinctum, pulsare coepit dictam Domum Professam pro solutione fructuum decursorum, atque vigore obligationis cameræ in instrumento censuali adjectæ mandatum executivum ab A. C. obtinuit, à quo commissæ causa appellationis in Rota coram Melrio cum clausula, siquid exequendum, sub die 13. Junii 1656. prodiiit resolutio dictæ Domui favorabilis super denegata mandati executione, ex fundamento validæ extinctionis census, qua postea certum est fructus amplius non currere, atque in eadem resolutione perstitum fuit in secunda disputatione habita 4. Junii 1657. Deinde vero concessa iterum audientia sub die 10. Februarii 1659. recessum fuit à decisum cum fundamento invalidæ extinctionis, ut potè factæ cum persona non legitima, non habente sufficiens mandatum procuræ, atque in hac resolutione perstitum fuit in alia disputatione habita 31. Maji 1660. ita ut adessent in causa duæ decisiones pro quolibet ex contententibus, in quo statu reposita causa, cum ob votorum discrepantiam capta non esset resolutio, id ansam dedit concordia, quæ liti finem imposuit.

Dictatum decisionum hinc inde editarum potissima fundamenta respectivè consistunt magis in facto, quam in jure, super verbali scilicet interpretatione mandati procuræ, ac intelligentia verborum, & clausularum, quæ in eo continentur, an importarent solam facultatem exigendi fructus, ut actor præterebat, ac duæ posteriores decisiones firmant, vel etiam importarent facultatem recipiendi sortem, ac extinguendi census, ut erat præsentio rei, & firmant duæ priores sibi favorabiles decisiones.

Quo verò ad ea, quæ juris sunt, tota disceptatio erat super questione, An deputatus ad contrahendum, censetur etiam deputatus ad distractendum, ac super intelligentia, seu applicatione illius conclusionis, quod rectè solvi possit ei, cum quo est contractum, deducendo plures autoritates, & præsertim aliquas Rotæ dec. impress. post Cenc. juxta casuum contingentias, validam, vel invalidam extinctionem firmantes, ut ex eisdem decisionibus hinc inde editis liquet, majorem operam utriusque partis defensoribus cum improbo labore constituentibus juxta modernum damnabilem pragmaticum stylium in consarcinando autoritates, & decisiones, earumque verbalem sensum examinando.

Scribens pro debitore contentente de liberatione, quamvis ut eidem abusu satisfacere, laborem quoque super autoritatibus, ac decisionibus cumulandis, necnon super mandati verbali intelligentia, & interpretatione; Dicebam tamen incongruum videri ad hujusmodi questionis veridicam decisionem indagandam, super præmissis immorari; Cùm enim autoritates præsertim Consulentium, & Decisionantium, fundamentum constituent in singulorum casuum particularibus, ac individuis circumstantiis; Hinc potius vanum pro meo iudicio videretur easdem attendere pro regula generali, perinde ac si essent verba legis, sed solum capi debent pro norma, & dilucidatione intellectus, ad effectum congruè, ac legaliter regulandi, & metiendi individuas facti controversi circumstantias, ob quarum, etiam levem differentiam, sæpè contingit, ut in uno eodemque

que juris articulo diversimodè iudicandum sit, ita ut decisiones, vel alia autoritates in suis casibus veræ, ad illum controversiæ indebitè applicentur; Unde propterea mea est consuetudo dicendi, totam iudicantem, vel consentientem peritiam consistere in applicando congruè activa passivis, cum de reliquo, quilibet satis mediocri literaturæ otio abundans, revolvendo libros, quorum tantam copiam habemus, de facili magnum autoritatum cumulùm facere valeat, sed punctus est in applicatione, & an faciant ad propositum, necne; Atque ex hoc resultat tam fæquens æquivocorum usus apud modernos, qui scriptorum potius, quam Doctorum partes gerendo doctrinæ in confuso consarcinant, non distinguendo casus, & terminos, in quibus respectivè loquuntur, sed est abusus absque remedio, unde ista sunt verba ad Corinthios.

Hinc proinde in hac facti specie, pro eruenda veritate, conciliandisque autoritatibus, quæ hinc inde deducebantur, dicebam plures casus distinguendos esse, dictaque distinctione attentam, probabiliores videri has partes rei conventi super valida extinctione; Primus enim casus est, ubi agit de illo procuratore, qui principali præfente, vel modica distantia absente, ad unum negotium explicandum deputatus est, puta ad creandum census, alia successiva facultate sibi non attributa; Sive ubi ejus deputatio concernit nudum factum exactionis fructuum census, aliorumque reddituum, & effectuum, prout sunt illi, quos vulgè dicimus exactores, & isto casu admittendam ex hujusmodi facultate non inferri ad illam recipiendi sortem principalem, ac extinguendi census, atque in his terminis loquuntur decisiones 831. Seraph. & 463. Merlini reper. dec. 528. post Cenc.

Alter casus est, ubi quis absque mandato redacto in scripturam, census pro alio acquisivit, quia nempe habens sui principalis pecuniam in manibus, ex ejusdem commissionis oressus data eam in census acquisitionem investierat, & hic est propriè casus postus per Cenc. q. 109. nu. 40. in qua autoritate consistere videbatur potissimum fundamentum actoris, ac posteriorum decisionum pro eo editarum; Tum enim quia hæc persona à creditore expressè approbata non fuit, neque suorum bonorum administrationi præposita, dum non constat, nec justificari potest actum gestum esse de præcedenti mandato, quod solum ex rarissime defumitur; Hinc proinde cessat illa præsumpta voluntas mandantis, in qua fundatur text. in l. filius, Cod. de patris, & in l. quod servus, Cod. de solut. ex quibus utrobique DD. congesti per Surd. consil. 43. sub n. 2. & cons. 229. n. 8. cum seqq. defumunt, an illi, cui commissus est contractus, censetur etiam, necne commissus distractus, unde propterea dicebam Cenc. non improbabiler in dicto casu per eum exemplificato loqui, sed non bene ad præsentem applicari.

Tertius demùm casus est, ubi agit de illo procuratore; qui principali longa distantia absente, omnia eius negotia gerere, totumque patrimonium, seu assem in loco possessum administrare solet tam circa ea, quæ concernant contractum, vel distractum sortis, quam circa exactionem fructuum, ita ut talis mandati exercitio, generalis inhibitoriæ, ac negotiorum gestionem importare dicatur, cum notabili successiva observantia. Et tunc dicebam non intrare autoritates, vel rationes primùm, & secundum casum supra exemplificato percutientes, cum hic non jure simplicis procuratoris ad unum actum, vel unum negotium regulari debeat, sed jure iustitioris, ac generalis administratoris, juxta terminos text. in l. 1. de iustitioria actione, & dicta l. filius; C. de patris, cum concord. per Rotam Januensem dec. 14. Buratt. & Add. dec. 85. & 239.

Et hic est propriè casus, de quo agit Castren. cons. 20. lib. 2. in cuius, ac sequacium autoritate se fundant duæ priores decisiones debitori favorabiles, idque non obscurè admittitur apud Seraph. dicta dec. 831. n. 6. & seqq. in qua fundantur duæ posteriores; Excitata enim difficultas, quod idem procurator consimilem fecerat extinctionem, unde inferebatur ad quandam generalem administrationem, evitatur solum difficultas ex facto, quod scilicet dictus actus subsequatur post decem, & septem menses, unde non poterat ab eo defumit argumentum, quoniam priora influunt in sequentia, non autem è converso.

Neque adversari videbantur deducta per Surd. dec. 229. ubi de consimili curatore, seu generali administratore, & in qua autoritate magnum pro actore fundamentum constituebatur, quoniam apud eum non disputatur de extinctione per veram, & effectivam solutionem per actum retrospectivum, sed de simplici confessione de recepto, seu acceptatione, Card. de Luca, Lib. V.

que posito etiam sufficienti mandato ad exigendum, procuratori, vel iustitiori, seu alteri administratori de jure non conceditur.

In hoc ultimo casu dicebam verè, ac propriè nos versari, quoniam Mambilla non erat simplex mandatarius destinatus ad fructuum exactionem, ita ut exactoris potius nomen mereretur; Minusque procurator specialiter deputatus ad unum negotium tantum explicandum, sed habebat generalem inhibitoriam, ac administrationem omnium negotiorum, quæ dictus Gentilis in Urbe gererat, dum in facto probabatur, ipso principali approbante, plures alias census, seu cambiorum extrinseciones aliasque contractiones activas, & passivas fecisse circa ipsas sortes principales, eas recipiendo, vel respectivè dando; Unde propterea ex hujusmodi observantia duo resultabant bonum sui debitoris satis comprobantia; Primo scilicet interpretatio verborum, & clausularum, quæ continentur in mandato, & de quorum significatione adeo disputatum fuit, ut constat ex decisionibus hinc inde, cum data ambiguitate intrat receptissimum axioma in foro quotidianum, ut omninò defendendum sit observantia tanquam optime interpreti, & cuius interpretatio talis est, quod etiam verborum proprietati prævaleret; Et secundo resultat mandatum præsumptum, quod non dubitatur etiam per præsumptiones, & conjecturas induci, facilius verò in eo, qui solitus est hujusmodi personam gerere, atque alia mandantis negotia explicare, ut in specialibus terminis extinctionis census factæ cum procuratore præsumpto firmatur in Avenionem. pecuniaria 15. Januarii 1648. coram Dunozerro inter suas dec. 876. Et generaliter afficit. dec. 308. num. 6. dec. Genue 14. nu. 4. Grat. discept. 677. n. 24. & 26. & sæpius sub tit. de credito, & sub alio de contractibus.

Ea etiam accedente præsumptione verisimilis voluntatis principalis creditoris, ut prædictus ejus minister, seu correspondens hujusmodi facultatem haberet, Si enim esset simplex exactor fructuum carens facultate recipiendi sortem, certum est, quod cum eo fieri nec potuisset, nec debuisset didicta faciendi principali, vel ejus legitimo procuratori habenti facultatem recipiendi sortem ac retrovendi census, ex deductis per Cenc. q. 103. n. 23. unde propterea stare absentia principalis, didicta prædicta fieri potuisset in eadem Urbe per diligentias, atque abique eo, quod didictus principalis aliquam notitiam haberet, fors aliam formam Bullæ Pii deponi debuisset in Monte Pietatis, ibique diu otiosus remanere, quod verisimiliter dicendum est nolitum fuisse per dict. principalem virum diligentissimum, ac non solum tenere pecunias otiosas, quæ præsumptio generaliter militat in quocumque Januense, ut advertunt Rovit. cons. 103. n. 10. lib. 2. & Rota dec. 594. n. 23. par. 5. 706. & in Romana prætenforum cambiorum 30. Aprilis 1655. cor. Dunozerro inter suas dec. 962. n. 7.

Præterea dicebam, saltem negari non posse, satis probabiliter ex verbis mandati, ac observantia, & alijs, de quibus supra, debitorem potuisse cum optima fide credere illum mandatarium, cum quo initus erat contractus, potuisse facere distractum, quod controversi non poterat, dum ex duabus prioribus decisionibus constabat idem Rotæ Tribunal id credidisse; Quo posito cum favorabilior sit causa liberationis, quæ benigniorem interpretationem recipere debet, exinde sequitur, solventem ex iusto errore, ac probabili credulitate ei, qui iudicabatur habilis ad solutionem recipiendam, assequi liberationem, quamvis in stricto jure talis facultas non adesset.

Ut de solvente heredi, seu Prælati putativo, vel simili latè post antiquiores ab eis allegatos, Glurb. dec. 79. nu. 20. Salg. in labyrint. par. 2. c. 9. n. 115. cum plurib. seqq. Rota apud Merlin. dec. 463. alijs 374. par. 5. rec. nu. 40. cum seqq. Et in terminis magis proximis extinctionis census factæ cum eo, qui iuste credebatur legitimus procurator in dicta Avenionem. pecuniaria 15. Januarii 1648. coram Dunozerro inter suas dec. 786.

Fortius, quia non agebatur de solutione facta ab ipsomet principali debitore, seu voluntario ministro pro ipsam deputato, quo casu dici potest sibi imputandum esse, cur minus diligens fuerint in investigando legitimitate, ac sufficientem facultatem ejus, quem sciebat non esse principalem creditorem, sed alieno nomine actum facere, dum agebatur de Ecclesia, seu loco pio penesesse sub aliena legali administratione vivente, unde quando ejus administrator male se gessisset, ita ut ageretur de concursu culpæ in utriusque partis mandatariis, & ministris, tunc in hujusmodi concursu, condonandum potius videbatur culpæ Religiois M admi-

administrantis bona Dōmus Professæ, quam alteri; Tum quia culpa Mambillæ erat in committendo redolens dolum positivum, illa verò hujus Religiosi erat in omittendo; Tum etiam quia Dōmus Professæ contendebat de majori damno, & præiudicio; Et demum quis in æquali concursu, prior est conditio rei, & debitoris agentis ad liberationem non gratitiam, sed respectivam cum solutione verè sequuta, quam creditoris agentis ad condemnationem, ac duplicatam ejusdem debiti solutionem, cum rectè sibi objici possit, cur opera minus fidæ, & dolose personæ uteretur; Atque excusabilis videatur dictus Religiosus administrator sequutus illius personæ fidem, quam idem creditor continuato plurimum annorum spatio, ac in longè gravioribus negotiis generaliter probaverat.

Quamvis autem, reflectendo etiam ad veritatem; hæc viderentur convincentia, ita ut si de causa forensi, atque ignotis personis ageretur, pro hac parte omnino responderi deberet; Nihilominus quia sæpè prodeunt causarum resolutiones, vel ex motivis, & causis, de quibus Apont, dec. 34, in fin. Vel ex aliis, quæ ipsimet victorum Advocatis ignota, per iudices excogitari solent, ut advertit Rovit, dec. 49, n. 13. Atque aliqua saltem de facto urgebat difficultas ob dicti Mambillæ decoctionem præfata actui proximam, ex qua Tribunal suspensionem concepere potuit de aliqua collusionem, quæ sive malè, sive benè concepta, satis durum est cum solis juris regulis, ac propositionibus iudices in propriam sententiam trahere; Hinc proinde me, & aliis hujus parris Advocatis consulentibus, ad honestam concordiam devenit, quæ mediante præfatis controversia finem habuit; Unde edocemur, quam periculosum sit cum solis decisionibus, vel consiliis in consimilibus controversiis in iudicando, vel consulendo procedere, cum frequenter resolutiones ex aliis ignotis probabilibus motivis prodeant, sed quia non expedit ea patefacere; Idcirco ad resolutiones colorandas aliquæ legales conclusiones prudenter adaptantur, malè tamen capiendæ pro determinatione generali attendenda in aliis causis, in quibus illæ circumstantiæ non concurrant; Ideoque in Decisionibus, vel Consiliis ponderandus est totus casus, factaque comparatione omnium circumstantiarum hinc inde, videndum est, an congruat casui, seu controversiæ ad quam allegantur, necne, adeoque in applicacione totum consistat.

TUDERTINA CENSUS PRO BONAVENTURA COSPANO CUM ROSSETTIS, ET ALIIS,

Casus variè decisus per Rosam.

Malè extinguens censum non servata forma in ipso instrumento censuali adjecta favore tertii, cujus cautela solam sortem principalem respiciat, An teneatur ad illa interusura, ad quæ tertius actionem habet contra creditorem, cum quo census extinctus fuit.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
- 2 Conclusio, ut extinctio facta non servata forma instrumenti super restitutione sortis vincula non valeat, quando procedat.
- 3 Investimentum pretii rei empti pro cautela emptoris, an fiat de istius dominio sequuta evictio.
- 4 Emptori debentur etiam fructus pecunie soluta evincere volenti rem emptam, evictionem preveniendo.
- 5 Equitas locutabit, habet locum etiam favore emptoris.
- 6 Censum malè extinctum fingitur durare, & vivens etiam pro cursu fructuum favore tertii.
- 7 De damnis, & interesse debitis etiam pro censu, pro quo alias non currant fructus.

D I S C. XXV.

Antonius Cospans author Bonaventuræ, de anno 1603, emit à Paulo Petro Accursio quasdam terras pro pretio sc. 940. ex quibus ex pacto, investiti fuerunt sc. 509. in anno censu sc. 40. imposito per Nicolaum Roscettum ad favore venditoris, cum pacto adjecto pro cautela emptoris, ut in casu extinctionis requiri deberet ejusdem emptoris, vel suorum præsentia, & consensus, ad effectum, ut pecunia denudò investiretur loco cautionis pro evictione; Cumque de anno 1611. mortuus esset iudicium super dictis tertiis, em-

ptor licem denunciavit, non solum hæredibus venditoris præmortui, sed etiam Rossetto census impositori, curando etiam ad abundantiore cautelam sibi per iudicem inhiberi, ne sortem, & fructus irrequisito ipso emptore solvere; Verum hoc non obstante de anno 1620. ad extinctionem per actum retro similem restitutionis sortis cum integra solutione fructuum processum fuit, unde propterea emptor, qui imminens evictionem preveniendo, ut illam evitaret, scuta 700. solverat, de anno 1648. pro ejus reintegracione obtinuit ab A. C. contra dicti Rossetti hæreditatem, & bona mandatum exequutivum tam pro sorte, quam etiam pro fructibus usque tunc decursis, perinde ac si census extinctio sequuta non esset; Verum commissa per Signaturam causa appellationis in Rot. cor. Taja, cum clausula, si quid exequendum, sub die 14. Februarii 1659. resolutum fuit mandatum esse exequendum, non ad effectum solvendi, sed deponendi, deinde verò reposita causa sub die 9. Martii 1644. reformata fuit prior decisio, decernendo dicti mandati executionem pro sorte principali tantum, ac fructibus decursis à die sequestrati, seu inhibitionis usque ad diem extinctionis, non autem ab inde citrà, atque in hac posteriori resolutione perstitum fuit in alia propositione sub die . . . . . Maji 1665. ex eo fundamento, quod post census extinctionem ad formam Bullæ Pianæ jam sequutur, nulli currunt amplius fructus, qui debentur non possunt ex censu jam extincto, ac amplius in rerum natura non exstant.

Nil restigante invalida extinctione ob non servatam legem in ipso contractu favore tertii adjectam, ob cuius sortem actus habetur pro infecto iuxta decisionem in Romana fructuum census 22. Junii 1646. & 30. Maji 1653. coram Cerro, de quo in Romana fideicommissi de Alicornis, disc. 23. quoniam dicunt posteriores decisiones, id rectè procedere, ubi cautela respicit ipsius census dominium, atque ille tertius, cujus favore adjecta est, fructus sit dominus, ut est in casu dictarum decisionum, in quo agebatur de censu spectante ad fideicommissum, liberè non extinguendo cum hæredè gravato, vel fideicommissi possessore; Secus autem, ubi jus tertii est ratione crediti, & pro cautela pretii consistens in sola sorte principali, quia tunc sufficit istam remanere salvam cum condemnatione debitoris ad iteratam solutionem, perinde ac si impleta lege contractus, eadem fors tutè depositata fuisset; hoc enim impedire non poterat facultatem extinguendi cum directo, ac aliàs libero census domino, & creditore.

Et quamvis alter doctus, ac senior Advocatus pro hac eadem parte scribens, prætenderet quod facta esset evictio, investimentum prædictum transisset in dominium emptori, pro cuius cautela illud factum erat, unde propterea ex tunc ad ejus, tantquam domini favore fructus currere cœperint, allegando in id auctoritatem Gizzarell. dec. 29. n. 10. At tamen hoc motivum cum iustitiæ fundamento rejectum fuit, utpotè nullam habens probabilitatem, casus enim Gizzarelli est diversus, ut ex lectura, atque in præfati emptor pro evictione passa remanebat solum creditor quantitatis, species verò empta ex pretio pro cautela emptoris dicitur de dominio venditoris, cujus commodo, vel incommodo accedit augmentum, vel diminutio, ut in specie consimilibus investimenti habentur dec. 232. par. 8. rec. & non semel sub tit. de feud. ad materiam Bullæ Baronum super illis investimenti, quæ sunt per creditores in loca Montium, quoties dare nolunt, vel non possunt cautionem de restituendo prioribus, & posterioribus; vel in casu evictionis; &c.

Quare in ultima præfati disputatione, in qua ob alterius verè insignis Advocati obitum solus scribebam, duas constituere inspectiones; Unam circa creditum Cospans emptoris cum Accursio venditoris, ac principali debitor evictionis, quid scilicet consequi deberet, an solam summam de proprio solutam evinceret, ut evictionem evitaret, vel aliquid plus; Et secundo, posito isto credito etiam pro fructibus in ea summa, pro qua mandatum relaxatum fuerat, an pro eo actionem haberet contra censuarium tantquam debitorem debitoris.

Quoad primam, cum pecunia soluta evincendi vim habeat verè evictio, seu singulare pretium solutum re non habita, ad tex. l. si servus venditus, §. cum igitur, ff. de evict. cum concordantibus plenè deductis, dec. 337. & 390. par. 5. rec. ac habetur in sua materia sub tit. de empt. & vendit. præfati in Romana Salviani pro Duce Bonello, Exinde resultare dicebam, non solum debitum in sorte principali pro ea summa, quæ evincendi soluta fuerat (in quo casu erat extra controversiam, ac firmatur in causæ decisionibus,) sed etiam in fructibus recompensativis, qui in iudicio evic-

CAMERINEN. CENSUS PRO HIERONYMO MELLIORATO, ET CONSORTIBUS CUM GINNÉSIO PETRELLA.

Casus disputatus coram Aud. Cam. incertus est exitus.

An & quando depositum fortis principalis dicatur benè, vel malè factum pro extinctione census, ita ut ejus periculum cedat damno debitoris, vel respectivè creditoris.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
- 2 Circa distictam, an habeamus certam formam, & quid sufficiat, ut dicatur benè facta.
- 3 Quid circa depositum sortis restituenda.
- 4 Deponere non est solvere, & quando debitor deponenda liberetur.
- 5 Depositum malè factum validatur per ratiobationem.
- 6 Quando etiam sine contumacia rectè deponatur.
- 7 Extinguens censum cum Titore, vel Prelato, an consequatur plenam, & tutam liberationem.

D I S C. XXVI.

Dorotheus Rotellus debitor cujusdam census consignativi per ipsum impositi ad favorem Ecclesiæ, cuius erat Rector Ginnesius Petrellus, prædium vendidit Blanchino sub conventionem, ut pretium erogari deberet in extinguendis ejus debitis, inter quæ aderat iste census, unde propterea idem Dorotheus didictam fecit præfato Petrello Rectori in forma, sed in sine bi mensuris per Constitutionem Pianam præscripti, non citavit iuxta consuetam formulam ad recipiendum statuta die, & hora solutionem, eoque non comparente, vel non curante illam recipere ad videndum mandari deponi, cum solum de facto pecunia deposita fuisset pœnes Montem Pietatis Terræ Sancti Ginnesii, de quo erant partes; Quo deposito sequuto, illoque dicto Rectori intimato, eas mutando sub usuris per mutuatium præfato Rectori præstantis loco illorum fructuum, qui alias percipi debuissent ex censu, in quem eadem pecunia investiri deberet, prout de facto per aliquod tempus mutuatarius solvit dictas usuras, officiali montis, qui eas solvit dicto Rectori; Sequuta verò dicti officialis morte, forsitan non solvendo, detectoque etiam minus idoneo mutuatario; Hinc Rector prædictus pulsare coepit debitorem census, seu Mellioratum ejus successorem, vel honorum possessorem, prætendendo quod ob didictam, seu respectivè depositum malè factum, census haberetur pro adhuc vivo, & durante, & introducta causa cor. A. C.

Scribens pro seo convento, ex particularibus facti circumstantiis dicebam, non improbabiler pro eo respondendum videri, saltem quatenus dictus rector esset solvendo. Itaque ab eo magis culposo Ecclesiæ reintegrari poterit; Didicta enim erat benè concepta, cum super ea non habeamus in jure præscriptam certam formam, ideoque concipi potest cum quibuscumque verbis, vel modis, ex quibus declarata remaneat voluntas debitoris redimendi censum, creditoris benè explicata, ut dec. 276. num. 1. & dec. 277. n. 8. & 9. post Cenc. cum aliis apud eundem, qu. 107. num. 25. Anconitana census 15. Martii 1660. Taja Romana census 28. Martii 1664. Priolo.

Prout circa depositum, pariter certa forma non habetur, sed principaliter inspicitur, an ita conceptum sit, quod remaneat irrevocabile, ita ut non sit in libito debitoris illud reassumere, sed è conversò liberum sit creditoris depositam sortem quandocumque re habere, dec. 278. n. 1. & dec. 296. n. 2. post Cenc. in d. Romana Census cor. Priolo, §. sit enim sortis depositum, & conferunt, quæ circa formam pecunie numeratæ in creatione census præscriptam habetur hoc eodem tit. deducta super censu creato cum cedula bancaria, istam distinguendo à simplici ordine, ex dicta diversitatis ratione abdicacionis domini pecuniæ à debitoribus, ac respectivè libertatis habendi pecuniam quandocumque uni, vel alteri competentis.

Sola difficultas remanebat in eo, quod non præcessisset citatio ad recipiendum solutionem pro certa die, & hora, ex eo quod deponere non est solvere, neque debitoris licitum est ab abrupto debitam pecuniam depositare, sed solum id

extinctionis reficiendi sunt, ut per Leotar. de usur. q. 36. n. 16. & q. 56. n. 16. & supponitur apud Buratt. dec. 240. n. 9. Et in terminis specialibus fructuum illius pecuniæ, quæ per emptorem preveniendo evictionem soluta est evincere volenti, Fab. de Ann. cons. 15. n. 17. ubi dicit ita decisum per S. Concilium; Et generaliter quod æquitas l. curabit, C. de alien. empti, procedat etiam favore emptoris, Surt. cons. 101. n. 26. in fine, Magon. dec. Lucens. 17. n. 31. & 34. Dutan. dec. 34. n. 32. Gregor. & Adde. dec. 347. n. 7. & 18. Leotar. de usur. q. 27. n. 54. cum seqq.

Firmato igitur credito emptoris contra venditorem, etiam in fructibus recompensativis; ita ut contra ipsum principalem si adessent bona, non dubitaretur de mandati executione, Dicebam, etiam cum aliquo sensu veritatis, pro eisdem actionem competere contra dictum debitorem censuarium, non tanquam directum debitorem fructuum census, sed tanquam ad damna, & interesse ob non servatam legem contractus, perinde ac si census duraret, atque debitor fructus non solvisset, quoniam cum in odium maleficientis actum, ille habendus veniat pro infecto, ex iis, quæ in his specialibus terminis extinctionis census factæ præta lege conventionis adjectæ pro jure, & interesse tertii habentur in allegata Romana fructuum census coram Cerro, ubi allegantur Gratian. discept. 45. n. 28. & seqq. Cenc. de Cens. q. 59. n. 37. & ceteri, sequitur exinde, quod sicuti si census duraret, ac extinctus non esset, actori competeret hæc actio contra censuarium ad fructus decursos, sive etiam idem actor de illis reintegrari potuisset de sorte per dictum debitorem restituta, quam curasset illic investiri in alios census, vel effectus fructiferos, ita ad hæc teneri deberet ex eisdem rationibus, ex quibus in allegatis decisionibus coram Cerro, favore successoris in fideicommissi contra debitorem non solum decernitur debitum fortis principalis, sed etiam illud fructuum à die petitionis; Et licet in hujus causæ decisionibus dicatur casum esse diversum, cum fideicommissarius succederet in censibus hæreditariis jure domini; Attamen videtur parum tuta responsio, eum proportionabiliter eadem ratio utriusque casui conveniat, unde propterea dictæ decisiones attendendæ videbantur potius in ratione, quam in dicto, cujus tamen contrarium ex moderni sæculi malo facto semper servatur.

Dupliciter enim dicebam emptorem hujusmodi actionem ad damna, & interesse habere contra talem censuarium, quia dupliciter deliquerat, spernendo scilicet legem contractus, ac alteram legem præcepti judicialis, quarum utraque de per se sufficit ad annullandam solutionem alias factam, ac fingendam eam tantquam infectam; Primum quia si pecuniam deposituisset, ac tertium interessarum interpellasset, ut renebatur, iste illic procurasset pecuniam investiri, ut ita ex fructibus investimenti de suis fructibus recompensativis reintegrari posset, seu illum sibi deliberari. Et secundo probabilius, quia idem emptor justè credens censum adhuc durare, ac censibus debitorem tantquam specialiter inhibitu à iudice non posse solvere fructus, ita se creditit tutum, atque neglexit ab aliis venditoris bonis se reintegrare, seu alias diligencias adhibere; Et sic stant simul, censum attentam veritate extinctum esse, atque nullos fructus deberi tantquam census, & tamen eosdem fructus deberi pro fictionem tantquam ad damna, & interesse; Ad instar eorum, quæ pluries hoc tit. habentur de fructibus census impositi super fundo incapaci, vel post istius evictionem cum similibus, quoniam illi debentur non possunt per veritatem, qua attenda nullus adesset census, sed benè debentur per fictionem tantquam damna, & interesse, cum hac differentia in casu præsentis controversiæ, quod hujusmodi damna, & interesse non debentur ad eandem rationem, ad quam fructus census conventi fuerant, ut in dictis aliis casibus, sed solum ad illam rationem, quam fructuabat ipsa res empta, quæ frequentius solet esse minor, ut in præfati de facto erat, & ad quam proportionem fructuum ipsius rei venditæ taxari solent fructus recompensativi, ac ita debitor relevabatur; nam fructus census etiam ad rationem octo pro centenario, & hujusmodi fructus recompensativi, seu damna, & interesse petebantur ad solam rationem quinque juxta taxam legalem desumptam, ex gloss. in aurb. perpetua, C. de sacrosanct. Eccles. quoties de contraria veritate non constat, ut pluries habetur de hujusmodi fructibus recompensativis sub tit. de usuris.

conceditur in creditoris contumaciam, ex qua a lege subintellectus censetur eisdem creditoris consensu, quod pecunia ad formam Pianæ Constitutionis deponatur, unde hujusmodi contumacia cessante, illud non frustratur ex deductis per Cenc. q. 111. argue ad aliud propositum impediendi cursum fructuum dotalium habetur in Romana fructuum dotalium de Porcarijs, seu Magdalenis sub tit. de dote.

Hæc autem difficultas, quæ aliàs in solo puncto juris solida, & inevitabilis esset, in hac facti specie tolli videbatur, ex circumstantia, quod Rector, cui solvendum erat, habens stante inimitatione certam notitiam dicti depositi, illud ratum habuit, dum a depositario, seu mutuario ad aliquod tempus considerabile, (ut per causas Patronum supponebatur) exegerat fructus investimenti, ita concorditer dilati in gratiam tertii, cui pecunia per depositarium mutua erat, unde propterea quamvis depositum fuisset male factum, per ratihabitum attramen remanebat sanatum ex firmatis apud Surd. conf. 585. n. 30. cum seqq. ex cuius autoritate idem firmavit Rota in dicta Romana fructuum dotalium 28. Januarii 1661. cor. Verospio; Idque observabam videri certum ex eadem ratione, ex qua ob creditoris contumaciam, ut supra depositum licitum, & validum reputatur, ob præsumptam scilicet, seu subintellectam creditoris voluntatem a contumacia resultantem; Si enim ista præsumpta facta voluntas sufficit, multo magis sufficere debet ratihabitio, quæ de jure æquiparatur mandato, atque majorem dictæ voluntatis expressionem continere dicitur, dum fundatur in facto ejus, de cuius voluntate agitur, & sic in veritate potius, quam fictione.

Fortius autem præmissa procedere dicebam attenta subiecta materia, dum non agebatur de censu privato, ita ut creditor oblatam sortem restituendam tanquam propriam, & liberam recipere, atque in alios sibi bene visos usus convertere posset; in quibus terminis verè procedit dicta conclusio de non deponendo, nisi prævia contumacia in recipiendo, ut supra, sed agebatur de censu debito Ecclesiæ, cuius sortem Rector ad liberam dispositionem non habebat, sed tanquam destinatam in investimentum bonorum stabilium, vel censuum, bene custodire tenebatur, ut deinde investiretur, ita ut hujusmodi pecunia dicatur vicem bonorum stabilium habere, cadens sub dispositione extravag. Ambrosio, ut in sua materia sub tit. de alienat. & contrah. in genere; Tunc enim cessante ratione conclusionis, illa etiam cessare videtur, atque subiectæ materiæ magis congruum est ab eadem dicto inani circuito directe fieri id, quod per eam servato fieri deberet.

Potissimè ob interesse debitoris censum extinguentis, ita se magis curum, & certum de liberatione reddentis; In extinctione siquidem censuum pertinentium ad pupillos, quam cum tutore fieri contingat, controversum est apud DD. An illa facta sine decreto iudicis, ac pecuniæ vinculatione in manibus tutoris, liberet necne debitorem; Et licet magis communis esse videatur affirmativa, stante quod non agitur de alienatione voluntaria, sed de actu necessario, quem sufficit explicare cum legitimo administratore; Nihilominus in subsidium, atque tutore existente non solvendo, satis dubitari potest, an ex beneficio restitutionis in integrum succurratur pupillo super regressu ad versus debitorem; de quo proinde in iure habetur, quod solvens tutore sine decreto, plenam, non autem plenissimam liberationem obtineat, ex deductis in his terminis censualibus per Cenc. q. 109. n. 8. cum seqq. & num. 12. Cumque Ecclesiæ inter cetera ejus privilegia istud obribeat, ut reguletur jure minoris, vel pupilli, satis probabiliter dubitari potest, ut id quod habetur de debitore ita solvente tutore, locum quoque habeat in eo, qui solvit Prælati, seu Rectori, & consequenter rationalis, quinimo laudabilis, & necessarius fuit modus, ut supra tenus deponendi; Cum autem unica tantum informatio desuper habita fuisset absque communicatione iurium alterius partis, desuit hucusque occasio maturius veritatem de super indagandi, stante quod controversia restringebatur ad factum, in quo scribentes pro actore negabant perceptionem fructuum, ex qua ratihabitio deducebatur; Cumque ex parte rei probaretur per aliquos testes, prærendebatur, vel ratione singularitatis, vel ob alias exceptiones eis deferendum non esse.

ROMANA EXTINCTIONIS CENSUS PRO PP. S. JOANNIS DEI CUM FERRINIS.

Causa pendet in Rota.

De validitate, vel invaliditate depositi sortis facti post elapsum bimestre in Bulla Pianæ præscriptum.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Facto validè depositi census remanet extinctus, & debitor liberatus.
3 Ad dicti depositi validitatem requiritur fieri cum decreto iudicis.
4 Impeditio non currit tempus, quod conjungendum est sub aliquo intermedio impedito.
5 De impedimento Sedis Papalis vacantis.
6 Impedimentum proveniens à facto iudicis, vel culpa partis excusat etiam si aliàs non sit excusabilis.
7 Observantia, seu acquiescentia creditoris dicitur habere respectem approbationis depositi.
8 Concurrente aequitate, pro validitate depositi respondendum est.

D I S C. XXVII.

Volentes PP. Hospitalis S. Joannis Colabitiæ redimere duos census in sorte scur. 2. m. impositos de annis 1639, & 1640. ad favorem illorum de Ferrinis, fecerunt distictam in forma sub die 10. Novembris 1655. atque sub die 6. Januarii 1655. imminente lapsu bimestris fecerunt solitam citationem ad recipiendam sortem unà cum fructibus decursis pro certa die, & hora, aliàs videndum mandari deponi; Cùmque dicta citatio caderet sub die octava, & sic bimestre adhuc durante, casus dedit, quod sub die 7. intermedia contigit mors Innocent. X. unde propterea ob novenniales exequias tanquam in diebus feriatis omnia Tribunalia suserunt, atque prima dies juridica, in qua lectæ fuerunt citationes, cecidit sub die 19. ejusdem mensis, in qua Juxta decrevit iuxta consuetam formam, deponi nisi pro certa die, & hora invitandis creditoribus receperint; Cùmque intimatio facta fuisset pro die 21. atque statuta hora creditores non comparuissent, factum fuit depositum, illudque etiam eisdem creditoribus intimatum, prout abundando in cautelis eisdem creditoribus sub die 11. præcedentis eis notificata fuerat protestatio de dicto impedimento, quodque ipsi debitores non expectato iudicis decreto prompti erant pecuniam solvere.

Post lapsum verò plurium annorum, creditores prætendentes dicti depositi invaliditatem, & successivè continuatum cursum, pulsarunt dictos PP. coram Vicario, à quo prodit sententia reorum absolutoria, à qua commissa per appellationem causa in Rota coram Ortolora, & dato dubio, an census sit extinctus.

Pro debitoribus scribens, affirmativè dicebam respondentum esse, stante integro deposito cum decreto iudicis competentis facto prævia disticta, & creditoris contumacia, ad text. cum ibi notatis in l. ob signatione, C. de solut. & l. accipiam, C. de usuris cum concord. per Cenc. q. 111. n. 52. cum seqq. Romana fructuum dotalium 28. Januarii 1661. Verospio, Romana census 28. Martii 1664. Priolo, & passim, cum data validitate depositi, casus remaneat extra dubitationem, quæ solum cadere solet circa ipsius depositi validitatem, vel invaliditatem, ita ut quæstio sit magis facti, quam juris, unde propterea in præsentis difficultas restringebatur ad punctum præsentis invaliditatis depositi, ex eo quod illud ad formam Bullæ Pianæ sequutum non esset infra bimestre.

Sed cum aliquo etiam sensu veritatis, reserato tamen maturiori iudicio, quando in causæ disputatione alterius partis fundamenta videantur, credebam difficultatem non subsistere ex eo, quod ad depositi validitatem necessarium erat decretum iudicis competentis, ut ad litteram probant text. in d. l. ob signatione, C. de sol. & l. 4. §. condemnatus. ff. de re iudic. & firmant communiter DD. congesti per Cenc. q. 111. n. 26. & seqq. Gjur. dec. 38. n. 6. Prat. obs. 25. n. 3. & habetur deductum in dicta Romana fructuum dotalium sub tit. de dote.

Qua decreti necessitate concurrente, imputandum non erat debitori, cur infra statutum terminum depositum prædictum sequutum non esset, ex regula, quod impedito non currit tempus, ut in specialibus terminis impediti resultantis ob Sedem Papalem vacantem, Seraph. dec. 362. nu. 2. & ge-

& generaliter probat text. in l. quibus diebus ff. de condit. & demonstr. cap. imputari, de reg. jur. in sexto, & in l. fin. C. de annal. præscript. utrobique scribentes; Quodque sublato intermedio impedimento conjungenda sint tempora, Rovit. pragmat. 1. de pact. de retrovend. ubi concordantes, potissimè dum supervento impedimento, debitores omnem adhibuerant possibilem diligentiam etiam superabundantem, denunciando creditoribus impedimentum notorium, quod removeri non poterat, eosque requiringdo ad recipiendam pecuniam, unde propterea oblatio quamvis verbalis in proposito vim realis habere videbatur, dum hac fieri non poterat.

Clarius verò, ita ut ex hac circumstantia omnis penitus difficultas cessare videretur, quoniam casuale superventum impedimentum non percutiebat utramque partem, ita ut dici posset species casus fortuiti, cuius damnum sentire debet ille, qui tenebatur actum explicare, & non potuit, sed impeditur quidem debitorem faciendi depositum, non autem impeditur creditores absque iudicis decreto recipiendi pecuniam, cum receptissimum sit formam præscriptam à Bulla Pianæ, tam circa distictam per duos menses ante faciendam, quam circa depositum, procedere invito creditore, secus autem eo volente; Quando igitur impedimentum provenit à facto iudicis, vel partis, tunc excusat, quamvis aliàs de sui natura esset injustum, & non excusans, ad text. in l. cum ipse, ff. de excusat. tutor. ubi Bart. Bald. & ceteri Add. ad Vestr. lib. 6. c. ult. n. 25. & seqq. Rot. dec. 19. n. 10. par. 7. rec.

Ponderabam quoque considerabile esse diuturnam creditorum acquiescentiam spatio plurium annorum, postquam eis omnia præmissa notificata fuerant, illa enim speciem approbationis præferere videtur, ut punctualiter Adden. ad Gregor. dec. 480. in fine, quodque debitores, ut censum prædictum redimerent, æquivalentem summam pariter ad censum sub minoribus fructibus acceperant, unde asperum videbatur, ut ob hujusmodi subtilitates debitor gravari deberet ad duplicata interusura; Ideoque sufficere videbatur casum reddi dubium, ut in isto inrrate deberet æquitas pro debitoribus contendentibus, de damno vitando contra creditorem contententem de lucto, quam æquitatem in non curanda nullitate evidendi depositi servavit Rota in dicta Romana fructuum dotalium 28. Jan. 1661. cor. Verospio, de qua sub tit. de dote, & in aliis, ac agitur etiam in alia Romana fructuum inter Principem Sabellum, & Principem Justinianum sub eod. tit. de dote; Ad plures autem annos, quibus hæc scripta fuerunt, causa adhuc proposita non fuit, forsitan actores agnoscentes eorum præsentis insubsistentiam acquiescent, cum nisi diversæ facti circumstantiæ concurrant, reflectendo etiam ad veritatem, iustitiam & æquitatem huic parti assistere videantur.

ROMANA PECUNIARIA PRO PAULO JORDANO CUM COMITE FRANCISCO STELLA.

Causa disputata coram Prælati iudice Commissario, postea concordatus.

De extinctione census, ac cessatione fructuum, ex eo quod creditor efficitur dominus fundi censiti; Et quid si ex facto merè voluntario desinat ille possideri, An census reviviscat.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Eo ipso, quod creditor efficitur dominus fundi censiti, resolvitur census.
3 An tali casu debeantur fructus loco damnorum, & interesse.
4 Quando creditore non possidente amplius fundum censitum census reviviscat.
5 Servitus uni debita extinguitur, si ejus fiat fundus serviens, & quid si postea alienaverit.

D I S C. XXVIII.

Quamplures inter istas partes sanguine conjunctas habitæ fuerunt controversiæ cor. Prælati iudice commissario, potissima verò, super qua majores fuerunt disputationes, consistebat in puncto præscripti juris redimendi quasdam domos venditas, seu in solutum datas cum pacto de retrovendendo, de quo habetur actum in sua materia sub tit. de Card. de Luca, Lib. V.

empt. & vend. Alter verò controversiæ punctus fuit iste, an ad favorem Stellæ decursi essent fructus quorundam censuum per ipsum, seu ejus auctores jure translativæ cessionis acquiritorum à creditoribus auctorem Jordani, ac impositorum super eisdem domibus, quæ cum dicto pacto per dicti Jordani auctores venditæ, seu ex causa dotalis in solutum datæ fuerunt auctori Stellæ.

Pro tempore quo hic, vel ejus auctores possederunt fundum de eorum dominio effectum, casus videbatur indubitatus, quod non deberentur fructus tanquam fructus census, quoniam actio, & passio dari non possunt in eodem subiecto, atque res mea mihi servire non potest, unde cum census sit species servitutis (licet verè, & propriè non sit talis,) receptum est, ut eo ipso, quod creditor censuarius efficitur dominus fundi censiti, census habeatur pro extincto, seu resoluta, ex plenè deductis per Cenc. q. 114. nu. 2. cum seqq. Rot. dec. 69. n. 7. post Merlin. de pignor. dec. 213. nu. 5. post Zacch. de obligat. & sapius.

Idque tanquam de jure certum admitterent scribentes in contrarium; Dicebant tamen deberi fructus tanquam damnæ, & interesse, dum debitor fundum censuum vendiderat, seu in solutum dederat hujusmodi oneribus non expressis, cumulando ad id eas decisiones, & auctoritates, quas habemus obligantes debitorem censuarium ad damnæ, & interesse ex censu malè imposito super re non libera, vel non capaci, ex deductis in Romana Salviani, disc. 13. & in Sabinen. census, disc. 31.

Verum in hoc videbatur æquivocari, quoniam termini erant diversi, ac etiam quia creditor inexcusabilis erat, dum census voluntariè acquisivit de tempore, quo rectè sciebat ipsum tanquam effectum dominum fundi censiti esse incautum illos possidendi; Unde propterea potius retorquendo easdem auctoritates, quamvis ad casum incongruus, dicebam versari in prima parte distinctionis in eis contentæ, ubi scilicet creditor ab initio est conscius non liberatus, vel incapacitatis fundi, quo casu neque damnæ, & interesse debentur, ut in aliis causis mox citatis; Dubitabam verò potius, quod damnæ, & interesse præteriti possent jure evictionis, quam emptor ita præveniat, solvendo illis creditoribus, qui poterant domum venditam evincere juxta eam, quæ habentur in Tudertina census pro Cospano, disc. 25. Et quamvis hoc motivum non deduceretur per defensores alterius partis, illud tamen insinuabam Jordano principali, qui erat etiam juris peritus, ut prævidens difficultatem facilius concordiam, ut puto sequatur.

Major disputatio fuit super eo tempore, quo creditor, seu cessionarius desierat fundum censuum possidere, quando pro eo scribentes dicebant esse casum indubitatum, ob cessantem incompatibilitatem, quæ erat unica dubitandi ratio; Atque ad id probandum deducebant auctoritates, & decisiones firmantes census reviviscantiam, quoties bona pro eo in solutum data creditoribus evincuntur, & de quibus habetur supra in Perusina census, disc. 15. in Romana reviviscantia sub tit. de feud. disc. 31. Verum, & in hoc patitur videbatur æquivocari, solùmque reflectendo ad veritatem, apud me urgebat dictum alterum motivum damnorum, & interesse, quoniam reviviscantiam census, ubi aliqua species pro eo data est, rectè procedit in casu evictionis, atque ubi possessor invitus non possidere desinit, in quibus terminis loquuntur auctoritates, & decisiones de hoc agentes; Secus autem ubi desinit possidere ex causa voluntaria, quia nempe ipse eam alteri vendat, quoniam cum emptor ipse jure possideat, ac ratione domini in eo residentis, idcirco videtur in proposito habendus pro possessore tanquam per organum illius, cui ipse dedit; Ad quod probandum deducebam dispositionem tex. in l. si quis ades 23. ff. de servit. urbam. prædiorum, ubi deciditur, quod si ego habeo servitutem super domo, quæ deinde mea fiat, servitus extinguitur, & non reviviscit, si ego eandem domum deinde alteri vendidero, & in his terminis ita sentit Cenc. d. qu. 114. n. 14. in fin. juxta ultimam impressionem; Atque ad idem facere videntur deducta per Amat. resol. 21. de obligatione causativa cessante in eo, qui desit possidere rem, ex qua debitum resultabat, ut non procedat in eo, qui ex facto proprio merè voluntario desinat illam rem possidere, eam alteri vendendo, seu aliàs transferendo, quoniam ut dictum est, idem continuare fingitur in ejusdem rei dominio, ac possessione per organum illius novi possessoris, qui ex ipsius jure utrumque obtinet; Occasio autem non dedit formiter, ac maturius hanc punctum examinandi, cum in hac facti specie dictum motivum damnorum, & interesse inanem hujusmodi quaestionem recedere videretur.



ROMANA CENSUS DE MAFFEIS PRO PAULINA MAFFEA CUM ABBATE MARIO MAFFEO.

Causa disputata coram A. C. & in Signatura, & resoluta pro Paulina.

Cessio census quando dicitur facta translativè, vel potius extinctivè, ad diversos effectus, illum præfertim, An in hujusmodi cessione per mulie-

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series. 2 Practicabilis non est processus executivus pro censu in continentibus sublato per instrumentum extinctionis ex eo quod præferatur simulatum. 3 In extinctione census tanquam in alienatione necessaria non requiruntur solemnitates requisitæ in alienationibus. 4 Ex quibus cessio census censetur extinctiva. 5 Quæ regula tenenda sit ad dignoscendum, an cessio sit extinctiva, vel translativa, & quid operentur verba. 6 Quando hæres censetur acquisisse proprio, vel hereditario nomine. 7 Hæres beneficiatus representat duplicem personam, & potest esse creditor hereditatis. 8 De consensu, ut inventarium non suffragetur, quatenus vires hereditariae suppetant, an insinat ad incompatibilitatem.

D I S C. XXX.

U Sque ab anno 1613. per Bernardinum Maffeam impostus fuit census in sorte scutorum 3. m. ad favorem Pauline, quæ de anno 1648. illum cessit Benedicto ejusdem Bernardini filio, & hæredi beneficiato; Cùmque eadem Paulina, defuncto dicto Benedicto, superite Abbate Mario fratre, & hærede, præterderet non obstante dicta cessione, utpotè simulata, ac etiam nulla, ob servatas solemnitates in contractibus mulierum requisitas à Statuto Urbis 151. continuasse in ejusdem census dominio, & possessione, proindeque pulsaret dictum Mariam tanquam Bernardini debitoris hæredem mediatam ad solutionem fructuum, pro quibus coram A. C. petebat mandatum executivum contra bona hereditaria, reus autem conventus exciperet de dicta cessione, replicante actrice de simulatione, ista suas patiebatur difficultates, cum ea in dubio non præsumatur, ejusque justificatio penderet ab extrinsecis probationibus, quamvis præsumptivis, & administrativis requirerentibus iudicis declarationem, à qua altera pars appellare potest; Unde propterea quoties non concurrat ejusdem simulationis probatio certa, & incontinenti, & resultans ex confessione partis, impossibile est posse practicari ex parte actoris iudicium executivum pro suo priori credito, quod reus sublato docet per contrarium actum, quem actor replicando dicit simulatum, cum tunc exceptio sit clara, turbiditas verò consistat in ipsius actoris replicatione, & sic exceptio clara, replicatio turbida.

Melior autem mihi scribenti pro actrice videbatur alia replicatio nullitatis dictæ cessionis ob non servatas solemnitates in contractibus mulierum requisitas à dicto Statuto Urbis 151. ita enim incontinenti elisa remanebat rei conventi exceptio, seu defensio, utpotè resultans ex ventpe ejusdem scripturæ, ex qua ipse exceptionem deducebat, ideoque integra remanebat prior actio, perinde ac si actus sequutus non esset, cum nullum, & nihil æquiparentur, atque ita docet praxis quotidiana.

Pro hujusmodi nullitate evitanda, scribentes pro reo dicebant, solemnitates prædictas, (quæ juxta opinionem hodie in Curia receptam, non obstante, quod statutum agere de quatuor casibus, absque dubio necessariæ sunt in quibuscumque contractibus, & actibus, ex quibus mulier lædi potest) rectè procedere in contractibus, & actibus voluntatis spontantibus in voluntariam alienationem, vel obligationem, secus autem in actibus necessariis, qualis dicitur ille creditoris censuarii retrocedentis, seu extinguentis censum per actum retrosimilem restitutionis fortis factæ per

debitorem, vel ejus hæredem, aut alium, cui jus redimendi competat, cum tunc receptum sit nullas solemnitates requiri, unde propterea d. i. p. restricta fuit ad punctum, an hujusmodi cessio dicenda esset extinctiva, vel translativa, quoniam primo casu ego scribens pro actrice admittere cessare solemnitarum necessitatem, in altero verò scribentes pro reo talem necessitatem admittere, & sic tota quæstio erat applicationis.

Pro qualitate extinctiva scribentes pro reo, duo potissimum argumenta deducebant; Primum ex qualitate hereditaria debitoris concurrente in cessionario, in quo proinde incompatibile dicebant cessionem translativam, cum actio, & passio non dentur in eodem subjecto, atque nemo esse possit sui ipsius creditor, cumulando in idem cum inani allegationum cumulo notoria axiomata super relatione actus ad liberandum, atque in causam potius necessariam, quam voluntariam; Et alterum ex qualitate cedentis, quæ absque solemnitatibus à statuto præferentibus facere poterat cessionem extinctivam tanquam actum necessarium, & non poterat facere translativam tanquam voluntariam alienationem, cumque voluntas regulanda sit à potestate, idcirco censetur gestum id, quod licitè, & validè fieri poterat, & in his specialibus terminis allegabatur dec. 358. & seqq. post Cenc. dec. 67. & 95. & final. apud Merlin. de pignor. in quibus, vel eorum aliquibus, ultra alia, istud argumentum deficientis potestatis satis ponderatur pro interpretando cessionem potius extinctivam, quam translativam, atque cum eadem copiosa, sed superflua allegationum farraginem trium, vel quatuor Advocatorum, in iis propositionibus, quæ non negabantur, sed per scribentes more Doctorum debent præsupponi, ponderabantur etiam aliqua instrumenti verba retrovenditionem importantia, totum ex proximè allegatis decisionibus desumendo.

Scribentes in contrarium dicebam, cum aliquo etiam sensu veritatis, in hac materia certam determinatamque regulam dari non posse, erroneumque videri decisiones, aliasque arthoritates de uno casu loquentes, alteri indistinctè applicare, sed istam totam esse quæstionem facti, & voluntatis, quæ expressa, & clara concurrente, cessant omnia argumenta, & adminicula ad vulgarem regulam text. in l. ille, qui ille, ff. de legat. 3. quam in actibus inter vivos latè exornat Rota, dec. 44. n. 14. par. 11. recent. atque tali casu non curatur de clausulis, vel verbis retrovenditionem, seu retrocessionem importantibus, quoniam ubi constat de substantia voluntatis, clausulæ, & verba tanquam accessoria, & simulativa non curantur; Potissimè quia, ut plurimum sunt æquivoca utrique actui congruè convenientia, ex ductis per Giurb. dec. 87. & Ror. dec. 83. post Merlin. de pignor. ubi pro retrocessione translativa, quamvis verba, redimere, retrovendere, retrocedere, vel similia concurrant.

Et è converso in alijs supra allegatis decisionibus post eundem Merlin. non curatur de verbis, ponens, constituens, transferens, & similibus, ubi de substantia voluntatis constat faciendi cessionem extinctivam, in qua etiam, ubi præfertim sit per fideiussorem, vel tertium, adijci solent verba translativè, & non extinctivè, quæ primo aspectu satis obfata videntur, sed ubi spectato toto contextu instrumenti constat de substantia voluntatis partium faciendi extinctionem, tunc ratione incompatibilitatis, receptum est talia verba intelligi debere eo modo, quo compati possunt cum actu, respectu scilicet juris crediti in forte, fructibus solutis, ad effectum excipiendi, vel etiam agendi, non autem ut census perseveret vivus ram quoad cursus fructuum in futurum, quam ad alterum, ut subjaceat hypothecis cedentis cum similibus.

Ubi verò instrumentum est ita conceptum, quod ex eo, aliique circumstantiis ambiguum sit qualem actum partes gereve voluerint, itaut de substantia voluntatis partium clarè non constet, & tunc pro iudicis prudentis arbitrio veritas desumenda est ex argumentis, & adminiculis, resultantibus tam à verbis, & clausulis, quam fortius à qualitate contrahentium, ac verisimilitudine, atque tali casu efficax remanet argumentum resultans à defectu potestatis in allegatis decisionibus ponderato, ideoque ut supra dictum est, verè ista est quæstio magis facti, quam juris, ex singulorum casuum individujs circumstantiis decidenda, quoties non obstat formalis incompatibilitas, quia nempe in cessionario sit compatibilis uterque actus.

Quare cum in hac facti specie, contextus instrumenti literaliter probaret partes agere voluisse potius translativam, quam extinctivam cessionem, atque verba priorj magis, quam

quam posteriori convenirent; Hinc proinde unicum contrarium argumentum consistebat in defectu potestatis in elaris non attendendo, nam aliàs facta, & nunquam operativa remaneret supradicta distincta super validitate, vel invaliditate actus, si solus defectus potestatis per se concluderet extinctionem, nam ita semper, & indefinitè actus remaneret validus.

Hinc proinde tota disputatio restricta fuit ad punctum incompatibilitatis, in quo magis scribentes in contrarium insistebant ratione qualitatis hereditariæ debitoris; Verùm eodem sensu veritatis retento dicebam non obfata, quinimò hanc circumstantiam qualitatis hereditariæ potius retorqueri ad convincendam diverfam voluntatem acquirendi translativè tanquam tertius, dum ipsa hereditaria qualitas nullatenus expressa fuit, quod est unum ex argumentis, ex quibus decidi solet quæstio, an acquisitiones, alique actus per hæredem gesti, hereditario, vel proprio nomine initi censeantur, ut pluries advertitur in sua materia sub tit. de hæred. & hereditate.

Incompatibilitas autem non aderat, dum cessionarius erat hæres cum beneficio legis, & inventarii, qui juxta propositiones hodie in foro planas, ob separationis beneficium inductum per tex. in l. fin. c. de jur. delib. verè, & propriè non dicitur hæres, sed potius hereditatis administrator, Mantie. dec. 326. Rovit. dec. 48. nu. 11. cum seqq. Capyc. Latr. consult. 13. in princ. & passim; Unde propterea ob reduplicationem personarum, quæ in uno eodemque subjecto diversis respectibus absque dubio datur, non implicat quem esse debitorem, vel creditorem sui ipsius; Prout bona hereditaria sibi ipsi vendere, vel tanquam hæres bona propria à seipso emere potest cum similibus, cum verè fingatur duæ distinctæ, ac separatae personæ.

Adversus hoc indubitatum juris principium, scribentes in contrarium inculcabant conclusionem pariter receptam, quod quatenus vires hereditariæ suppetant, tunc quoad hæredis obligationem inventarium non suffragetur, itaut paria videantur illud solum adesse, vel non adesse, cum præferret hæredem à damno, non autem tribuat lucrum; Verùm id non obfata; Non negabam etenim veritatem conclusionis in genere, sed fallacia erat circa applicationem, cum id procedat ad effectum, ut intrat dispositio textus in l. cum à matre. c. de rei vendic. & l. vendicantem, ff. de evictio. cum similibus, ut scilicet hæres, quamvis beneficiarius non possit impugnare factum defuncti ex iuribus proprijs, quatenus vires hereditariæ suppetant; Non inde tamen inferri potest ad omnimodam incompatibilitatem acquirendi sub persona propria ea jura, quoniam exercitium durante hereditatis idoneitate adversus tertios ex dicta ratione impediri solum remaneat, non autem adversus ipsam hereditatem, curando juxta consuetam praxim, dando ipsi hereditati curatorem particularem ad illum actum, bona hereditaria sibi adjudicari; Sive ad effectum excipiendi de eisdem iuribus ad versus creditores hereditarios, vel alios in hereditate jus habentes, quos tractu temporis derogi conringat, cum stent benè simul, hereditatem hodie locupletem, ac idoneam esse, cras verò ob detecta debita, aliaque onera esse decoctam; Et ex qua incertitudinis ratione potissimum inventarii beneficium introductum fuit; Ideoque juxta præmissa pro actrice cum justitia fundamento judicatum fuit, atque Signatura probavit, rescribendo ad solam devolutivam, ac denegando suspensionem cum consuetâ clausula sine præjudicio; Et verè actricis iustitia erat clara, non solum ex præmissis, sed etiam quia ex alijs facti circumstantiis liquido constabat actum prædictum fuisse, vel simulatum, vel sub simulationis imagine dictam mulierem deceptam fuisse, cum revera nulla intercesserit pecunia, vel alia æquivalentia, quamvis in instrumento narraretur, unde reus acquievit, atque eo quod potuit modo, se concordavit, dum agebatur inter conjunctos.

IMOLEN. CENSUS PRO SOCIETATE MISERICORDIÆ CASTRI BONONIENSIS, CUM MAZZOLANO, ET EJUSDEM LOCI COMMUNITATE SIBI ADHÆRENTE.

Causa disputata coram A. C. incensus. est exitus, puto pro Societate.

De Constitutione Clementis Octavi disponente, ut per Communitates imponi non possint census Card. de Luca, Lib. V.

præter formam sibi præscriptam. An procedat in censibus impostis per aliquos particulares, quamvis revera pro Communitate deservientes.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series. 2 Vellejanum non intrat ubi mulier contrahit tanquam principalis gerens negotium proprium. 3 De validitate census creati cum privato quamvis pecunia deserviat pro Communitate. 4 Ponderatur ratio particularis, ob quam census cum privato ut supra initus valeat.

D I S C. XXX.

J Ulius de Mazzolanis administrator annonæ Castri Bononiensis, ad effectum rem gratam faciendi Communitati, ac pro servitio annonæ, proprio, & particulari, non autem administratorio nomine, censum imposuit ad favorem Societatis Misericordiæ ejusdem loci, & in ejusdem instrumenti sine ejusdem Communitatis procurator dictum impostorem ejusdemque fideiussores indemnes relevare promisit, unde tractu temporis Societate pulsante cor. A. C. dictum impostorem, vel ejus hæredes ad solutionem fructuum, excipiebatur de Constitutione Clementis Octavi super censibus per Communitates Status Ecclesiastici imponendis, restrictaque ad hunc punctum difficultate.

Scribens pro Societate actrice, dicebam illius decisionem regulandam videri cum terminis text. in l. si fenebris 9. Cod. ad Vellejan. ubi deciditur, quod si mulier absque fraude creditoris ab eo pecuniam accipit nomine proprio ut viro tuaret, tunc ipsa remanet creditori obligata, neque Vellejanum intrat, quamvis creditor sciat, ut habetur apud Franchem. dec. 279. n. 2. cum seqq. Illa enim expressio, quam debitor facit, ut rem gratam alteri faceret, suam habet operationem inter ipsum, & eum tertium, cui deinde ipse dare intendit, ad effectum se relevandi, sed hoc nil commune habet cum creditore, cui ipsius recipientis fidem sequi voluit, & cum eo principaliter contrahere; & de quo text. benè Roder. de ann. redd. lib. 2. q. 5. n. 21. & seqq. Rovit. pragmat. 1. ad Vellejan. n. 10. & habetur actum in Romana fideiussoris sub tit. de feud. ad materiam bullæ Baronum, disc. 100.

Quare in proposito, totus punctus erat in videndo; an adesset fraus necnè, quodque ita partes sub simulato privato nomine contrahere voluerint, ut legi fraudem facerent; Hoc autem penderet à præcedenti tractatu, an scilicet ille per creditorem directè, & immediatè fuerit cum ipsa Communitate, ejusque Administratoribus, cum quibus, verè contrahere voluit, sed ad fraudandam legem persona privati simulata sit, secus autem si ipse noluit sequi fidem Communitatis, neque cum ea contrahere, ut se non exponeret periculis, quibus subjacent contrahentes cum hujusmodi corporibus politicis, ideoque directè contraxit cum privato, cui principaliter suam pecuniam credere voluit, quamvis hic de illa Communitate gratificari vellent, ut ita distinguendo ac tractando materiam per terminos text. in d. l. si pecunia Capoblanc. de Baron. p. 2. c. 83. n. 20. & 21. de Marin. res. 59. n. 8. lib. 2. apud quos validitas actus de jure communi certa præsupponitur, quamvis ob pragmaticas Regni, in isto etiam casu specialiter providentes, contrarium ibi dicendum sit.

Fortius autem observabam præmissa procedere, ubi non agitur de mutuo, vel alio simili contractu, sed de censu, in quo fors demoritur, atque ex parte creditoris sit perpetuè irrepetibilis, tunc enim diversa intrare videntur ratio ob diversitatem contractuum, unde clariùs intrat dispositio textus prædicti, quoniam ille privatus, qui pecuniam ad censum accipit, efficitur perpetuè illius dominus, itaut ad ejus restitutionem à creditore cogi non valeat; Id autem non procedit, si deinde ipsemet eandem pecuniam jure mutui, vel administrationis, in Communitatem, vel alterius beneficium convertat, cum ipse habeat repetitionem, atque possit quamprimum de illa se reintegrare, itaut duo concurrerent contractus diversi; Quod in hac facti specie suadebat etiam subiecta materia, dum pecunia convertenda erat pro servitio annonæ in emptione frumenti, brevi tempore ex venditione panis rehabenda, ex ijs, quæ in hac annonata materia habentur pluries deducta sub tit. de Regal. præfertim in Spolerana, & in Ferrariana. disc. 44. & 45. & sic Communitas verè censualem contractum non inierat; Undè propterea videbatur casus extra difficultatem, atque juxta præmissa credo resolutus, M 4 non

non curatis aliqui sub authoritate Regnicolarum, cum in-  
nitantur juri municipalis Regie pragmatice.

S U M M A R I U M.

- 1 De impositione censuum cum Communitatibus, & quid per particulares.
- 2 De reductione censuum facienda per Principem ad minorem rationem.

ANNOT. AD DISC. XXX.

1 Agitur in hoc discursu de impositione census facta per  
particulares in causam Communitatis, de quo agitur  
pluries sub tit. de alienat. & contrah. prohibet, disc. 8. 25. &  
seq. & alibi.

2 Et de reductione censuum Communitatum, ac etiam  
particularium ad minorem fructum, agitur infra in hoc tit.  
disc. 32.

Et de disc. 31, actum est supra ad disc. 13.

S A B I N E N. C E N S U S

PRO JOANNE BAPTISTA IOACHINO, ET  
PATRITIO DE PATRIIS.

C U M N.

Casus disputatus coram A. C. credo resolutus pro  
distis Joachino, & Patriis.

Imposito censu super fundo alieno, vel incapaci,  
quem debitor asseruit proprium capacem, absque  
eo quod creditori de tempore impositionis dicta  
incapacitas innotesceret; An sequuta fundi evi-  
ctione, seu aliis superventa notitia, quod fun-  
dus esset alienus, vel incapax, cesset cursus fru-  
ctuum, qui in futurum exigiri non possunt.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Fundo censu evicto, an census extinguatur, & fructus post evictionem soluti extenuent sortem.
- 3 Fructus evicto fundo debentur ratione damnorum & interesse si creditor ab initio fuit in bona fide ac ignarus, & n. 6. & 14, ubi de ratione.
- 4 Declaratur, contrariam opinionem procedere data in creditore ab initio certa scientia incapacitatis, seu evictionis fundi.
- 5 Scientia debet esse certa & concludens ad hujusmodi effectum, maxime quando actus, ex quibus illa deducitur, sunt equivoci.
- 6 De eadem conclusione, de qua, n. 3. & ad quam rationem debeantur dicti fructus.
- 7 Ponderatur, dec. 639. Merlini, ut promissa per cedentem census exigibilitate per speciem evictionis, de ista reneatur, si inexigibilitas proveniat ob incapacitatem fundi ab initio.
- 8 Data facultate repetendi sortem principalem, census evanescit, & fructus cessat, ut resolutus in simplex mutuum interpretativum, & n. 12.
- 9 Intelligenda quando hujusmodi facultas est omnino certa, & libera, que per creditorem impediri non possit, secus ubi est incerta, & aliquod impedimentum habere potest.
- 10 Fundo censu evicto, seu detecto incapaci quamvis de stricto jure detur creditori facultas repetendi sortem, ac recedendi a contractu, limitatur tamen ex equitate, ob quam admittitur subrogatio alterius fundi.
- 11 Facultas repetendi sortem ob non praestitum fidejussorem seu aliud non implementum, intelligitur ad effectum deponendi donec implementum sequatur.
- 12 Declaratur conclusio, de qua, n. 8.
- 13 Resolutio causa.
- 14 De eadem conclusione, de qua, n. 2. & de ratione.

D I S C. XXXI.

1 Imposito censu super quadam vinea, quam debitor asseruit  
esse propriam, liberam, & capacem, cum post aliquot  
annos dicta vinea evicta esset, forsitan ex facto ac aere alieno  
eiusdem impostoris, deindeque plures essent decurtæ annua-  
litates, partim solutæ & partim solventæ, creditore pulsante  
debitorem, seu ejus fidejussorem cor. A. C. pro fructibus

non solutis, opponere reus conventus de prædictorum fru-  
ctuum indebito, quinimo & de extenuatione sortis in toto,  
vel in parte cum fructibus post dictam evictionem exactis tan-  
quam indebitis ac in sortem imputandis, dum evicto fundo  
censu; census tanquam ex defectu subjecti evanuit.

Atque creditore replicante quod saltem fructus deberent  
loco damnorum, & interesse, stante quod creditor de  
tempore impositionis fuit bona fide, juxta dec. 458. coram  
Royas cum aliis deductis supra in Romana Salviani, disc. 13.  
& dec. 47. post Merlin. de pignor. Dicebatur ex parte rei con-  
venti d. dec. 458. Royas editam in Romana vinea fuisse jam  
revocatam sub die 2. Aprilis 1666. cor. Carpineo, cor. quo  
revisa fuit.

In hoc autem statu ex parte actoris assumptus ad ejus de-  
fensionem pro removenda difficultate ex dicta decisione re-  
sultante, dicebam, in primis dictam decisionem evitari ex  
defectu applicationis ad casum ob circumstantias facti, cum  
in dicta decisione, prout etiam apud Duran. decis. 449. in  
qua eadem fundatur, pro certo supponeretur in creditore  
scientia evictionis fundi censu, quæ scientia in præsentem  
casu non bene justificabatur, dum actus, ex quibus illa de-  
ducebatur, erant æquivoci, ac non bene concludentes, qui non  
sufficiunt, dum juxta receptam, & frequentem propositi-  
onem, ad nimiam satietatem comprobata per Adden. ad dec.  
642. par. 4. rec. tom. 3. d. n. 92. ad 99. quoties agitur ad effe-  
ctum gravis præjudicii, requiritur scientia omnino certa &  
perfecta, & concludenter probata, unde propterea cessabat  
quæstio ex solo facto.

Verùm ubi etiam dicta scientia concludenter justificaretur,  
ita ut quæstio reduceretur ad punctum juris, tunc relinquen-  
do locum veritati circa substantiam dictæ decisionis in suo  
casu ob ejus particulares circumstantias, ex quibus forte illa  
esse potest probabilis, ut in dubio est præsumendum; Qua-  
tenus pertinet ad hanc facti speciem, vel ad articulum in ge-  
nere, cum sensu veritatis, qualem etiam agnovit iudex, dice-  
bam omnino verius esse, ut data ab initio in creditore bona  
fide juxta distinctionem, de qua in d. dec. 458. Royas, &  
supra, d. disc. 13. fructus debeantur, si non tanquam fructus  
census saltem tanquam damna, & interesse, quæ per vendi-  
torem rei fructifera sequuta evictione debentur emptori ad  
normam fructuum, quos ipse emptor aliis percepit fuisse  
ex re vendita, nisi facto, & culpa venditoris evicta fuisset,  
quos terminos evictionis ac damnorum, & interesse bene in  
terminis census ponderat Rota in Firmiana census cor. Mer-  
lino inter suas dec. 639. ubi cum disputaretur de quæstione,  
An & quando cedens census teneatur de illius exigibilitate,  
ponderatur ista circumstantia an inexigibilitas proveniat ex  
superventa inopia debitoris, vel a non existentia census ab  
initio ob incapacitatem fundi, cujus capacitatem impostor  
promisit tanquam per speciem evictionis, atque istud moti-  
vum in dicta decisione non deductum, pro meo iudicio non  
videbatur habere responsum.

Præterea considerabam, quod ubi creditor ab initio est in  
bona fide, ita ut in odium debitoris mendacis actus quamvis  
intrinsecè invalidus haberi debeat pro valido ad favorem  
creditoris, saltem quoad damna & interesse, tunc alia non  
videatur intrare ratio, ob quam cessare debeat cursus fru-  
ctuum, nisi illa facultas ita in creditore resultantis repeten-  
di sortem principalem, ob cujus repetibilitatem omnino eva-  
nescere dicitur contractus censuales, cujus substantia consti-  
tere videtur in irreperibilitate sortis, quæ demortua esse de-  
bet, juxta ea quæ habentur in Romana reviviscencia censuum,  
sub tit. de feud. disc. 81. & supra, disc. 17.

Tunc autem ista facultas hujusmodi effectum operatur  
quando illa est certa, & consistit in omnino libera facultate  
creditoris, qui per debitorem impediri non possit, secus au-  
tem ubi est incerta, atque aliquod impedimentum habere  
potest, juxta dec. 229. post Cenc. alias 278. par. 5. rec. Add.  
ad Buratt. dec. 645. cum aliis d. disc. 81. de feud. & supra di-  
cto disc. 13. & 17.

Ista verò certa repetibilitas adesse non dicitur in casu, in  
quo fundus censitus evincatur, seu aliàs delegatur non li-  
ber, vel incapax, quoniam licet de stricto jure creditori  
competere possit facultas recedendi a contractu ac repeten-  
di sortem, Attamen ex quadam equitate per Tribunalia  
recepta, admittitur ad subrogandum alium fundum libe-  
rum & capacem æquè idoneum, ut cæteris relatis haberetur  
apud Marin. resol. 195. lib. 1. & Prat. observ. 28. atque doc-  
cet quotidiana praxis Curie, quod quando creditor cen-  
suarius ob non præstitum fidejussorem, seu aliud non imple-  
mentum conceditur facultas cogendi debitorem ad sortem  
principalem, juxta dec. 88. Gregorii, id permissum so-  
lum

sum ad effectum deponendi pro majori cautela, & donec ista  
sequatur.

Ideoque sic dici non potest, quod versemur in casu certæ  
facultatis repetendi, ob quam corrupto contractu censuali,  
creditor sortis ita implicite resolvarur in mutuum interpre-  
tativum, ex quo prohibivum est accessiones, vel damna, &  
interesse ex sola conventionione partium exigere, non probatis  
extrinsecus solitis requisitis; quamvis etiam dici posset, ita,  
ea probata remanere, dum de facto creditor animum suum  
declaraverat destinandi has pecunias in acquisitionem census  
fructiferi; Et ex his, præsertim autem ex primo motivo  
damnorum, & interesse ratione evictionis, vere pro meo  
iudicio solido ac inevitabili, neque in dicta Rotali decisione  
examinato, quia forte per creditorem defensores deductum  
non fuerit, justè pro creditore judicatum fuit, atque hæc mihi  
videbatur genuina veritas, tam ex præmissis, quam ex viva,  
& convincenti iudicia, & humana ratione deducta etiam  
supra, disc. 13. quod scilicet aliàs resultaret ut debitor men-  
dax, & dolosus commodum, & utilitatem ex ejus falsa asser-  
tione reportaret, supplantationem creditoris innocentis,  
qui bona fide sibi credidit, ejusque assertioni detulit.

Et si replicetur quo sequuta evictione fundi censu, credi-  
tor ita agnoscendo contractus resolutionem debebat repetere  
sortem, Responderi potest, quod in concursu culpæ majoris  
debitoris consistentis in actu positivo, & alterius culpæ  
creditoris consistentis in actu negativo simplicis negligentia,  
quæ excusabilis quoque remanere potest ab ignorantia hujus-  
modi subtilitatum juris, prævalere debet dicta culpa major;  
Ac etiam quia sequuto isto casu, debitor quoque dicitur in  
culpa, & perjurio, non restituendo sortem eo ipso quod ita  
agnovit ex proprio facto illius debitorem evasisse; Illudque  
potissimum observandum videtur an creditor ab initio ha-  
buerit animum sincerum verè faciendi contractum censuale  
validum, vel potius animum depravatum faciendi contrac-  
tum mutui sub hoc specioso nomine invalidi census vela-  
tum, ut ita solum exigere posset, atque ab hoc principio hu-  
jus materiæ determinatio pendere videretur.

ROMANA REDUCTIONIS CENSUUM  
PRO UNIVERSITATE CREDITORUM.

Casus disputatus coram Congregatione deputata,  
& resolutus ut infra.

An & quando Princeps possit, vel debeat reduce-  
re fructus censuum jam impositorum ad mino-  
rem summam, illamque taxare, etiam in fu-  
tutum.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus controversia.
- 2 De motivis reductionis.
- 3 Status causa.
- 4 De potestate Principis tollendi jus tertii.
- 5 De eodem, & quod de ea in foro externo non sit agendum.
- 6 Sensus auctoritatis contra reductionem.
- 7 De materia cap. suggestum super reductione contractus ad justitiam.
- 8 De antiqua quæstione, ejusque determinatione in censu personali.
- 9 De taxa decem pro centenario.
- 10 De introductione census consignativi in Italia.
- 11 De antiquis gravissimis usuris.
- 12 De alia decisione quæstionis, de qua, n. 8.
- 13 De forma tradita per constitutionem Pianam.
- 14 Taxa decem pro centenario est generalis, non autem localis.
- 15 De non acceptatione ubique dictæ Pianæ Constitutionis.
- 16 De antiquis reductionibus, in qua specie censuum procedant: Et de differentiis inter census antiquos, & modernos juxta Pianam Constitutionem.
- 17 De circumstantiis super regulatione pretii vel fructuum.
- 18 De estimatione jurium ad vitam.
- 19 De ratione reductionis censuum cum Communitatibus.
- 20 Quod redemptio, vel taxa potius esset præjudicialis pauperibus, & indigentibus.
- 21 De taxa fructuum, vel usurarum doalium.

D I S C. XXXII.

1 Post jam sequutam moderationem usurarum Judæo-  
rum à decem, & octo ad duodecim pro centenario, ut

advertitur in adnotationibus ad disc. 6. de Usuris: Aliqui,  
sive debitores, sive zelatores, proposuerunt eidem Pontifi-  
ci Clem. X. ut reductionem quoque censuum ex eisdem ratio-  
nibus, data sua proportionem, faceret, tam eorum, qui jam  
retroactis temporibus impositi fuerunt usque ad summam per-  
missam per Bullam Nicolai V. vel circa ea, quando bonorum  
stabilium fructus erant majores, ac etiam majores erant fru-  
ctus locorum montium ex insinuatis dicto disc. 6. quam etiam  
in futurum creandorum; Ac propterea forte eadem Congre-  
gatio quæ dictam reductionem usurarum judaicarum fecerat,  
vel alia ad id deputata, nulla demandata interessatorum cita-  
tione, jam erat in voto eam consulendi, ubique uniformem  
ad rationem quinque pro centenario, quam potius pinguem  
creditoribus reputabat, dum fructus locorum montium  
hoc tempore currebant ad quatuor, illi verò stabiliam,  
minus.

Ex duplici autem motivo hujusmodi Consulentes moveri  
supponebatur; Primò nempe quod illi census, qui erant à  
septem, & octo, ac magis, hodie redacti videntur ad quam-  
dam speciem magnæ injustitiæ, & læsionis, quodque propterea  
intrent termini text. in c. suggestum, de decimis pluries sub  
diversis materiis insinuati, & præsertim eod. tit. de decim.  
disc. 3. quod scilicet quando contractus, vel dilactus habentes  
tractum successivum, quamvis in sua creatione sint justii,  
sed tractu temporis efficiantur valde injusti, & lævi, redu-  
ci debeant ad justitiam.

Et secundo ac magis, ob tot exempla ferè omnium prin-  
cipatum, vel regionum orbis catholici, & præsertim in  
Germania, in Hispania; Gallia, Polonia, & alibi, quod  
Reges pro tempore hujusmodi reductiones fecerunt ex rela-  
tis per Leotar. de usur. qu. 48. Olea de cess. jur. tit. 7. qu. 3.  
n. 32. & alios de hac censuali, vel usuraria materia agentes,  
frequenter.

Ponderando etiam quod in hoc principatu id quoque præ-  
dicatum fuit per Clem. 8. in censibus Communitatum, ut ex  
ejus constitutione 6. in Bullar. impress. etiam apud Cenc. quod  
etiam in communicatibus Regnorum utriusque Siciliæ alio-  
rumque principatum Italiæ prædicatum habetur, & per con-  
sequens eis videbatur quod provisio esset multum justa ac  
Reipublicæ utilis & plausibilis.

Habita itaque de his notitia per nonnullos creditores ha-  
bentes præsertim census in summis valde considerabilibus ad  
sex, & septem pro centenario cum magnatibus ac personis  
potentibus, ex quarum parte supponebatur quod sub nomine  
eorundem Zelatorum, qui dictam reductionem usurarum  
judaicarum prosequuti fuerant, id promovetur, obtrine-  
runt audiri, Ac propterea ad eorum instantiam ad me & aliis  
desuper scriptum fuit in jure in contrarium, istaque oppositio  
produxit, ut sub silentio res remaneret.

Scribentes itaque contra istam reductionem distinguebant  
duas inspectiones; Unam scilicet super reductione censuum  
jam impositorum ita derogando contractibus, atque tollen-  
do jus certum tertio quæsitum ex propria provisione; Et se-  
cundò super taxa futurorum; Super prima verò magis instab-  
bant utpotè circa id quod interessat, eam dicendo longè ma-  
gis exorbitantem, dum ita videbatur lædi jus naturæ, & gen-  
tium; ac propterea nimium se diffundebas in defectu potesta-  
tis tollendi jus tertii ex contractu, propria ve provisione, re-  
assumendo ea quæ plenè habentur deducta per Fagnan. in cap.  
consuluit, de cleric. egrot. & per alios à me relatores sub tit. de re-  
gal. disc. 148. ubi latè de hac materia potestatis derogandi ju-  
ris tertii.

Ego verò, neglecto hoc assumpto potestatis, dum in iis,  
quæ originem ac dependentiam habent in jure positivo, qua-  
tenus pertinet ad forum externum, fabulosum hodie videretur  
disputare de potestate Principis in suo Principatu, & coram  
suis officialibus, quidquid sit quoad internum, ex deductis  
eod. disc. 148. & 177. & in tit. de feud. disc. 9. & 12. & in aliis  
Potissimè verò ubi non agatur de provisionibus particulari-  
bus, per quas tollatur jus uni ut detur alteri personæ in particu-  
lari, ac propterea subesse valeat ratio, vel suspicio privati amo-  
ris, vel odii, sed agitur de provisionibus per viam legis ge-  
neralis, ex motivo causæ publicæ, & levaminis populorum,  
juxta tot exempla antiquorum Græcorum & Romanorum su-  
per reductionibus, vel moderationibus usurarum, quæ tunc  
erant licitæ, atque publicè exercebantur.

Restringebam discursum ad justam, & congruam regu-  
lationem voluntatis, & an rationes, quæ pro reductione  
proponerentur, essent, necne probabiles, sive de præteritis  
sive de futuris contractibus ageretur; Atque in hoc dicebam  
(etiam in sensu veritatis) id non solum esse improbabile, sed  
etiam impracticabile, ac reipublicæ potius perniciosum,  
ad eorum

adeo majus gravamen futurum esset in iis; quos sublevari debere supponebantur.

Præsumam vero ad discurrendum descenderem, præmittebam, quod sic negligebam motivum defectus potestatis ab aliis promotum, ita e converso omnino negligi, atque in nulla penitus ratione haberi merebatur motivum pro reductione ut supra consideratum, læsionis, & in iustitiâ ad terminos text. in cap. suggestum, quoniam ad hunc effectum non sufficit illa læsio, quæ simplex & ordinaria dicitur juxta terminos text. in l. 2. C. de rescind. vend. & cap. 2. de emp. & vendit. Quinimò neque illa quæ dicitur enormissima, redoler dolum præsumptum aptum ad annullationem juxta deducta sub tit. de emp. & vendit. disc. 27. sed debet esse adeo magna, & excedens, ut redoleat iniquitatem, ideoque ad rem nullatenus id erat adaptabile, dum neque aderat ordinaria ultra dimidium, ut proximè advertitur, & sub tit. de emp. & vendit. disc. 54.

Assumendo itaque discursum advertebam in primis ad convincendum æquivoçum, cum quo procedebatur, circa exempla, Germaniæ, Hispaniæ, Poloniæ, & Galliæ aliarumque regionum ultra montes, quod scilicet retroactis sæculis in præfatis regionibus præsertim vero in Germania, magna, & celeberrima inter Theologos, & Canonistas fuit quæstio super validitate illius census consignativi, qui sine fundo fructifero certo, & capaci creati solebat cum sola obligatione generali personæ, & bonorum, & qui census pro modernorum usu loquendi ad differentiam census creati super fundo certo ad præscriptum Bullæ Piænæ dicitur personalis.

Occasione autem convocacionis Concilii Constantiensis pro extirpatione adeo diuturni, ac perniciosi schismatici, quod per annos quadraginta viguerat, adeo ut adessent tres qui eodem tempore se pro Pontificibus in diversis regionibus gererent, propostâ, & examinata fuit ista quæstio, non quidem super majori, vel minori quantitate, seu taxa fructuum, sed super ipso contractu in genere; Atque ex magis communi sensu Patrum in eo Coetu congregatorum, non tamen in forma concilii, neque in conciliaribus sessionibus & actis, quæstio decisa fuit pro validitate ex testimonio plurium, quos refert Leotar. d. 9. 48. atque est nimium verisimile testimonium ut potest comprobatum à gestis ad breve tempus per Martinum V. qui in eo Concilio cum singulari prærogativa, non solum à Cardinalium collegio, sed ab aliis Ecclesiæ universalis nomine, Pontifex electus fuit; Cùmque illinc ad octo annos nempè de anno 1425. (cùm Concilium fuisset de anno 1417.) nova exorta fuerit quæstio, non quidem super substantia contractus, ut potest jam decisa, sed super taxa, seu quantitate fructuum; ista decisa fuit intra meram decem pro centenario, ut patet ex ejus constitutione registrata inter Extravagantes communes sub tit. de emp. & vend. extrav. 1. & apud Duard. in tract. de censib. in princ. Atque eandem taxam paulo post Nicolaus V. Martini mediatoris successor, de anno scilicet 1452. statuit pro Regno utriusque Siciliæ, ita implicite, seu præsuppositivè declarando contractum in substantia validum & licitum, ut patet ex ejus constitutione registrata inter pragmat. Regni Neapol. pragmat. 1. de censib.

Cùm etenim ista species contractus census consignativi mediante pecunia, usque ad hæc tempora in Italia ignoti, introductus esset, non solum in Germania, sed etiam in Hispania, & præsertim in Aragoniâ, Cataloniâ, Valentia regnis tunc constituentibus Coronam distinctam ab altera Castellæ & Legionis ex insinuatione sub tit. de præm. disc. 29. atque Alphonsus possessor istius Coronæ, quæ usque à tempore Caroli I. juxta seriem, de qua sub tit. de feud. disc. 20. annexum habebat quoque Regnum Sicilia ultra pharum, ex adoptione Regine Joannæ secundæ conquississet etiam regnum alterius Siciliae circa pharum, quod aliàs Apuliæ dicebatur; ex moderno autem loquendi usu Neapolitanum dicitur; Hinc iste Rex in his quoque regnis Italia istam speciem contractus introducere curavit, cum auctoritate & approbatione Sedis Apostolicæ, ut patet ex dicta constitutione registrata ut supra inter pragmat. dicti Regni Neapolitani sub tit. de censib. pragmat. 1. ac etiam apud Duard. dict. tract. de censib. in princ. alioque Siculorum scriptores nimium frequenter agentes de isto censu, quem bullare propterea dicunt.

Nimiumque probabile est de ista introductione præfatum Regnum, pro istorum Italiae regnorum beneficio, ac utilitate sollicitum fuisse, ad eximendum subditos à gravissimis pro istorum temporum conditione currentibus usuris, quæ ad minus erant ad rationem triginta trium, & aliquid plus pro centenario, adeo ut infra triennium æquarent fortem; Quinimò non desunt referentes quod quandoque infra annum fortem adæquarent, unde prodit nostrorum majorum sim-

placitas opinandi quod illa usura centesimæ, de quibus fit mentio in corpore juris civilis, ac etiam apud antiquos scriptores hinc eandem sortis adæquationem intra annum importarent, & sic centum pro centum ex relatis sub tit. de usur. disc. 6. ideoque præfata taxa decem pro centenario nimium suavis, atque debitoribus commoda & proficua remanebat; Ac propterea edocemur quales sint effectus temporum, & rerum mundi vicissitudines.

Sed quoniam in Germania non acquiescebant illi, qui de istius contractus validitate in genere dubitabant, ac propterea in aliquibus illius provinciæ diocæsibus, non obstante præfata decisione sequuta in Concilio Constantiensis, non autem per Concilium, ac etiam non obstante dicta constitutione Martini, denudò excitata fuit quæstio, idcirco Calixtus III. præfati Nicolai immediatus successor de anno 1455. præfatam Constitutionem Martini confirmavit, atque contractum denudò validum declaravit, eademque constitutio registratur etiam apud Duard. ubi supra, & alibi.

Hoc tamen non obstante, cum in illa provincia jam radices emissent illæ hæreses, quæ deinde à temporibus Leonis decimi citra, adeo altas produxerunt arbores, hinc sequebatur quod dubitantes præfata duplici Pontificiæ determinationi, ac etiam iudicio magis communi Patrum in generali Concilio congregatorum non acquiescebant, eorumque dubitatio irrepererat, quoque in Galliam, & in Italiam aliasque Provincias; Ac propterea non modica in dies resurtebant inconvenientia & conscientiarum inquietudines; Quare S. Pius V. ut hujusmodi quæstionum, & inconvenientium occasionem eradicaret, certam huic contractui præscripsit formam, cum ejus constitutio 79. in bullario novo registrata etiam apud Cenc. & Duar. in d. tract. de censib. & apud alios, ut scilicet ultra formam pecuniæ enumeratæ, & irreperibilitatem ex parte creditoris, etiam ex pacto rescissorio in casu moræ, ac perpetuam redimendi libertatem ex parte debitoris, quam receptum est accidentalia potius respicere; deberet census constitui super re stabili, seu quæ pro stabili habeatur, certis finibus designata, ac fructifera, & capaci, adeo ut fructus census excedere non possint ipsius fundi fructus, quodque creditor ejusdem fundi peremptionis periculo subjaceat, ut eo chasmate, seu aliàs citra debitoris culpam perente, census pereat, atque creditor sortis patiarur jacturam; Ubi vero in toto, vel in parte fructus deficerent, vel minuerentur fructuum quoque cursus cessaret, sive ad solam ratam capacitatis obtineri possent, nulla facta provisione super ipsorum fructuum taxa, ac propterea implicite approbata remansit dicta taxa Martini & Nicolai decem pro centenario, quam magis communiter receptum est esse generalem, non autem localem, ut aliqui credunt ex relatis per Cenc. & Duard. in eorum tractatu de censib. & per Leotar. in dict. (docto quidem nimiumque elaborato cum omnimoda & singulari diuturna viginti duorum annorum applicatione) tract. de usur.

Non tamen ubique ista Constitutio Piænæ recepta fuit, dum in præfatis Regnis Hispaniarum Coronæ Aragoniæ continuare professi sunt, ac profuerunt cum præfata Bulla Nicolai V. & in aliquibus Germaniæ partibus, & forsitan etiam Galliæ, idem sequutum est ut continuaretur cum constitutionibus Martini & Calixti, quinimò in ipsa Italia præfatam Sicilia regnum ultra pharum expressè & positivè illam acceptare renuit, atque ab ejus observantia dispensationem obtinuit à Gregorio XIII. dummodo aliqua servarentur; in reliquis continuando cum dicta Bulla Nicolai, ut patet ex Gregorii constitutione registrata quoque apud Cenc. & Duard. eademque præfatio factim in parte circa formam pecuniæ numeratæ, atque circa pacta rescissoria; viget in Tribunalibus sæcularibus Regni Neapolitani ex relatis supra, hoc eod. tit. disc. 1. & in aliis.

His itaque sic stantibus; Prorsus erroneum esse dicebam in hodiernis censibus creatis, vel creandis ad formam præfate Piænæ constitutionis, exemplum trahere ab iis, quæ in retroacto decimo sexto sæculo, vel in alio antecedenti per Carolum V. alioque Imperatores in Germania, atque per Reges Hispaniæ, Galliæ, & Poloniæ diversis temporibus statuta fuerunt circa reductiones istorum censuum potius personalium, qui de usurarum, sive interusuriorum natura potius sapere videntur, ob longam, ac notabilem differentiam, quæ inter unam, & alteram speciem dignoscitur; In dicta etenim antiqua specie, creditor nulli subiacebat periculo peremptionis, vel infructuositatis fundi, neque perpetuæ prohibitionis repetendi fortem, præsertim in casu moræ, & inobservantia, aliique non subiacebat vinculis & obligationibus per dictam Piænæ Constitutionem inducis & præsertim illi

necessitatis retrovendendi, quæ etiam est pars pretii; Ac propterea, quamvis ex tunc consideratis motivis à præfatis tribus Pontificibus, Martino, Nicolao, & Calixto, contractus probatus fuisset tanquam licitus, attamen videtur quod aliquam habeat speciem mutui, sive ab eo non multum differat, atque fructus quamdam speciem habeant usurarum, recipientium taxam per modum regulæ generalis, uniformis absque eo quod intrent consideraciones, de quibus in altera specie census ad formam constitutionis Piænæ, in qua è converso viget dicta consideraciones, & præsertim illa periculi peremptionis, vel infructuositatis fundi, ob quod, utriusque pretium diversimodè regulandum est; cum pericula, aliaque onera dicantur pars pretii.

Et per consequens nullatenus in hac ultima specie dari potest certa, & uniformis taxa pretii ob diversam qualitatem fundi censiti, ex qua pendet major, vel minor probabilitas periculi; Provis etenim improprium est dicere, ut eodem modo regulari debeat census impostus super aliquo castro, vel magno casali, seu conspicuo prædio, aut palatio à peremptionis, vel infructuositatis periculo magis exempto; quam super parvis domunculis, ex ignobilibus cæmentis constructis, ideoque de facili subjectis ruinæ, vel super vineis ob deferam culturam de facili infructiferis, cum similibus, juxta suam proportionem.

Considerari quoque solent aliæ circumstantiæ hujusmodi pretium regulantes, de quibus apud Cenc. hoc tr. qu. 47. n. 16. & seq. Leotar. de usur. q. 59. n. 22. Fagnan. in cap. in Civitate de Usur. n. 22. & seqq. Carena, seu Moneta apud eum resol. 174. & alios, super qualitate scilicet locorum, quoniam aliud est, in magnis Civitatibus & Emporiis, aliud vero in parvis locis in quibus major pecuniæ penuria habeatur; Quinimò in eadem specie Civitatum, vel Emporiorum, aliorumque locorum; consideratur discretio locorum; & provinciarum, majoris, vel minoris commercii, sive majoris, vel minoris abundantia pecuniæ. Nec non inspicitur etiam quantitas investimenti, dum quotidiana praxis docet, quod in Urbe investimenta censuum super casalibus, vel palatiis, aliisque magis, ac tutis fundis, vix sunt ad quatuor, imò tria pro centenario, & minus, & tamen in valde adjacentibus locis intra Districtum, in quibus ob qualitatem fundorum, & personarum, sunt parvi census super exiguis fundis ad septem & octo & ultra, cum similibus consideracionibus; Inter quas etiam in eodem loco viget illa qualitas personarum, ut (E. G.) docet praxis in Civitate Neapolis quod inter idoneos privatos vix reperitur investimenta ad dictam rationem scilicet quatuor pro centenario, & minus, & tamen Barones, etiam cum difficultate inveniunt ad septem, & octo. Igitur fabulosum videtur hanc uniformem taxam statuere, non distinguendo loca tempora, bona, personas & alias circumstantias, ut supra; Ac propterea contra hanc uniformem reductionem bene scribunt Fagnan. & Carena, seu Moneta apud eum, ubi supra & alii.

Atque ad id conferunt ea quæ contra uniformem regulationem, seu æstimationem vitæ hominum habentur sub tit. de Regal. disc. 30. & sub tit. de Donat. disc. 54. & alibi cum similibus.

Prout ad rem non facere dicebam dicta exempla reductionum censuum cum Communitatibus, ob pariter longè diversam rationem; Communitates etenim ob bella, aliaque nostrorum temporum calamitates, effectæ sunt impotentes ad restitutionem sortis & extrinccionem censuum, neque de facili inveniunt dantes pecunias sub minoribus fructibus, ut extinguant census antiquos graviores, cumque ille sunt sub cura & peculiari administratione Principis, atque in eis viget magis proximè ratio publicæ necessitatis, vel utilitatis, atque in prædiis, & bonis. Communitatum non ita adaptentur dictæ ponderaciones circa peremptionem fundorum; Hinc proinde istæ generales provisiones symbolizare videntur illis, de quibus supra in censibus personalibus; Istæ verò rationes (quidquid incidenter, & inconsideratè deducat Larrea alleg. 3. 23. & 31. & dec. 11.) non procedunt in privatis, in quibus se regulando ex notoria praxi, intrat clarum dilemma, quod aut ipsi sunt idonei, atque bonos & tutos fundos habent à dicto peremptionis, vel infructuositatis periculo minus exemptos; Aut non; si sunt idonei de facili inveniunt dantes pecunias ad census sub moderatis fructibus juxta usum currentem, ut census graviores extinguere possint ob penuriam investimentorum; Et si non sunt idonei, tunc, ut præmissum est, ipsum periculum dicitur pars pretii, atque productus fructus majores.

Quinimò ponderabam quod ista taxa uniformis gravamen potius ac præjudicium pareret personis indigentibus,

parumque tutis, pro quarum levamine eam fieri supponebatur, quoniam ita non de facili reperirent datores pecuniæ, qui ob incommodum majoris fructus tanquam per speciem elæx, cum personis minus tutis, & super prædiis periculosis ut supra faciunt in vestimenta præsertim exigua, ac propterea ita esset magis eos supponere afortis, & suffocacionibus Judæorum, aliorumque foeneratorum, & per consequens ex pluribus incongruum, ac improbabile dicebam quod in hac materia cadere posset taxa uniformis regulanda ex usu unius Civitatis, vel Regionis, sed solum attendi deberet antiqua taxa decimæ partis ubique, ne illam excedere liceat ob præfatas Apostolicas determinationes, sed intra illam major, vel minor conventio normam reciperet à singulorum casuum circumstantiis, ut supra.

Hujusmodi verò taxa generica congruè viderit illis interusurariis, quæ pro credito pecuniario eam uniformem ac genericam habent, ut (E. G.) in Urbe est taxa fructuum, seu usurarum dotalium ex Statuto, ut ex mutatione temporum mereatur reductionem ex insinuatione sub titulo De dote, disc. 161. & in aliis cum similibus; Atque ad idem conferunt ea quæ habentur disc. 103. de Regal. in proposito reductionis fructuum locorum montium super potestate Principis facienda hujusmodi reductiones.

ROMANA CENSUS PRO CAPPELLANIS GREGORIANIS CUM PAULA SCIAMANNA,

Casus disputatus coram Præfato Judice commissario.

De peremptione census ob peremptionem fundi censiti quamvis postea reedificetur.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 De materia text. in l. bene à Zenone.
3 An census dicitur post fundi censui devolutionem.
4 Quomodo Judices, & Consultentes se gerere debeant pro decisione causarum.
5 De peremptione census ob peremptionem fundi censiti.
6 Quid ubi reficiatur.
7 An peremptio fundi urbano, habenda sit ratio soli.
8 Quando peremptio adificii non faciat cessare censum.

D I S C. XXXIII.

Evolutis ad Cameram Apostolicam duabus domibus de ejus directo dominio per obitum ultimi investiti Gregor. XIII. de anno 1580. eas liberè, ac pleno jure concessit cappellæ Sanctissimi Sacramenti Basilicæ Lateranensis, pro duobus cappellanis, qui propterea Gregoriani nuncupantur; Cùmque per inundationem magnam Tyberis sequentem de anno 1598. sub Clem. VIII. ruinam passæ essent, cappellani eas concesserunt cuidam Rozzio ut eas reficeret, eis que potitetur per annos viginti, ut patet ex dec. 557. p. 1. rec. dictoque termino elapso, ideoque dictis domibus reversis ad cappellanos, contra istos Milesi pro quodam censu possessores imposto ante devolutionem egerunt in iudicio Salviani, vel ex alio simili remedio, proditisque pluribus sententiis hinc inde, quarum posteriores fuerunt ad favorem Cappellanorum, adversus ista Paula Miletorum hæres obrinuit committi causam restitutionis in integrum Præfato, à quo credo quod prodierit sententia reis conventis favorabilis, cum post unicam informationem pro eis datam, amplius de causa actum non audierim.

Tria itaque per cause Patronum pro Reis conventis, & pro justificatione trium conformium promovebantur motiva in præteritis instantiis probabiliter deducta; Primò nempe quod cum bona possiderentur ex libera, & plenaria concessione supremi Principis, possessor esset tutus, ad terminos text. in l. omnes, & bene à Zenone, C. de quadrienn. præscr.

Secundo quod ob subsequutam devolutionem ad dominum directum, resoluta essent omnia vincula & onera, adjecta per dominum utilem, ad regulam rex. in l. lex vestigali, ff. de pign. Et tertio quod ob peremptionem fundi censiti perierit quoque census ad præscriptum Bullæ Piænæ.

Super primo motivo, ad illud more Advocati comprobandum, deducebam ea, quæ ad materiam dicti text. in l. bene à Zenone, habentur sub tit. de Donat. disc. 43. Verùm reflectendo ad veritatem pro stylo liberè citentibus, vel causâ Patrono insinuatam, dubitabam de motivi relevantiâ, ac eisdem dubitandi rationibus deductis in proximo allegato disc. 43. quod



quod scilicet dicitur legum dispositio procedat, quando Princeps sciens, & volens, bona, vel jura alteri concedat ex illa potestate, de qua agitur *sub tit. de Regal. d. 148.* Secus autem quando concedat rem; quia credit esse suam, pleno iure ratione devolutionis, ignarus juris alieni, ex altera regula desumpta in *l. 2. §. si quis d. Principe, ff. ne quid in loco pub. quod scilicet omnis concessio Principis in dubio facti præsumitur absque præjudicio juris tertii, cui præsumptio est illam nonuisse præjudicare ex deducto. d. d. 148. de Regal. d. d. 5. de serv. & alibi pluries.*

Super secundo deducebam ea, quæ ex *dec. 17. 12. Coccei. repet. dec. 86. p. 5.* habentur *sub tit. de emphyt. d. 8.* super resolutione hypothecarum, aliorumque onerum, quæ in re emphyteutica per emphyteutam adjecta fuerint factæ casu devolutionis, quod etiam insinuat *sub tit. de feud. d. 1. & alibi pluries, & in his terminis Cenc. q. 22. n. 8. & seqq. Spad. conf. 157. & 193. lib. 3. & communiter, cum sit principium certum,*

Verùm pariter reflectendo ad veritatem advertebam, certum, ac tunc iudicium desuper efformari non posse absque meliori, magisque distincta noticia facti, ejusque circumstantiarum, ex quibus revera hujusmodi questionum decisio pendet; Ac propterea dignoscitur consuetus error desuper procedendi cum hujusmodi generalitatibus, in abstracto, cum id pendat ab inspectione qualitatibus concessionis, an scilicet sit hæreditaria, sive an contineat clausulas; & verba ex quibus hypothecandi, & alijs obligandi facultas resultet; Aut an census, vel aliud onus impostum sit cum assensu domini puro & libero; non autem qualificato à clausula sine præjudicio, cum tunc transeat res ad dominum ira affecta ex deductis *d. lib. 1. de feud. d. 1. & in alijs pluries eod. tit. ac præsertim in d. sua propria sede de emphyt. & alibi.*

Ac præsertim Judices & Consales edocendi sunt, quod in forensibus controversiis decidendis incipiendum non est à studio juris, cum apertura librorum, neque conceptus efformandus est cum regulis & conclusionibus juris generalibus, & in abstracto, sive cum autoritatibus & decisionibus quæ in diversis prædierint casibus, sed incipiendum est à studio processus, & scripturarum pro habenda bene distincta noticia facti, ejusque circumstantiarum, eisque præcognitis reflectere ad regulas, & conclusiones juris, magis verò ad circumstantias facti, militantes in alijs casibus, de quibus loquantur decisiones & autoritates, atque ex combinatione reflectendum est ad applicationem congruam, in qua totus est punctus.

Magis itaque solidum videbatur certum motivum peremptionis fundi, stante ejus casu jam firmato in *d. dec. 557. p. 1. reg.* nimium quoque verisimili ob notorietatem casus; Posita etenim ruina, seu peremptione, de plano resultat effectus peremptionis census, ob literalem dispositionem Bullæ Piænæ, ac etiam ob rationem in præcedentibus pluries insinuatam, ut hoc periculum salvet contractum censualem ab illa suspitione mutui sceneratitii palliati, quæ prius habebatur, juxta d. spuarionem habitam in Concilio Constantiensis, & habetur apud Cenc. *hoc tract. q. 101. Leotar. de usur. q. 57. n. 1. & seq. de Roa consulti. 6. 1. n. 29. & 30. Rota apud Manzaned. dec. 664. & passim, cum pariter sit principium certum.*

Et quamvis domus postea facta, seu reedificata fuerit; Attamen cum non fuerit simplex reductio, vel restauratio ejusdem ædificii, adeo ut existeret ac durare dici valeat antiqua substantia, reductio autem pereuntiat accidentia, sed illa potius dici valeat ex integro, tanquam per speciem novæ ædificationis, tunc quamvis pro hujusmodi reedificatione deservierint antiqua cæmentia, non per hoc census reviviscit, nisi quæ census reductio sequuta fuerit pro restitutione antiqui status immutati, ex voluntaria, vel culpa devolutione, vel ruina, quæ in præjudicium creditoris censuarii fieri non potuerit juxta distinctiones, de quibus *sub tit. de credit. d. 24. & sub tit. de legitima & detract. d. 35. & habetur apud Cenc. & Leotar. ubi supra;* Atque ad idem conferunt ea quæ habentur *sub tit. de Jurepat. in proposito reedificationis Ecclesiæ, ob quam acquiritur jus patronatus, quod non acquiritur ob solam restorationem, sive etiam citra necessitatem ob reductionem ad majorem, & sumptuosam structuram, Sive ea quæ habentur *sub tit. de decimis in proposito novallium, ex quibus decimæ solvendæ non sunt, an scilicet & quando agri, alias fructiferi, & decimabiles, deinde verò ob aquatum inundationis effecti inculti, & infructiferi veniant sub genere novallium, si cum exsiccationibus, aliisque bonificationibus priorum cultura & statui restituantur, ut præsertim d. d. tit. de Decimis, cum similibus, quibus eadem congruat ratio, quæ omnium rerum est, vel esse debet regula.**

Clarius verò in hac facti specie, præmissa de plano procedere dicebam ex eo quod in hoc novo ædificio, nulla ratio

pro ejus fructu habenda videbatur de solo; Tum quia in ædificiis urbanis, in quibus frequentius fructus non correspondent sumptibus fabricæ modica est illa participatio referenda solo, de qua *d. d. 35. de detract. & in supplemento;* Tum clarius quia solum non erat de dominio debitoris, seu impositoris census, sed Cameræ, ideòque hypothecæ desuper contractæ cadebant solum super ædificio per eum, vel ejus auctores constructo, cujus ratione fundus erat fructifer, & non aliàs, ut in hujusmodi prædiis urbanis hominum habitationi principaliter deservientibus contingit; Secus autem ubi ageretur de illis fundis, in quibus adit quidem opus manufactum fabricæ, in quo verificetur omnimoda casualis ruina, cum nova constructione, seu reedificatione ex integro, sed fructus proveniant potius ex solo, aliisque rei aptitudinæ, adeo ut materiale ædificium sit potius quid accessorium, atque importer quid modicum comparative, Ut (E. G.) contingit in molendinis ad aquam, seu ventum, aut in casulis, vel apothecis quæ sint in loco nudiparum, aut in loco apto transitu viatorum pro exercitio tabernæ, seu cauponæ, cum similibus, cum tunc major fructus consistat in qualitate situs, vel respectivè in aviamento, vel in jure privato habendi illud ædificium cum similibus; Ideòque firmum remanet id quod insinuatum est, ut forensium controversiarum decisio frequentius pendat potius ex facto quàm ex jure, id est ex hujusmodi circumstantiis, non autem, ex regulis, & conclusionibus generalibus.

ROMANA CENSUS PRO CAROLO GHERARDO CUM N. DE SANCTO PETRO.

Casus disputatus coram A. C. seu Prælati deputato.

An ratione falsæ assertionis super pertinentia, vel libertate fundi censiti, qui detegatur non proprius, vel aliis hypothecis, & vinculis obnoxius fiat locus; necne rescissio contractus & repetitioni fortis; vel potius admittatur subrogatio alterius fundi.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De conclusionem principali quod in casu falsæ assertionis liceat repetere sortem.
- 3 De origine, & introductione contractus censuales.
- 4 Quare aliquibus DD. ultramontanis, vel Regnicolis non sit deferendum.
- 5 De ponderationibus faciendis circa autoritates DD.
- 6 Quod male adhibeantur termini emptionis & venditionis.
- 7 Ad quid inducitur necessitas fundi, & de aliis cautelis.
- 8 Quando fundus detegitur non liber, sed sufficit, id attenditur.
- 9 De subrogatione ubi detegatur alienus, vel insufficientis & de ratione, adducuntur similia.

D I S C. XXXIV.

Imposito per Carolum censu super quibusdam bonis stabilibus extra Urbem in ejus patria existentibus, quæ juxta solitum formularium narrata fuerunt propria, capacia, & libera ob omni servitute, vincto & hypotheca, cum pactis rescissoriis in casu contrario; Cum deductum esset eadem bona per alios possideri prætendentes ad se pertinere cum exclusione Impositoris in Urbe morantis replicantis, quod aliorum possessio esset spoliativa & intrusiva ob ejus absentiam; Hinc creditor, ad cujus favorem census creatus fuerat, impositorem pulsavit ad docendum de libertate & pertinentia fundorum, sit minus alium fundum subrogandum; Cumque nec oblatio facta esset, creditor autem mutato consilio instaret pro rescissione contractus & restitutione fortis, fretus autoritate Cenc. *de censib. q. 106. n. 4. & concordantium apud eum, & præsertim Gratian. dec. March. 13. ut in electione creditoris repositum sit agere, vel pro subrogatione alterius fundi capacis, vel pro repetitione fortis;* Atque Judex in hanc partem inclinaret, non obstantibus deductis apud Martin. *in resol. 195. lib. 1. à me ex tempore desuper allegat. quasi quod cum plurium casuum distinctione, potius id admittere videatur quando agatur de isto casu, quod fundus detegatur non suus, sed alienus, cum proprie ipse agat de casu diverso, quod fundus esset quidem proprius, sed obnoxius quibusdam hypothecis, quibus non obstantibus remaneret capax,*

capax, & de quo etiam casu plenè agit *Prat. observ. 28.* qui ambo reprobare satagunt diversam opinionem Roviti *super pragm. 1. de censib.* ad favorem creditoris, ut sit locus pacto rescissorio, ubi præsertim istud expressè adjectum sit, & cum qua distinctione procedi videtur apud *Grat. d. dec. 13. & qui omnes hinc inde adhibent terminos contractus emptionis & venditionis, vel similes, de quibus *sub tit. de empr. & vendit. d. 1. & 18. & in alijs;* distinguendo præsertim, an talis assertio sit dolosa necne, sive an sit in modico, vel in parte notabili.*

Hinc scribendo pro debitoribus, retento præsupposito idoneitatis alterius fundi, qui offerbatur; Dicebam etiam cum sensu veritatis, quod pro eis respondendum esset, admittendo subrogationem, quodque pro meo iudicio, clato æquivocono superius hinc inde allegati Auctores & alii concordantes, laborare videantur, adhibendo supra dictos terminos contractus emptionis & venditionis, vel similes, eo quia articulus cum di versis terminis tractandus esset.

Ad id itaque probandum, reassumebam ea quæ habentur supra in *Romana reductionis censuum, d. d. præc.* quod scilicet iste contractus census consignativi utriusque civilis & Canonico juri ignotus esset, & de consequenti etiam ignotus antiquis, & primis utriusque juris Interpretibus, quinimò, præsertim in Urbe, & in alijs locis, in omnibus recepta sit Piana constitutio, neque mediis, sed solum modernis scribentibus post dictam constitutionem; Siquidem si qui habentur antiquiores de materia agentes, sunt Germani, & Hispani, alijs; Ultramontani, qui loquantur in terminis constitutionum *d. d. d. præc. de enunciatione, Martini V. & Calixti III. Vel sunt regnicolæ utriusque Siciliae, ultra, & citra pharum, qui loquantur in terminis sæpius enunciatae bullæ Nicolai V. cum qua in Regno Siciliae ultra vivitur ex concessione Gregorii XIII. In altero autem citra cum eadem vivi prætenditur, atque de facto in Tribunalibus laicalibus vivitur, ex eo quod supponatur Constitutionem Pianam non esse receptam, quamvis Rota, & Curia Romana perperud hanc præsentationem rejecerit, ut *supr. d. d. 1. & in alijs pluries.**

Id autem ad effectum questionis nimia consideratione dignum esse dicebam, ut non solum antiquis, sed etiam modernis Scriptoribus Regnicolis, ac Hispanis, & Germanis nullatenus deferri debeat, ut potè loquentibus cum d. præsupposito validi facti pacti rescissorii per dictas priores Constitutiones illam præsertim Nicolai non prohibiti, & cum quo præsupposito præsertim procedit Rovit, ubi supra, qui asserit hujusmodi pacta in eo Regno esse in viridi observantia.

Ista namque pacta per Constitutionem Pianam expressè reprobanda sunt, ideòque istæ considerationes omnino in judicando habende veniunt, ut advertitur, *disc. 35. de Judic. & alibi,* distinguendo scilicet qualitates Doctorum, ac præsupposita, cum quibus ipsi loquantur, juxta regionum; vel Tribunalium diversas leges, vel opiniones, aut stylos, ut præsertim, ex proposito advertitur, *disc. 16. de Regal.*

Examinando itaque articulum, retentis terminis dictæ Piænæ Constitutionis; Advertebam clarum videri æquivoconum adhibere dictos terminos emptionis, & venditionis, vel permutationis, & similes, atque desuper inducere, vel ponderare leges civiles *Digestarum, vel Codicis* apud supra allegatos hinc inde inductas, vel ponderatas ex magna ratione differentiarum, Non solum quia, ut præmissum est, iste contractus præfatis legibus omnino ignotus est, earumque Interpretibus, sed etiam quia in contractu emptionis, & venditionis, vel dationis in solutum, aut permutationis, & simili, illius substantia consistit in ipsa certa specie in conventionibus deducta, dum unum ex substantialibus ejus requisitis est res certa, eique rectè congruit ratio individualitatis consensus, de qua *d. d. 11. & 18. de empr. & vend. & alibi,* quod scilicet intentio Emptoris fuit emendi illam rem cum ea qualitate, quæ per venditorem narrata fuerit; aliàs non empturus, ideòque cogendus non est invitus diversam rem emere, sive eandem diversæ qualitatis ad vulgarem text. in *l. nec emere & c.*

Secus verò in isto contractu, in quo necessitas fundi certi fructiferi, & capacis per istam novam legem Pianam inducta fuit, pro subiecto periculi, cui creditor subjacere debebat ad effectum excludendi censum personalem, illamque dubitationem, quam Theologi habebant de ipsius usuraria infectione ratione mutui palliati, juxta seriem, de qua supra *d. d. præc.* Ac propterea receptum est deservire posse pro fundo rem alienam de consensu Domini, & creditoris juxta in re, vel ad rem non quæri, cum sufficiat illud demonstrari pro subiecto ad prædictum effectum periculi, peremptionis, vel infructuositatis; Et de consequenti prohibita non sit pro caurela creditoris generalis omnium honorum obligatio, & conventio præstationis fidejussorum, sive cedulæ bancariæ,

vel similibus cautelarum; Ideòque longè diversa militat ratio inter unam, & alteram speciem contractus; maleque ab illo emptionis, & venditionis, aut simili inferitur ad istum, in quo non curatur implementum in forma præfata, sed berè attenditur in æquipollenti per quod obtineatur finis, ad quem introducta est, atque indemnitati creditoris æquè consultum remaneat, ut latius, magisque elaboratè præ cæteris habetur apud *Prat. d. observ. 28.*

Hinc proinde, quamvis in casu falsæ assertionis libertatis fundi, qui detegatur aliis hypothecis, & vinculis obnoxius, de stricta juris censura, ubi præsertim assertor convincatur de mendacio, & dolo saltim præsumpto, atque accedat pactum resolutivum, huic locus esse debeat; Atramen ex dicta ratione receptum est; ut sufficiat doceri de capacitate, quodque narrativa verificetur in eo quod creditoris interest, juxta firmata *dec. 56. & 64. post Cenc. cum alijs per Add. ad Greg. dec. 295. & Prat. d. observ. 28. n. 3. & 4. cum seqq. & per tot.*

Ita pariter si detegatur fundus alienus, non autem proprius, sive proprius, sed absorptus, & in sufficientibus, debitor autem offerat subrogare alium fundum æquè idoneum, & capacem, ex eadem ratione id admittendum est, ut præcari in Tribunalibus Neap. testatur *Prat. d. observ. 28. n. 72. & de Marin. d. resol. 195. in fin.* atque fuisse practicum in Rota patet ex *dec. 1275. Seraph. in fin.* cum tamen in dictis Tribunalibus laicalibus Neapoli aliqua urgeat ratio, ob quam posset esse locus rigori pacti, multò magis in Urbe, & in alijs locis, in quibus vivitur cum Constitutione Piana ut supra.

Uteriam habemus à simili in obligatione præstandi aliquid in fidejussorem, quod si ille noler, vel non possit fidejuberè, adhuc admittitur debitor alterum æquè idoneum subrogare, ut advertitur *disc. 141. de cred. n. 10.* atque docet praxis quotidiana ex eadem ratione; quod sufficit consultum esse creditoris indemnitati, atque obtineri finem, vel effectum, ac propterea in casu non implementi non agit creditor ad repetitionem fortis, sed ad ejus depositum loco cautionis juxta *dec. 88. Greg. sapius supra.*

Neque præmissis obstat dicebam dictas autoritates Gratiani, & Cenc. Tum quia primus vincitur de prædicto æquivocono, adhibendo terminos directos longè diversam rationem habentes; tum etiam quia dicunt quidem posse creditorem, unum, vel alterum petere, sed non descendunt ad hanc speciem, an debitore offerente subrogationem alterius fundi æquè capacis, & idonei, possit creditor recusare; Potissimè verò in hac facti specie, quod creditor jam hanc viam subrogationis elegerat, ideòque facta semel electione, variare non poterat juxta axioma, de quo apud *Surd. consil. 264. Mant. dec. 344.*

COLONEN. CENSUS PRO SABOLINIS.

Responsum extra Curiam.

De sanatoria census ob non servatam formam pecuniæ numeratæ; Et de justificatione clausulæ *Constituta de vero Credito.*

Et an defectus dictæ formæ vitiet totum contractum; vel potius in ea parte, in qua defectus adit.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 An ommissa forma pecuniæ numeratæ vitiet contractum in totum.
- 3 Quando ista questio intret.
- 4 De effectu sanationis.
- 5 De justificatione clausulæ *Constituta de vero Credito.*
- 6 De eadem questione, de qua, n. 2.
- 7 Quando census valeat etiam sine forma pecuniæ numeratæ.

D I S C. XXXV.

Cum hæredes Raphaelis de Banchinis censum impositum ad favorem Joannis etiam de Banchinis in sorte scut. quingentum, hoc est pro 47. ex causa quatuor censuum ab eorum auctore impositorum, pro sc. 18. tunc habitis in pecunia numerata, reliquos verò 65. confessi fuissent jam habuisse, atque Joannes hunc censum cessisset Petro Mattheo genero in causam dotis, qui deinde illum cessit Sabolino, contra istum debitores opposuerunt nullitatem ob non servatam formam à Piana constitutione præscriptam, ac propterea creditor obtinuit à Papa solitam commissionem sanatoriam

toriam cum consueta clausula Confessio de vero credito dire-

Etam Ordinario, qui censum sanavit in parte; Alter vero Ju-

Dicebam tamen quod, quidquid sit de unius, vel alterius

Sanationis etenim hujusmodi effectus unica ratio est tol-

Atque hinc resultat dicebam terminationem difficultatis

Ac propterea Curia praxis rationabiliter se habet, quod

Clarius vero in hac facti specie, quod extrinseca justifica-

tiquis censibus; & pro aliis scilicet decem & octo, qui nume-

In hac etenim materia intrate dicebam quoque illam adeo

Hinc circa dictam quaestionem, cujus disputatio in parti-

Quodque legislator non respexit praeciam formalitatem,

FLORENTINA CENSUS VITALITII!

PRO TERENCE FANTONIO CUM N.

Responsum extra Curiam ad causas opportunitatem, & pro veritate respectivo.

De eadem materia, de qua supra, disc. 9. an scilicet

SUMMARIA.

- 1 Casus quaestionis.
2 An Advocati possint scribere contra propriam opinionem
3 De errore non distinguendi, sed confundendi casus.
4 De diversis quaestionibus in materia cadentibus.
5 De censu personali in genere.
6 De censu vitalitio in genere.
7 In quaestionibus modernis non possunt adduci auctoritates graves, & quod tales non sint illa modernorum, & de ratione.
8 De distinctione adhibenda circa classes, & qualitates Doctorum.
9 De alia distinctione classium in hac materia particulari censuum.
10 Et quomodo consideranda sint auctoritates DD.

- 11 De auctoritatibus firmantibus, quod Constitutio Piana procedit, etiam in censu vitalitio.
12 De difficultatibus, & rationibus in contrarium pro non comprehensione.
13 An in censu vitalitio detur distinctio sortis, & fructuum.
14 De bona fide excusante a fructibus perceptis, & consumpsis.

D I S C. XXXVI.

Creto per Terentium censu vitalitio ad favorem N. mul-

In prima itaque scriptura dicebam quod, ut bene perpen-

Tres itaque advertentibus esse diversas quaestiones, quae

Et tertiam demum esse quaestionem specialem de qua age-

De prima quaestione agitur supra in dicto disc. 32. Sed illa

Prout diversa est altera quaestio super validitate census vi-

Sed pariter advertentibus, quod omnia quae percutiunt di-

Etam quaestionem in genere, five in abstracto, inanes evagatio-

Tertia itaque est quaestio casus praecis, an scilicet postea

Cum autem ista sit moderna quaestio, quae derivat ab ista

Examinando itaque modernas auctoritates, quae desuper

Prout etiam ad alteram reflectendum est distinctionem in-

His itaque praenotatis, atque deveniendo ad applicatio-

De prima, & secunda specie, seu classe, nullam dicebam

De prima, & secunda specie, seu classe, nullam dicebam

Quare attentis illis auctoritatibus, quae sint de tertia clas-

tutione, seu nova forma, ut sunt præferim Cenc. hoc tract. 9. 29. n. 25. & Leotar. dista 9. 49. n. 35. & per tot. ubi referuntur Scaccia, Baccac. & alii, qui loquuntur cum eodem præsupposito, neglectis Hispanis, & Regnicolis, & alijs loquentibus cum dicto diverfo præsupposito, cum quo etiam loquitur Allegrad. ut supra advertitur.

Atque descendendo ad auctoritatem Rotæ Romanæ, quam in hac materia usuraria magnam esse advertit in specie Constant. in l. 1. C. de Fiscal. usur. lib. 10. n. 41. ultra ea quæ generaliter de auctoritate istius Tribunalis dicuntur in relatione Curie, disc. 32. Advertetam quod licet in dec. 514. post Cenc. de cens. n. 4. & per tot. dicatur, quod ista species non comprehendatur sub Bulla Piana; Attamen postea contrarium magis ex professo firmatum fuit in Romana vinea 28. Junii 1649. cor. Arguell. inter ejus impressas dec. 101. apud aliquem ex modernis Collectoribus fortè quoque pro moderno usu faciendi volumen, repetita.

Atque his tantibus dicebam, quod in iudicando deferendum non esset meis difficultatibus excitatis dicto disc. 9. dum ibidem dicitur, quod in Curia ob auctoritatem Rotæ, cum dicta opinione potius procedatur.

Hactenus in prima scriptura edita more advocati ad causam opportunitatem; In alia verò ad veritatem, dicebam quod præmissis non obstantibus, in eadem persistebam opinionem, de qua dicto disc. 9. etiam agendo de articulo in genere, magis verò in casu præsentis controversiæ ob ejus particulares circumstantias.

Quatenus enim pertinet ad punctum in genere, ut advertitur supra in hoc Supplemento, disc. 32. 6. Pius V. principaler motus fuit ad istius Constitutionis editionem, ut ita tollerentur omnes fraudes, vel suspiciones, quæ cadere possent super usura, quod nunquam cadit, nisi quando adsit implicium, vel interpretativum mutuum, sub alterius contractus pallio, vel nomine velatum, ut verificabile est in censu perpetuo, ex jam insinuata ratione, quod remanet salva fors per creditorem in suis casibus repetibilis, ac propterea valde approximat mutuo usurario; Id autem adaptabile non est huic censui vitalitio, in quo fors omnino demotitur, non solum ob illud impedimentum repetitionis, quod in perpetuo viget, donec debitori placeat illum redimere, sed ob omnimodam mortem fortis, quæ in hac specie sequi dicitur cum irreperibilitate in substantia, adeo non dicitur existere fors principalis in dominio creditoris, quoniam id quod pro postea capacitate, seu usu loquendi dicimus sortem principalem, revera est pretium illius juris, vel oneris, quod in se suscipiat ille qui pecuniam recipiat tanquam per speciem venditionis aleæ; Atque illi, quos pro eodem loquendi usu dicimus fructus, revera non sunt tales, sed potius est diminuta restitutio fortis in singula tempora cum vicissitudinario reciproco commodo, vel incommodo respectivè, adeo ut potius quemdam contractum innominatum redoleat, ut bene advertitur dicta dec. 514. post Cenc. & latius, dec. 35. de Regal. & alibi.

Neque identitatis vocabuli in aliqua consideratione habenda videtur, quoniam id pariter provenit ex quodam usu loquendi improprio, sive pro generali significatione hujus vocabuli census, apti comprehendere omnem speciem recompensæ, juxta consuetudinem loquendi Sanctorum Patrum, quando dicunt, quod potius attendi debet effectus, quam census; Ac etiam apud Juristas, sub nomine census in lata, & generali significatione venit omnis annua præstatio, seu pensio, non solum in censu reservativo, sed etiam in locatione perpetua, vel temporali, sive in Emphyteusi; Et tamen in his certum est, quod Bulla non intrat, ob cessantem rationem fraudis, vel suspensionis usuræ, in qua consistit punctus, dum etiam reservatio pensionis temporalis ad instar pensionum ecclesiasticarum alias sub eadem Bulla venire deberet, cum similibus.

Alia etiam ratione accedente, quod ille qui dat pecuniam pro constituendo isto censu vitalitio, cum omnimoda ejus amissione, & irreperibilitate, non habet respectum, vel considerationem aliquam ad fructus ex aliquo prædio percipiendos, sed juxta generalem, vel frequentiore proximam, ita curat se assicurate de congruis, & pinguioribus alimentis; Ac etiam quia pro hujusmodi censibus, quorum fructus habent taxam longè majorem ratione periculi, & temporalitatis, seu amissionis fortis, oportet quod fundi essent fructiferi in duplo, & longè ultra quam in censibus perpetuis; Neque videtur cur in societatis officiorum, in quibus longè major suspicio, vel proximitas usurarum dignoscitur, ob facultatem discendi societatem, & repetendi sortem, desideranda non veniat hujus Bullæ forma, & tamen desiderari debet in isto contractu.

Fortius verò difficultatem habebam in hac facti specie ob ejus particulares circumstantias, sive circa effectum ad quem disputabatur questio; Ista siquidem non erat super dissolutione, vel invaliditate contractus ad impediendum cursum fructuum in futurum, & pro reductione rerum ad statum pristinum, cum creditrici potius id expediret pro sui crediti reviviscentia, sed erat ad effectum ut fructus interim soluti essent imputandi, sive ex computandi juxta casum decisionum allegatarum supra eod. disc. 6. in Romana censuum coram Bichio, & Bevilacqua, quarum prima est dec. 253. p. 11. rcc. & inter suas, dec. 508. in quibus in specie census vitalitii dicitur, ut ob ejus invaliditatem ex defectu potestatis datoris pecuniæ non esset quidem locus lucro sortis ad favorem debitoris, sed huic bonificandi essent fructus soluti.

Verùm in hac facti specie, id mihi videbatur improbabile, quoniam negari non potest quin ex præmissis ista in validitas esset nimium dubia & anceps, ac propterea intraret ea quæ circa bonam fidem excusantem à perceptis, & consumptis, distinguendo inter ignorantiam non excusabilem juris clari, & ignorantiam justam & excusabilem facti, vel juris dubii, habentur sub tit. de Usur. disc. 16. & in suppl. disc. 37. Porrius dum agebatur de actu gesto inter mulierem & Jurisperitum, in quo aliàs esset dare dolam, & deceptionem manifestam ob dilemma quod aut ipse sciebat nullitatem, aut non; Si ignorabat, multò magis justa & excusabilis remanet ignorantia mulieris; Et si sciebat, ergo fuit in dolo, decipiendo simplicem; & ignaram mulierem, idèque esset reportare commodum, vel lucrum ex delicto contra utriusque scripti, & naturalis juris principia; Et propterea concludebam quam magnam sentiebam difficultatem contra requirementem; Atque hinc monendi sumus de eo quod toties insinuatum est, quantum scilicet deferendum sit auctoritati Consulenti in iis Consiliis, quæ ad causarum opportunitatem tanquam Advocatorum informationes, edita fuerint.

AQUIPENDII CENSUS PRO JOSEPHO DE BERNARDINIS CUM COMMUNITATE CASTRI, &c.

Responsum.

An requisita per Constitutionem Pianam quamvis in instrumento census non explicata, justificari possint aliunde etiam per presumptiones & argumenta, sive ob eorum interventum in alio instrumento eodem tempore confecto,

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Non requiritur instrumentum publicum in censu, sed potest fieri etiam sine scriptura.
3 Quando instrumentum defectivum suppleatur ab alio instrumento.
4 De circumstantiis salvantibus aliquem defectum, & quomodo ista materia debeat regulari.

D I S C. XXXVII.

De mense Junii 1643. ob tunc currentes Communitatum indigentias ratione belli apud Chronistas noti, quod Sedes Apostolica habuit; Procuratores per Communitatem legitime constituti eujusdam Castri, sive in hac Civitate Aquipendii, sive in illa Viterbii duos census prius constituerunt in diversis summis ad favorem diversarum personarum, deinde quæ in eodem loco & coram eisdem Notario & testibus, constituerunt istum minoris summæ, super quo Notarius in quadam imbreviatura adnotando solum personas & summam, & eandem causam dixit per testes vices quod census factus etiam in forma, &c. absque expressione fundi censiti, & aliorum, quæ in præcedentibus instrumentis præferim in primo majoris summæ distinctè continebantur; Quæ tractu temporis Communitate non negante receptionem pecuniæ ejusque erogationem eodem modo quo de duobus alijs Census sequitur erat, sed impugnantem contractum ob non servatam formam Bullæ Piane respectu fundi certi, desuper ex parte creditoris consultus fuit.

Respondi quod licet eadem Piana constitutio supponat quod de ejus forma & requisitis costare debeat ex instrumento, quodque præferim numeratio pecuniæ fieri debeat coram Notario & testibus, ac propterea aliqui crediderunt instrumentum publicum esse necessarium de forma; Nihilominus vetius magisque receptum est contrarium, ut scilicet istæ con-

14

contractus, etiam quoad integram substantiam multò magis quoad accidentia, non exigat perneceffe scripturam publicam, sed fieri possit etiam per scripturam privatam, quinimo etiam sine aliqua scriptura, coram testibus; Et quatenus scriptura publica, vel privata adhibeatur, adhuc prohibitum non esset aliqua requisita in eadem scriptura non expressa, vel non bene justificata, aliunde, etiam per presumptiones & adminicula, justificare, adeo ut licet pro magis communi & frequenti usu desuper confici soleat publicum instrumentum coram Notario & testibus; Attamen id prudenter sit ad magis facilem, magisque certam probationem, quæ aliàs difficilis, vel periculosa esset ob mortem, vel absentiam, aut seductionem testium, dum in hac materia non attenditur sola confessio contrahentium; Quamvis etenim ista requisita desiderentur pro forma, attamen eorum probatio per scripturam non est pro forma, ut aliis relatis firmatur per Cenc. hoc tract. quest. 43. num. 15. cum segg. Duard. §. 2. qu. 13. num. 5. cum segg. Leotar. de usur. q. 58. nu. 18. cum segg. Rot. post Cenc. dec. 66. & apud Buratt. dec. 10. atque pluries insinuatur in præcedentibus.

Constitutæ itaque ista conclusione, seu theoricæ juri; Quatenus pertinet ad applicationem, dicebam, quod cum in eodem loco coram eisdem Notario & testibus & in eadem causam instantaneè duo alii census impositi essent, iste verò tertius esset minoris summæ, hinc proinde nimium probabile videbatur quod Notarius à duobus alijs Instrumentis fastiditus, aut tarditate hora ita exigente, crederet explicare eadem requisita cum hac relatione ad præcedentia per illud verbum in forma.

Clarius verò quoniam eadem relatio habebatur quoque quoad onera, pacta, & coactiones, dum pariter dicebatur cum eisdem oneribus, pactis, & cautionibus in forma.

In iure autem sive apud DD. receptum est, ut imperfectio posterioris instrumenti instantaneè confecti per eundem Notarium, & coram eisdem testibus, suppleatur ab alio instrumento præcedente, sive quod eadem forma respectivè præferim circa clausulas desumatur à proximitate alterius instrumenti præcedenter registrati in eodem protocollo juxta notata per Barth. & Bald. in l. si quis ex adversariis, §. si initium, ff. de edend. cum concordan. apud Capyc. Latr. cons. 14. nu. 87. & seg. & consultat. 15. nu. 47. & seg. & dictum fuit per Rot. in Romana Societatis officii 30. Octob. 1598. coram Orano.

Potissimè verò quia dum receptio effectivæ pecuniæ non impugnabatur, sed major obiectio restituebatur ad defectum expressionis fundi censiti, cum suis finibus, iste videbatur defectus nimium levis, & inverisimilis, dum idem fundus destinatus fuit pro alijs duobus censibus majoribus, atque capax erat, etiam istius, neque ob qualitate personæ creditoris viti simplicis & idiote, non autem feneratoris, ac etiam ratione summæ, cadere poterat suspicio, quod confici voluerit census personalis in fraude usurarum, cum etenim iste sit potius punctus facti quam juris, idcirco facti circumstantiæ potius quam juris generalitates in hoc nimium attendi debent pro regulando iudicis arbitrio, cui præsumptivæ, vel adminiculativæ probationis materia commissa est, ac propterea incapax remanet regulæ certæ & generalis; & per consequens intrat consuetus error procedendi cum generalitatibus, vel cum auctoritatibus, quæ diversos percutiant casus.

MUTINEN. CENSUS.

Responsum pro veritate, suppressis nominibus.

An extinctio census fieri debeat in ea præcisa specie monetæ, in qua est constitutus, vel sufficiat deponere æquivalentiam in altera specie monetæ; Et de defectu depositi non integri, an & quando causet illius nullitatem.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Aliud pro alio invito creditori solvi non potest.
3 De conclusione quando quis teneatur ad factum præcisum.
4 An, & quando debitor admittatur ad præstandum unam speciem monetæ pro altera.
5 Sed tunc tenetur præstare totum id quod interest.
6 Depositum debet esse integrum, aliàs est invalidum.
7 Quod iste defectus integritatis excusetur.

Card. de Luca, Lib. V.

8 Valor monetæ est notorius.

9 De differentia inter actus necessarios, & voluntarios.

D I S C. XXXVIII.

Supponebatur in notula transmissa quod de anno 1629. in Civitate Murinæ Cajus ad favorem Sempronii imponeretur census in sorte duplarum Hispaniarum biscentum quinqueaginta, sub conventionione ut in eisdem redemptio fieri deberet; Quodque de hoc anno 1675. idem Cajus, vel ejus hæres ex motivo quod in ea Civitate dictarum duplarum copia non haberetur ad id justificandum exhibendo attestacionem trium Bancheriorum, prævia disincta, & citatione ad recipiendum in forma, deposuerit æquivalentiam in moneta corrente in loco ad rationem juliorum unius, & triginta pro qualibet dupla; E converso autem Sempronius, vel ejus hæres exhibuerit attestaciones bancheriorum, & negotiatorum Bononiæ, aliarumque adjacentium Civitatum, quod in eis commodè haberi possent duplex hispanicæ in dicta & longè majori quantitate, quoribus solveretur æquivalentia ad rationem juliorum triginta duorum pro qualibet, cum ob aliquos bellorum motus pretium aliquod recepisset incrementum; Hinc desuper ex parte Creditoris pro veritate consultus fuit.

Respondi distinguendo causam in duos punctos, unum nempe an creditor præterdere posset sibi præcisè dandas esse duplas hispanicas boni, & justi ponderis ad formam pacti, adeo ut debitore volente reficere totum id quod interest, recusare valeat; Et alterum postquam quod debitor admittendus veniat ad præstandum æquivalentiam in alia moneta, qualis esse debeat; Et an propterea depositum ex defectu integritatis invalidum, ac inutile censendum sit.

Quoad primum punctum, dixi quod de stricta juris censura, contra debitorem omnino respondendum esset, tum ex vulgari axioma, super quo de more plura colligit elaboratus Barbof. axiom. 210. n. 8. ut aliud pro alio invito creditori solvi non valeat; Tum ex altera pluries sub diversis materijs insinuata propositione, quod quando debitor potest præstare implementum præcisum, ad illud teneatur, dum altera propositio, quod nemo cogi potest præcisè ad factum, sed præstando interesse liberatur, procedit quando non sit in ejus potestate, & facultate illud præstare, secus autem ubi potest, ut præferim advertitur, disc. 124. de Cred. & alibi pluries.

Quamvis etenim casus præberet quod de isto tempore in ipsa Civitate aliquid hujusmodi duplarum penuria haberetur, attamen non est penuria generalis, adeo ut sit poene impossibile illas habere in tanta quantitate ut contingit in scuris aureis largis solitis, vel ducatis antiquis, de quibus etiam occasione consimilis quaestiois pro extinctioe census agitur disc. 140. de Credit. dum cum aliqua etiam modica diligentia haberi poterant.

Sed quoniam creditoris non omnino, & præcisè intererat habere ipsam speciem duplarum Hispanicarum, adeo ut præstando integram æquivalentiam, remaneret sibi consultum, hinc proinde quamvis non adsit omnimoda impossibilitas, sufficit illa impossibilitas moralis, quæ ab aliqua difficultate provenit, ut ex æquitate admittatur debitor ad præstandum æquivalentiam in moneta regionis, ut frequenter, poenèque quotidianum habemus in pensionibus ecclesiasticis reservatis solitis in scuris aureis, vel ducatis auri, pro quibus constituendis requiruntur scuti autè novarum stamparum ex deductis sub tit. de pensio. disc. 34. cum segg. & disc. 126. & seg. de regal. ac etiam dicto disc. 140. de Credit. & disc. 89. de benef. alibi; Idèque in hac parte pro debitore dixi respondendum.

In altero verò è converso pro creditore contra debitorem, ut scilicet integram æquivalentiam in toto eo quod interest etiam ratione accidentalis augmenti, seu valoris extrinseci præstare teneatur; Cum etiam debitori resistat juris rigor, quem ipse temperate præterdit cum æquitate, ita semper ista exercenda est, ut per eam nullatenus efficiatur deterius jus creditoris, quoniam alias redoleret iniquitatem, ac læderet justitiam, quod omni scripto, & naturali jure damnatum est.

Idèque in consimili casu, de quo d. disc. 140. de cred. reperti fuerunt ipsi identitici ducati, sive scuti larghi solis apud aliquos antiquarios, eorumque valor à peritis æstimatus fuit, facta peræquatione, cum scuris aureis modernarum stamparum, habita etiam ratione augmenti extrinseci, & accidentalis, quod vulgò aggio nuncupatur, & cujus alteratio in singula tempora contingit, unde provenit majus, vel minus interesse cambiorum, ut in eorum titulo, seu peculiari materia advertitur.

Hinc de consequenti referare dixi nullitatem depositi, 6 quod

N



quod propterea cursum fructuum non impeditur ex deductis, supra, disc. 26. & seq. & disc. 51. de dote, & alibi, cum ita de-  
dicatur unum ex ejus ibidem enunciatis requisitis, nempe illud integritatis, de quo late apud Cen, hoc tract. q. 111. & passim, ut locis citatis habetur.

7 Et quamvis iste defectus quandoque salvari soleat ex causa illiquiditatis, & incertitudinis, Attamen id procedit quando incertitudo iustam habeat causam excusatione dignam, quia nempe consistat in facto iuste ignorato, ac propterea tali casu admitti solet depositum summae certae, & liquidae, & unius julii cum oblatione in actis prompte solvendi & deponendi totum illud plus, quod deberi apparebit, juxta frequentem praxim, quam habemus in materia purgationis attentatorum, cum similibus ex relatis, disc. 18. de judic. & alibi.

8 Quod in proposito sequi solet in fructibus decursis, non autem in sorte circa istam valuationem monetae cunctis, dum id habet speciem notorii, aut apud Dunozett, dec. 346. nu. 7. & 8. alibi.

9 Ponderando etiam magnam esse differentiam inter illum casum, in quo facere oporteat solutionem, vel depositum integrum ad effectum evitandi poenam caducitatis, vel impedij pactum resolutivum; sive evitandi alia praesudicia poenalia, puta ut possit audiri, cum similibus; Et istum casum in quo agatur ad effectum ut debitor possit redimere censum, atque ab ejus servitute se liberare; Priori etenim casu obligatio solvendi, vel deponendi videtur imminens, & necessaria, quae fiat ad effectum evitandi poenas & praesudicia, ideoque de facili intrat excusatio; Iste autem dicitur actus mere voluntarius, ad quem debitor cogi non potest, ac propterea ipse voluntarii actoris personam gerere dicitur, petendo admitti ad hanc aequitatem contra id ad quod de juris rigore obligatus est, & per consequens tenetur diligenter inquirere, & iustificare id quod est suae intentionis ac petitionis fundamentum; Ac etiam quia cum sit actus continens claudicationem, quia nempe voluntarius ex parte debitoris, & necessarius ex parte creditoris, ideo nulla premitur necessitate ad hunc actum deveniendi de tempore accidentali & quando augmentum extrinsecum illius monetae, quae est in obligatione, sit solito majus, sed debebat praevire, vel potest expectare tempus magis opportunum, ideoque nulla adesse dicitur iusta causa, quae excuset.

BENEVENTANA CENSUS PRO CARDONIS CUM CIVITATE.

Casus disputatus in Congregatione Boni Regimini.

An venus extinctio invito creditore fieri possit absque integra obligatione, vel deposito fructuum ob illorum illiquiditatem, sive ob dilationem datam adeos solvendum, aut ob aliquam assignationem pro eis factam.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Depositum debet esse integrum in sorte & fructibus.
3 An creditor teneatur extinguere censum in parte.
4 Non tenetur debitor offerre, vel deponere fructus illiquidos, & incertos.
5 Quando dicitur cadere illiquiditas.
6 De ratione, cui innixa est conclusio, de qua, n. 2.
7 Cessante conditione dilationis, ista cessat, & quod ista casu non detur excusatio, vel purgatio mora.
8 An ubi dilatio duret, & subsistat, liceat extinguere censum non solutis fructibus pro quibus data sit dilatio.
9 De cessante dilacione & cessacione praesuppositi, cum qua concessa sit.

D I S C. XXXIX.

Deputato per Alexandrum VII. de anno 1662. Episcopo Anfuli in Apulia, ad visitandum, ac reformandum communitatem Beneventanae Civitatis, quae praesertim ob recens magnum excidium pestis enunciatum in alia Beneventana, disc. 4. de locato in malo statu constituta reperiebatur; Curavit Visitator obtinere a creditoribus censuariis, inter quos erat Author istorum de Cardonis, reductionem fructuum censuum a sex, vel alia majori summa ad quinque pro

centenario, eos quoque inducendum; ut contenti essent singulis annis minuratum ex quibusdam exuberantibus redditibus decursum satisfacionem consequi, praesertim per creditores, vel eorum aliquos consentu cum conditione solutionis promissa suis temporibus in futurum; De anno vero 1614. cum eadem Communitati se obtulisset occasio habendi quandam notabilem summam pecuniarum ad censum ad rationem quatuor pro centenario; Idcirco dictis de Cardonis fecit didictam cum oblatione fortis, & reliquus fructuum decursum a dicto anno 1662. citra, & cum protestatione quod pro aliis ante decursis gaudere vellent dicta dilacione; Refutantibus vero tutoribus creditorum pupillorum hanc oblationem ex defectu integritatis; Hinc re delata ad Congregationem boni Regimini, disputatum fuit, ac creditores ad hanc extinctionem faciendam tenerentur, dicto defectu integritatis non obstante.

In disputationibus itaque desuper habitis, non negabant Scribentes pro Communitate certam, passimque receptam conclusionem, de qua apud Cen. de cens. qu. 111. & communiter, ac habetur etiam a simili disc. 71. de dote & alibi, quod creditor non tenetur invitatus recipere diminutam restitutionem sortis & fructuum, adeoque oblatio & respectu de depositum defectivum quamvis in modico, atque, ut nostri dicunt etiam in obolo, non suffragetur, quoties de totius census extinctione agatur; Oblatio etenim, vel respectu de depositum Partis admittitur solum quando, non restagante contrario pacto, debitor extinctionem facere velit de parte, quam ex quadam aequitate magis receptum est fieri posse, dummodo non sit modica juxta unam opinionem, pro mediante, vel tertia parte, & juxta aeternam probabiliorum Judicis arbitrio ex quantitate sortis & usu regionis, aliique circumstantiis regulando ex relatis per Cen. qu. 110. add. ad dec. 454. par. 4. rec. tom. 2. Bucart. dec. 377. & 526. dec. 354. num. 9. par. 5. & 148. nu. 5. par. 6. rec. & in aliis rejecta contraria opinioe Gratian. discept. 223. nu. 4. & 717. nu. 20. & seqq. cum qua incidenter proceditur apud Merlin. dec. 822. nu. 2. & quem tenet Leotar. de Usur. qu. 87. num. 30. & seqq. Sed adhuc isto casu omnium fructuum decursum solutio, vel oblatio faciendae est; non autem illius partis, quae cadat sub rata partis sortis restituendae, cum tunc resistat aequitas, cui haec praxis innixa est.

Dicebant tamen id limitari in illis fructibus, qui essent illiquidus & incerti, cum tunc sufficiat oblatio conditionalis obligationis scilicet prompte solvendi, quatenus eos deberi comperitur, cum nemo cogi debeat offerre, vel deponere id quod praetendat non deberi, ex relatis per Cen. disc. 9. 111. Cum quo in omnibus scriptorio quodam more procedit Duarans, Idemque procedere dicebant in illis fructibus decursis, super quibus aliqua sequuta sit conventio super assignatione effectuum, aut dilacione, qua pendente non dicitur debitum, cum ad solutionem urgeri non valeat; Et per consequens, ut quemadmodum ad solutionem non tenetur, ita neque teneatur ab oblatione, vel deposito, quod in contumaciam creditoris nolentis recipere oblatam solutionem, istius loco cedit ex deductis supra, d. disc. 71. de dote, & sapius.

Scribens pro creditoribus distinguendo primum punctum illiquiditatis ab altero assignationis, vel dilacionis; Quatenus ad primum pertinet, dicebam quod in annuis praestationibus pecuniariis consistentibus in certa quantitate non cadunt termini illiquiditatis, dum calculis arithmetice in continenti absque alia extrinseca probatione, vel liquidatione certificari potest id quod pro fructibus remaneat debendum, calculando fructus a die impositionis, vel a die ultimae solidationis, ac detrahendo id quod debitor citra creditoris impugnationem solvisse doceat, ut apud Orthob. dec. 201. & sapius, atque advenitur disc. 33. de judic. & alibi pluries.

Tunc etenim ut loco proxime citato habetur in hac specie debiti, seu fructuum census pecuniarii intrat ista illiquiditatis in spectio, quando creditor ex pignore praetorio, vel conventionali fructus percipisset, quorum liquidationem, tam in quantitate, quam in valore facere oporteret, adeo incertum remaneret quantum debeatur, ex relatis eod. disc. 33. de judic. n. 42. Sive ubi idem creditor aliquod assignamentum, quamvis pro solvendo recepisset, ideoque pariter incertum remaneret quid & quantum debendum superesset; Vel quod allegata solutione, eaque iustificata per scripturas, de quarum veritate dubitetur, sive illis veris existentibus, dubitatio cadat an solutiones sint legitima, puta Procuratori cujus mandatum negetur, sive quod solutio de praetito iustificari praetendatur cum praesumptione juris deducta ex textu in l. quicumque, C. de apoc. pub. lib. 1. r. cum similibus, adeo cadat probabile dubium a Judice cum cognitione causae deciden-

cidendum; Tunc etenim cum iustum non sit ut debitor pati teneatur executionem ante iudicatum, ac solvere, vel deponere id quod praetenditur non debere, Idcirco sufficit obligatio poenae acta de prompte solvendo id quod iudicabitur deberi, adinstar eorum quae in materia purgationis attentatorum habentur, disc. 18. de judic. cum similibus.

Verum haec extranea dicebam a casu questionis, unde remanebat evagatio inanis, cum nulla allegaretur solutio super qua dubietas caderet, nullaque creditori facta esset assignatio, nec pro soluto, nec pro solvendo, atque unica exceptio consistebat in dicta dilacione, donec cum exuberantia reddituum singulis annis sequeretur minutatim satisfactio.

6 Hinc proinde restringebatur questio ad secundum punctum dilacionis, ob quam scribentes pro Communitate terminos aliquantulum confundendo, dicebant quod istud creditum fructuum decursum, ejus naturam mutaverat, atque separatim erat a sua integritate; a cuius ratione manat dicta necessitas offerendi, vel respectu deponendi una cum forte omnes fructus, ex deductis supra, n. 2.

In hoc autem cessare in primis videbatur questio ex solo facto ob cessationem praesuppositi dilacionis, cum per actorem datus esset consensus sub certa conditione munita clausula, & non aliis adimentem consensus ab actu, qui propterea infectus remaneret, dummodo scilicet in summam punctualiter solverentur tam fructus decurrendi quam decursi cadentes sub rata residualis summae exuberantis juxta statum a Visitatore firmatum, quorum neutrum impletum erat.

Et quamvis replicaretur de aliquibus impedimentis excusantibus ab incurso caducitatis, ab hoc dilacionis beneficio, quodque saltem negari non deberet aequitativa purgatio mora, deducendo in id illas generalitates, quae in materia emphyteutica, vel simili habentur super purgatione mora, vel excusatione caducitatis ob aliquod iustum impedimentum ex relatis sub tit. de emphyt. disc. 39. & seqq. & alibi.

Replicabam tamen, etiam cum sensu veritatis; id continere aequivocum clarum, atque praemissa, quamvis vera, esse extra casum, quod pro frequentiori contingentia hodie sequi solet, deducendo in id eadem fundamenta, de quibus sub tit. de camb. disc. 6. & alibi pluries, quod scilicet, ubi dilatio; vel fructuum reductio, aut alias habilitas debitori concedatur sub certa conditione, istius non implementum non producit aliquam poenalem caducitatem, quam excusat impedimentum, vel alia iusta causa, sive tollit dicta aequitativa purgatio mora, quae solum impedit benevolam acquisitionem beneficii ob deficientem purificationem conditionis adimentis consensus ab actu, ad quem effectum non requiritur culpa, vel malitia, cum attendatur nudum factum non implementi conditionis, quomodocumque etiam sine culpa illud sequatur, juxta distinctionem inter conventionem conditionalem, & modalem, seu poenalem, de qua, disc. 33. de restam. & disc. 154. & de fideicom. & alibi.

Sive juxta distinctionem inter caducitatem, & pactum resolutivum, in quam ex praemissa ratione non intrat purgatio mora ex deductis apud Gregor. & adden. dec. 559. Bich. dec. 660. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 123. n. 66. Cyriac. contr. 239. & 240. ac sapius sub diversis materiis advenitur, cum sit distinctio firma.

Verum ubi, his cessantibus, adesset dilatio pura, vel ejus conditio suum haberet implementum, adhuc tamen dicebam quod ubi non verificaretur novatio formalis, cum delegatio habente ejus requisita, de quibus in sua sede sub tit. de credito aut cum vera transiitione in alium contractum, vel aliam causam debendi, puta quia super fructibus decursis creatum esset cambium, aut creatus novus census, ut fieri potest & solet in illis locis, in quibus non sit usu recepta Bulla Piaana super forma pecuniae numeratae, vel cum alia simili transiitione, seu novatione adeo agatur de nimium benevola & habilitativa dilacione in gratiam debitoris pro ejus maiori commoditate, ac viranda suffocatione, ut in hac specie sequebatur; Et tunc quamvis causa non dederit videre auctoritates ad hos praefatos terminos descendentes, an scilicet creditoribus censuariis hac dilacione pendente, intra quam ad dilati debiti solutionem urgeri non potest, licitum sit censum extinguere cum oblatione & deposito sortis & illorum fructuum, quorum dies solutionis cesserit, non autem aliorum sub dilacione cadentium; Adhuc tamen, etiam cum sensu veritatis, dicebam vetius videri id non licere ex eodem motivo deficientis voluntatis creditoris ob deficientiam praesuppositi, sub quo tanquam causa finali ista dilatio concessa fuerat, quod scilicet duraret census, ac propterea habilitas fieret debitori ad illum substinendum, ac manutendum idoneum ne deficiat pro tempore futuro, & sic correptivè ad commodum du-

Card. de Luca, Lib. V.

rationis contractus, cum aliis absque dubio id concessum non fuisset.

Ac propterea recte applicari dicebam doctrinam Bald. conf. 9. 212. lib. 4. quam alii sequuntur relati apud Bich. dec. 487. n. 20. scilicet si creditor debitori aliquam concedat dilacionem sub conventionem usurarum, vel fructuum medio tempore, detegatur autem talem conventionem esse illicitam & usurariam; ideoque conventas usuras non deberi, ut cesset dilatio, eaque non obstante debitum peti possit tanquam ex cessante praesupposito, sub quo concessa fuit, atque hunc dicebam casum; Et generaliter de cessatione dilacionis ob cessationem ejus causae apud Rovitum pragmat. de feud. n. 15. & communiter.

ALBANEN. RETRACTUS PRO DOMO PROBATIONIS SOCIETATIS JESU URBIS CUM MARCO ANTONIO.

Casus disputatus coram A. C. credo, sapius pro concordiam.

De retractu praetativo competente Creditori censuario in alienatione fundi censiti, an procedat quando census sit male impositus; Et quando hypotheca generales reddant fundum incapacem census.

Et an ista praetatio competat cessionario, & post didictam factam a debitore.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 De rationibus in quibus fundatum est hoc jus praetationis.
3 De censu invalido ob fundi incapacitatem ratione hypothecarum anteriorum.
4 An id procedat ubi agatur de hypotheca generalibus.
5 Declaratur quomodo & quando hypotheca generalis operetur hunc effectum.
6 Quid ubi census impositus esset super aliis fundis capacibus.
7 Inter plures censuarios haec praetatio competit anteriori.
8 An hoc jus sit cessibile, & exercibile per cessionarium.
9 An competat si alienatio fiat post didictam.

D I S C. XL.

Empta per Domum Probationis Societatis Jesu Urbis a Creditore anteriore vinea prope aliam eius maiorem cui univit, vel incorporavit prope arcem Castris Candulphi, Marcus creditor posterior ex causa census, intentavit coram A. C. remedium jus offerendi, sed cum illud non competere ad versus tertium eminentem jure creditoris ex his quae habentur in sua sede sub tit. de emption. & vend. disc. 31. alterum cummulavit iudicium praetationis in vim bullae Piaanae, sed vel succubuit, vel concordia finem dedit.

Ex duobus autem fundamentis scribens pro Domo rea conventa, dicebam dictam praetationem non competere; Primum nempe ob invaliditatem, vel non existentiam census super hoc fundo; Et secundo quod etiam creditor anterior, qui emptionem fecerat, omniaque eius iura cessare emptori, erat censuarius, ideoque idem habebat privilegium, quod eius cessionario communicare potuit; Atque utrumque motivum videbatur solidum, cum tamen sufficeret, ut unum subdisteret.

Quatenus itaque pertinet ad primum, super quo maior in puncto iuris fuit disputatio, potius cum Judice, quam cum scribentibus pro Actore, punctus erat super validitate, vel invaliditate census; Cum etenim istud jus praetationis fundatum sit in illo iure reali, vel quasi, quod creditor habere videret super fundo censito, ut advenitur dec. 308. post Cen.

Et cui rationi alia quoque addi posse videretur, quod scilicet circumspexit Pontifex, dum, per eius constitutionem tot oneribus suppositus creditorem, ita in aliquo eum sublevare voluit; Et per consequens dum supponendus est verus creditor censuarius, habens hoc ius reale, vel quasi, per necessarium antecedens, praesupponi debet census validus, cum alias nullum, & nihil parificetur, ex ratione quod non entis nullae sunt qualitates, ex deductis supra, disc. 13. & 31. in quibus in specie eiusdem nullitatis quae in praesenti deducebatur ob incapacitatem fundi censiti, advenitur, quod ubi

N 2 cte.

creditoris bona fides ita suadeat, currunt quidem eius favore fructus, non tamen tanquam fructus, qui verè non extant, sed tanquam damna, & interesse; Ac propterea cum jam detectum esset, quod controversa vinea de tempore impositionis census ad favorem actoris, vel ejus auctoris, jam affecta esset hypothecæ anteriori ejus, à quo possessos causam habebat ut supra, absorbenti totum fundum, ita clarè remanere dicebam invaliditatem ex defectu subjecti ob fundi incapacitatem ex deductis supra locis proximè relatis.

E converso doctus & accuratus Judex, qui nimium laudabiliter profitebatur praticare rubricam; *ut ea qua desunt. Ad 4 vocatis, &c.* objiciebant de speciali auctoritate Rotæ apud Duran. *dec. 52.* ac etiam de conclusionibus, de qua præferim *dec. 29. p. 9. rec.* quod scilicet hypotheca generalis non impediat hæc impositionem, Porissimè quia census impositus non erat super hoc fundo tantum, sed super aliis, quod receptum est fieri posse, adeò, ut ad ejus validitatem sufficiat unum, vel plures esse capaces, quamvis alii non essent.

Verum his non obstantibus, etiam cum sensu veritatis, dicebam censum actoris super controverso fundo habendum fore, ac si non esset, Idque extra controversiam, quando subsisteret præsuppositum de quo infra in altero motivo, quod scilicet esset fundus alterius census anterioris venditoris, dum ita cessabat omne dubium, quod solum cadit in casu hypothecæ generalis; Sed isto præsupposito etiam cessante, adhuc dicebam veram quidem in suo casu esse dictam propositionem, de qua apud Duno. *dec. 159. & 225. & dista dec. 29. part. 9. rec.* quod scilicet hypotheca generalis omnium bonorum non impediat impositionem census super eisdem bonis, quoniam ita esset date inconveniens, ut qui modicum contraxit debitum cum hypotheca, inhabilis esset ad hujusmodi contractum faciendum, etiam super magno ejus patrimonio; Ac etiam quia incertum est, qualis res ex pluribus cadentibus sub universitate patrimonii debitoris, parsura sit hujus hypothecæ exercitium; Quod etiam nullatenus dari potest, quia debito solvat, atque in hoc bene dicitur.

Sed postquam hypotheca generalis deducta est ad exercitium, atque creditor unam rem eligendo, illam jure creditoris in vim suæ hypothecæ distinxit, tunc ista electio, & executio respectivè, respectu istius rei operatur retrotractio-nem ad initium; Et sic quod census sit quidem in aliquo implicito statu validitatis, quæ pendeat à futuro eventu quia nempe iste fundum censum præservet ut supra; Sed si eventus aliter doceat, tunc intrat retrotractio, sive aperitio ejus, quod habitualiter inerat, dubium tamen, vel incertum erat, an ad actum, vel exercitium deducendum esset, ut in eisdem allegatis decisionibus advertitur; In casu verò *decis. 52. Durani,* quidquid sit de ejus subsistentia in casu suo, dum de alio puncto principaliter ibi agitur, ad vertebam cessare præsuppositum incapacitatis ob majorem vineæ valorem, ut patet ex serie de qua in altera ejus, *dec. 135.*

Atque ad id bene conferre dicebam ea quæ habentur *sub tit. de Credit. disc. 13. & 151.* super puncto, an hypotheca generalis dicatur alienatio prohibita, necne, quoniam verius est eam non esse talem, donec remaneat in simplicibus terminis habitualitatis, ac incertitudinis, an ad exercitium deducenda sit, necne; Secus autem si postea ad illud deducatur, cum similibus.

Et quoad capacitatem aliorum fundorum, ultra quod illa ex hac parte negabatur quoque in facto, atque supponebatur, quod de tempore impositionis istius census, omnia impostoris bona ab illa essent ab hypothecis anterioribus, cum subsequero postmodum exercitium; Ad hæc tamen dicebam, quod ubi etiam aliorum fundorum capacitas subsisteret, id non faciebat ad casum, quoniam nostra quæstio non erat super validitate, seu invaliditate census in genere, vel in abstracto, cum de hoc possessoris non interesset quærere, sed erat super invaliditate census super isto fundo, quem ita detectum esse incapacem ad effectum, ut super eo non competeret tale privilegium fundatum in illo jure reali, vel quasi quod censuarius creditor de tempore alienationis habet; Idedque stant bene simul, quod census respectu aliorum fundorum sit validus, quodque super eis competat hoc privilegium, sed sit invalidus super eo de quo est quæstio.

Quo verò ad aliud motivum prælationis in eodem jure, seu privilegio ex persona auctoris; Non controvertatur assumptum, quod in isto quoque privilegio intrat regula, *qui prior, &c.* ut scilicet inter plures creditores censuarios anterior vincat, sed quæstio consistebat in facto, an subsisteret præsuppositum census anterioris super hoc fundo in venditore, de quo nulla erant Advocati partes; Ac etiam in jure, an

scilicet retento isto præsupposito privilegium esset cessibile, ut de eo emptor objicere posset.

In hoc itaque posteriori puncto juris dicebam idem quod sæpius habetur ad materiam retractus *sub tit. de Servit.* quod scilicet istud jus prælationis, vel retractus non sit cessibile solum, & de per se, remanente re, cujus ratione competat pene cedentem, sed quando ceditur etiam ipsa res, tunc receptum est fieri posse ex ibi deductis, & in his terminis censuarii ex Bulla Piana, Cyriac. *contr. 254. Cenc. qu. 66. nu. 122. cum seq. ubi generaliter n. 21.* observat quod hic retractus; regulandus est juxta terminos generales aliorum retractum; Ac propterea cum ageretur de cessione ipsius census, seu crediti, cujus ratione hoc jus competit, idcirco totum id, quod auctori competere posset, dicendum est competere cessionario, quamvis cedio lite pendente facta esset, quoties constare non possit vitium litigiosi, ut in specie apud Thomar. *decis. 40. num. 16.*

Et quamvis replicaretur, quod census non erat amplius rerum natura ob confessionem, sive satisfactionem jam sequutam mediante venditione fundi censiti propter implicationem servitutis in rem propriam, ac propterea habemus, quod eo ipso quod fundus census fiat de dominio creditoris, census evanescit, ut in præcedentibus casibus advertitur, & est principium certum; Attamen id rectè procedit, quatenus duret jus, vel dominium, & sic irrevocabiliter, non autem revocabiliter, ac propterea si fiat casus revocationis, census, vel eius jura reviviscunt, ad instar eorum, quæ habemus in confusione jurium & actionum per titulum hereditarium, si ille per extinctionem fideicommissi, vel aliâs cesset, ac habemus in ipsismet terminis creditoris censuarii satisfacti cum datione in solutum aliquorum bonorum, seu cum pecunia avocabili; & postea avocata, *supra hoc epd. tit. disc. 15. & 16. & sub tit. de feud. disc. 31. & alibi.*

Clarius verò ubi agatur ad effectum excipiendi, quoniam quilibet emptor, qui reportet cessionem jurium à creditoribus cum sua pecunia dimissis, sive quod aliâs in eorum locum ex pacto, vel de jure subintrat, ita repellitur, quando pulsatur à creditoribus, & tamen contrarium est absolutum in praxi quotidiana ex deductis in sua *sede sub tit. de Cred. disc. 1. cum plur. seq.* cum similibus.

In hoc autem proposito retractus censuali in una *Firmana pro quodam Tornabono* consultus fui, an sibi cessionario competere hic retractus, stante quod cedenti per debitorem, vel emptorem facta fuerat didicta; Et dixi sine dubio respondendum esse per competentia didicta non obstante, dum ita facta dicitur in fraudem, atque aliâs lex imposita diceretur potius verbis, quàm rebus, dum in debitoris, vel extranei emptoris libito repositum esset hoc jus eludere, potissimè dum Bulla præcipit, ut creditor per debitorem, vel possessorem denunciari debeat futura venditio per mensem antea, & per consequens illico facta venditione dicitur acquisitum jus crediti quod tolli non potest, quinimò etiam si præcederet didicta, & fiat venditio infra mensem, cum esset idem, ut in his terminis habetur apud Cenc. *qu. 65. n. 16. Cyriac. d. contr. 254. n. 18. & 46.* bene apud Thomar. *d. dec. 40. n. 34. & 35.* & quando desuper non haberentur doctrinæ speciale, adhuc videretur certum ex didicta regula, seu ratione generali, cum spectandus sit effectus, & substantia legis, non autem formalitas verborum, ut in omni materia frequenter insinuat, & assumptum, quod semper, ac principaliter à Judicibus præ oculis haberi deberet.

### LUCANA PRÆLATIONIS PRO JOSEPHO TUCCIO CUM PAULINO, ET JOANNE.

Responsum pro veritate.

De eadem materia de qua *disc. præced.* prælationis competentis creditori censuario in emptione fundi censiti, an locorum habeat in promissione de vendendo; Et in venditione concepta cum pacto resolutive, sive quomodo aliâs evitari possit.

### SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Facienda est interpellatio creditorum pro forma.
- 3 Post factam venditionem non potest fieri extinctio census, & de cautela evitandi prælationem creditoris censuarii.

4 An

- 4 An retractus inret in sola promissione de vendendo, & de materia hujus promissionis quid operetur.
- 5 Declaratur quando promissio ad hunc effectum non operetur.
- 6 An possit recedi à promissione in præjudicium retractus.
- 7 De cautela patii resolutivi pro exclusione retractus.

### D I S C. XLI.

Super prædico notabilis valoris scutorum 5. mil. Paulinus censum imposuit ad favorem Josephi in sortem scutorum biscentum quinquaginta, deindeque promissionem fecit ad favorem Joannis de vendendo dictum prædium, atque super eisdem venditionis observantia, & effectuione exorta lite Promissarius sententiam reportavit transactam in judicium, qua sequuta inter eos deventum est ad venditionem partis pro scuris trecentum, sub lege ut erogari deberent in extinctionem dicti census cum restitutione sortis, & fructuum, denuo tarifando, & reperendo dictam promissionem vendendi reliquum; Quare facta didicta creditori, eo que petente præferri in emptione totius prædii ad formam bullæ Piane, exortaque in Civitate Lucen. desuper lite, ex parte Josephi meum expetitum fuit judicium.

Respondi distinguendo inter retractum partis jam venditæ, & reliquum cadentem sub promissione de vendendo; Quatenus enim pertinet ad primum punctum, dixi illum esse omnino planum ob expressam, & literalem dispositionem bullæ, quæ juxta magis receptum intellectum exigit interpellationem de forma, qua non impleta tempus non currit juxta firmata apud Orthob. *dec. 268. Peuting. dec. 451. & 466.*

Nequè te non intrega post scilicet factam venditionem, locum esse dixi didictæ pro extinctione census, cum in ipso instanti sequatur venditionis sibi quæsitum esset jus, quod factio venditoris, vel emptoris, aut utriusque tolli non potest, ac propterea ad hunc retractum evitandum, illa est cautela, quod prius ad formam bullæ fiat census extinctio cum restitutione, vel deposito sortis, & fructuum, eaque sequuta ad venditionem procedatur, de fundo tanquam jam effectio libero, non autem ubi venditio sequatur, censu adhuc vigente, ut apud Cenc. *q. 65. n. 16. & per tot.* cum quo de more pertransit Duard. *eodem tract. §. 4. q. 9. Thomar. dec. 40. n. 34. & seq. Cyriac. contr. 254. n. 46. & seq.*

Ac propterea in hac parte dixi, quod nisi aliæ adessent circumstantiæ facti, non agnoscebam rationem dubitandi, quæ solum cadebat in altera parte, seu puncto reliqui prædii non venditi, sed vendi promissi.

In hoc autem distinguebam quod aut præfari Paulinus, & Joannes inter quos promissio sequuta erat, perseverarunt essent in eadem voluntate, quæ ad effectum duceretur ex intervallo, & postquam sive cum restitutione sortis aut cum ejus imputatione in pretium partis venditæ, in qua creditor prælationem habebat, extinctio esset; Aut è converso nollet perseverare, sed concorditer à contractu recedere, promissario renunciante juri ex dicta promissione sibi quæsitum.

Primo casu pro creditore dixi probabilius respondendum videri quoniam quæstio, de qua supra, *hoc eod. tit. disc. 70.* an promissio de vendendo importet venditionem, percutit diversos casus, vel effectus, periculi scilicet postmodum contingentis, aut præcisæ coactionis promittentis ad factum, sive ubi accedat mixtura tertii, in qua post promissionem titulo venditionis, vel alio simili res in promissionem deducta, translata sit; Secus autem ad hunc effectum, quoniam quando promissio executioni demandatur, adeò ut conjugantur extrema, intrat retroactio ad ipsum promissionis initium, in quo venditio facta censetur, ut in his specialibus terminis firmatur apud Cyriac. *d. contr. 244. n. 25. & seqq.* ubi agitur in puncto, atque in hoc sensu de plano procedit opinio relatorum *d. disc. 70.* ut promissio de vendendo ad hunc effectum habeatur pro venditione, cum aliâs nimium facile esset eludere legem, quæ ita diceretur verbis potius, quàm rebus imposita.

Ita tamen quod promissio esset perfecta, & hinc inde obligatoria, eo modo quo de jure obliget saltim ad interesse juxta plenè in materia deducta apud Coccin. *dec. 1951. repetit. dec. 58. p. 6. rec.* cum aliis *d. disc. 70.* Secus autem si adhuc remaneret in terminis simplicis veleitatis, vel tractatus, ac data intentionis, quia vompè habeat quidem aliquis in animo rem emendi, & non discordet cum Domino in pretio, sed nolit se exponere periculo faciendi retractum, ac propterea insinuet Domino possessori, quod prius rem vendendam ab illo nexu liberet, deindeque liberatam vendat, etiam si sub mutuo, vel alio diverso contractu ipsamet pecuniam possessori Card. de Luca, Lib. V.

daret, quoniam ubi non adesset vera, & perfecta promissio obligatoria, & irtractabilis; adeò ut alit actus continerent meram simulationem in fraudem tertii, sed res remaneret in dictis terminis veleitatis, & tractatus, adeò ut cuilibet liberum esset, tunc dicitur cautela, non autem fraus quamvis ordinata ad finem excludendi retractum juxta aliam cautelam, de qua supra, *disc. 74. n. 17.* pro excludendo retractu vicinitatis quod scilicet non vendatur pars, quæ adiaceat vicinio, de quo suspicio habeatur, dummodo id fiat per veritatem, non autem per simulationem, sive juxta aliam cautelam pacti resolutivi, de quo infra, cum similibus juxta facti qualitatem.

Verum ubi promissarius suo juri cederet, atque obligationem promittendi remitteret verè, & cum effectu, non autem simulatè, adeò ut non speraretur ex intervallo postmodum eandem promissionem effectuare, tali casu ad vertebam, quod pro mea notitia casu esset peregrinus adhuc formiter non decisus; Atque ubi res remaneret in terminis unicæ, & simplicis promissionis, adeò ut ad alios actus deventum non esset, tunc pro libertate recessus dicebam probabilius respondendum videri, non obstante fraude, quæ tertio fieret, quoniam sibi adhuc nullum jus perfectè quæsitum est, dum ipse in contractu non intervenit, atque alter pro eo legitime stipulatus fuit, juxta receptam distinctionem ad materiam *text. in l. quoties, C. de Donat. qua sub modo, cum concordat. de quibus sub tit. de fideic. disc. 137. & sub tit. de Donat. disc. 36. & alibi;* Promissio enim de vendendo, ubi etiam perfecta, quinimo jurata sit ex veriori, meliusque fundata sententia, excludit poenitentiam, atque rationem præbet promissario cogendi promittentem etiam ad factum præcisum, quoties in ejus facultate est illud præstandi, adeò ut eo renuente Judex suppleat, & præster promissario rem in promissionem deductam, cum regula, quod nemo cogi potest ad factum præcisum, sed præstando interesse, liberetur, procedat, vel ubi non est amplius in facultate promittentis præstandi rem promissam, quam amplius non habeat, vel ubi agatur de promissione intellectuali, ac tali quod Judicis suppletio non sit adaptabilis, nec practicable.

Non per hoc tamen sola promissio apta est habere vim veræ, & perfectæ venditionis cum translatione domini, ac juris reali in promissarium, adeò ut si post promissionem res cum perfecta venditione, vel alia specie alienationis transferatur in tertium non censuimus, nec participem fraudis, istius conditio erit potior, quoties promissio munita non sit hypotheca, ex qua quoddam jus reale, seu rei persequutorium pro observantia favore promissarii resultat; Et per consequens dicendum non videretur, quod promissario non curante agere ad observantiam promissorum, sed obligationem remittente per veritatem, non autem per fraudem, & simulationem, dicere valeat tertius, cui jus retrahendi competat, ut id fieri non possit; cum suam jus quæti solum dicatur per actum perfectum alienationis, per quem dominium abdicatur à venditore, & transferatur in emptorem, adeò ut impleatur ratio mutationis domini, & possessoris; promissio autem etiam valida, & obligatoria tanquam preparatoria futuræ venditionis tribuat habenti jus retrahendi quandam spem, sive quoddam initium, quatenus postea actus perficiatur, ad quod fiat retroactio, adeò ut sibi non præjudicet intermedia rerum mutatio, ut supra.

Ponderando etiam quod quando pacifcentes de futuro contractu venditionis, concorditer ab illa pactio-nem recedere velent, rectè possint recessum cohonestare cum declaratione animi, quod promittens vendere, id egerit ex motivo affectionis personalis erga promissarium aliâs non facturus quatenus venditio irtractabilem effectum sortiretur, dum etiam in ipsa perfecta venditione, vel alia specie alienationis, quæ retractui subjaceat quamvis perfecta, & effectuata, prohibitum non videretur istam adicere cautelam, quatenus venditoris conditio eam ferat, quia sibi non expediat eam aliâs praticare, adiciendo scilicet hanc declarationem deveniendi ad alienationem cum animo præciso aliâs non faciendi, nisi quatenus in illa persona irtractabilem fortiarur effectum aliâs non facturus, adiciendo pactum resolutivum in casu contrario juxta ea quæ habentur firmata apud Duno. *rec. dec. 453. repetit. dec. 201. part. 7. rec.* ubi de consimili cautela in concessione emphyteutica pro exclusione retractus, vel prælationis competentis proximiori conjuncto, vel hæredi ultimi emphyteute, de qua in sua sede *sub tit. de emphy. disc. 3. & in aliis pluries.*

Quamvis autem præmissa ita procedere viderentur, adhuc tamen in hac facti specie, ob ejus particulares circumstantias, ob quas dicebam probabiliter locum esse, officio, vel arbitrio Judicis decernendi creditori censuario, non versa

bamur in terminis simplicis promissionis, sed ulterius ad tot alios actus processum fuerat, fatigante promissario obrinere sententiam pro observantia promissionis, & quod magis ultimam actum, per quem promissio ad effectum deducta fuit in parte quidem ad solum effectum excludendi retrahentem, de novo confirmando promissionem, unde liquet de perseverantia voluntatis quodque alias recessus esset vere animosus, & affectus, quo casu prohibitum non videtur interponi iudicis officium, vel arbitrium ob evidentem fraudem, & æmulationem.

Ac etiam observabam in idem adaptari posse regulam, de qua add. ad Gregor. dec. 557. Caval. dec. 409. 449. & 500. & passim, atque sub diversis materiis pluries advertitur, quod scilicet effectus in parte inuat in totum, dum ira partis effectus facta fuerat, alterius autem partis conventa, ad eum effectum de perseverante voluntate, nullaque urgeret probabilis ratio; nisi illa fraudis, quod eodem tempore promissio effectus non esset pariformiter in toto, ideoque ex iudicis officio rectè intrare dicebam supplementationem; Sed quoniam de super occasio non dedit invenire Doctorem, qui hæc diceret, verebar quod pro moderna ineptia hæc iudicarentur ratiocinia non apta movere iudicem, cum hodie iudicari ignoretur absque doctrinella, quæ dicat in verbis, non distinguendo, an fundatè, & benè, vel potius erroneè, & malè loquatur; Talis est nostrorum temporum calamitas.

SARZANEN. CENSUS PROBRONDO

Responsum pro veritate extra Curiam.

De Censu super fundo alieno de consensu domini, Et de istius consensu verificatione.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 In possessorio non attenditur exceptionis nullitatis census.
3 Improbatur modernus usus, ut debitores cum juris scripturis adhibitis a debito liberentur.
4 De fructibus debitis loco damnorum, & interesse ob bonam fidem creditoris.
5 De impositione census super fundo alieno de consensu domini.
6 De probatione istius consensu.
7 Discursus super conclusione invaliditatis census super fundo alieno.
8 Quale jus acquiratur super fundo censito, & ob quam rationem illi requiratur.
9 De ratione ob quam possit creari census super fundo alieno.
10 Quia de fundo proprio jam absorpta ab hypothecis, & oneribus.
11 Ad quid deserviat discursus, de quo n. 7. & seqq.

DISC. XLII.

FACTA oppositione per debitorem de invaliditate census ex eo quod fundus non esset de dominio impostoris, introductaque desuper lite in partibus; Cum Scribentes hinc inde pro extero more ponnè volumina confecissent, ita per quamdam speciem tractationis totius materiæ censuales, multa in unum colligendo, sive facerent, sive non ad propositum, tam in possessorio, quam in petitorio, atque super hoc præsertim ex parte creditoris transmissis dictis allegacionibus consultus, ad effectum deliberandi, an expediret litem prosequi, vel concordia præjudiciali aures præbere.

Neglecto propterea examine eorum, quæ superfluas continebant evagationes, atque aliquid favore creditoris attingendo in possessorio iuxta ea quæ in terminis clarioris defectus habentur apud Bich. dec. 585. & supra, disc. 6. & 11.

Quatenus pertinet ad bonum jus in negotio principali, & præsertim circa fructus decursos, & solutos, ad quorum imputationem in sortem hujusmodi quæstiones frequentius restringi solent, dum ob hodiernas subtilitatis, seu verius legales superstitiones prodiit ista pulchra cautela debitorum curandi dissolvere debita, quinimò effici creditorum creditores cum paragraphis, & cum doctrinis, vel decisionibus contra omnem bonam fidem, atque humani commercii, & discursus rationem, quamvis verè non accederet creditoris depravata intentio fœnerandi, & debitoris suffocatio, sed totum cum optima fide sequutum esset, ut pluries sub

tit. de usur. & sub altero, de cambiis, ac etiam supra, disc. 31. & sequens.

Respondi resolutionem nimium, ac principaliter pendere, potius ex facto, quam ex jure, ideoque non de facili certum, rutumque iudicium per absentem dari posse, clarumque esse errorem illorum, qui in hujusmodi quæstionibus cum generalitatibus procedunt, sive cum doctrinis, ac decisionibus, quæ diversos percutiant casus; Id etenim pendet ex bona, vel respectivè mala creditoris, seu emptoris census fide de tempore impositionis, iuxta ponderationes, de quibus supra d. disc. 13. & latius disc. 31. Ubi etiam creditor, sive emptor de eo tempore in bona fuisset fide, tunc nil referre dicebam agere de validitate, vel invaliditate census, quoniam, postea etiam invaliditate, quia nempe impositio facta esset super alieno fundo, sine consensu domini, adhuc idem esset effectus, quoniam ex deductis d. disc. 13. & 31. quando etiam debiti non essent fructus tanquam fructus, adhuc tamen essent debiti tanquam damna, & interesse, quod sonat in idem, ac propterea remanere videtur quæstio nominis, potius quam rei.

Ubi verò ex facti circumstantiis ista ignorantia, seu bona fides exclusa remaneret, quia nempe creditor, seu emptor census, sciret fundum esse alienum, qui in hac facti specie quamplura non levia argumenta comprobare, vel suadere videbantur; Tunc advertendam recurrendum esse, ad alterum, pariter facti potius, quam juris fundamentum, an scilicet hæc impositio per non dominum facta fuisset de consensu domini.

Quamvis etenim apud modernos Scriptores post Bullam Pianam (qui solum super hac nova lege allegari possunt) magis communiter receptum sit, ut super alieno fundo census impositio fieri non valeat ex deductis ad fatietatem per Cenc. hoc tract. q. 14. & Leotard. de usur. q. 55. n. 2. cum plur. seqq. Attamen inter alias limitationes, ea pariter est recepta, ubi accedere consensus domini fundi ex relatis per Cenc. d. qu. 14. n. 8. Leotard. d. q. 55. n. 20. dec. 46. n. 1. p. 7. rec. repetit. apud Dunozet. dec. 392. & apud Caval. dec. 244. quam adhibendo etiam modernam ineptiam pragmaticorum magnificabam, tanquam punctualem, ut potè loquentem in consimilibus terminis census impositi per filium super fundo patris, vel è contra; Ac propterea dixi pariter id pendere ex circumstantiis facti, an scilicet ex eis resultaret hujusmodi consensus probatio.

Super illius namque præstatione certa non habetur præscripta forma, & per consequens prohibitum non est adhibere omnes illas species probationis, quæ recententur sub tit. de iudic. disc. 22. cum seqq. & punctualiter de probatione istius consensus per præsumptiones, & argumenta d. dec. 244. Cavalerii; Et de mandato probando etiam per præsumptiones, & adminicula apud Dunozet. dec. 786. cum aliis, dicto tit. de iudic. dec. 7.

Attentis autem præsuppositis, quæ fiebant in dictis scripturis transmissis, probabilis videbatur, quod sufficiens hujusmodi consensus probatio adesset, quoniam revera census imponebatur pro publicis, vel Communitativis indigentis per filium tanquam à publico deputatum in Consilio generali, in quo pater fundi dominus fuit præsens, ac etiam quia convivebant in eadem domo, atque actus ob qualitatem loci, & indigentiam pro qua factus fuit, habebat speciem notorii; Accedentibus etiam tam successiva plurius annorum observantia, quam plerisque aliis concurrentibus argumentis, quæ unitim considerata cum consueta regula, ut singula quæ non profunt &c. abundare videbantur.

Cæterum quatenus pertinet ad ipsum principale assumptum, ex quo ad hanc nullitatem inferebatur; Quamvis ob reverentiam communis sensus Doctorem, & Rotæ super hoc requisito, ut fundus census esse debeat in dominio libero, liberaque dispositione impostoris, non audeam illud impugnare, atque contrarium asserere, ita potius obsequendo nostrorum majorum auctoritati; Attamen cum id expressè per Apostolicam Constitutionem determinatum non sit; hinc in discursiva ratione dicendum videretur, hoc requisitum à Bulla non desideratum probabiliter fundamento destitutum esse, ità debet in lege potius exorbitanti, ac inducente nova onera, quæ prius non aderant, alia cummulando, vel subintelligendo contra juris regulas suadentes, ut onera potius minui, quam multiplicari debeant.

Ratio enim originaliter assignata per Navarrum, & alios Authores istius traditionis, cum qua moderniores pro Juristatam stylo, uno alterum transcribente, vel sequente, procefferunt, illa assignatur, quod per census constitutionem constituatur jus reale super fundo, atque in alterum transfera-

NEAPOLITANA CENSUS PRO SEMINARIO CUM MONASTERIO MONIALIUM S. CRUCIS DE LUCA NUNCUPATO.

Casus decisus per Rotam pro Seminario.

An census, de cuius initio, sive impositione non constat, sit redimibilis, necne ad præscriptum Pianæ Constitutionis; Et an censendus sit potius consignativus, vel reservativus, aut è contra.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series cum resolutione.
2 Census non requirit scripturam, vel certam formam probationis, sed potest probari etiam adminiculaive.
3 Census antiquitatis Bullam Pianam non erant redimibiles.
4 De argumentis census reservativi magis irredimibilis.
5 Quod attendi debeat substantia veritatis ex pactis, non autem formalitas verborum.
6 De argumento irredimibilitatis resultante à qualitate debitoris.

DISC. XLIII.

feratur jus percipiendi redditum ex illo, ut per Leotard. d. qu. 55. n. 2. in fine, & n. 3.

Ista verò ratio est falsa, quoniam ex pluries insinuat in præcedentibus, ac etiam sub tit. de Regal. disc. 92. & sub tit. de Legat. disc. 26. & alibi, ubi allegatur Cenc. q. 27. & alii; Verius est, quod per censum non transferatur dominium; neque aliquod jus reale, sed super fundo censito contrahatur quædam hypotheca magis specialis ratione expressionis; Atque fundus fructifer, & capax desideratur solum tanquam subiectum necessarium pro exclusione census personalis ad tollendas quæstiones, & dubietates, de quibus supra in hoc eodem Supplemento, disc. 32. ut scilicet ita sciatur, cui peremptionis, vel diminutionis, aut infractionis periculo creditor subiacet, ita tollendo suspensionem puri mutui fœneratitii impliciti; Ac propterea receptum est, quod adimpleto ad istum effectum hoc requisito, cum designatione unius, vel plurium certorum fundorum capacium, prohibita non est obligatio, seu hypotheca generalis omnium bonorum pro observantia contractus, & cautela creditorum.

Si ergo fundus certus requiritur ad hunc solum effectum, ut sit subiectum periculi; Hinc proinde non videtur quid prohibeat hanc periculi designationem fieri quæ concorditer super fundo alterius, eodem modo, quo quotidiana praxis docet in societariis officiorum, vel in censibus vitalitiis, aut in officiis, & locis montium vacabilibus, quod licet contractus substantietur inter Titium, & Sempronium, potest tamen persona Caji ignorantis, & non consentientis destinari pro periculo vitæ; Ideoque idem à pari dicendum venit, cum nulla subit probabilis ratio differentia.

Non sic est in altero casu, de quo, disc. 13. & 31. & in aliis, quod scilicet impostor census imponat super fundo, qui de facto sit suus, vel ab ipso possideatur tanquam suus, sed ob hypothecas anteriores, vel alia vincula, & onera revera sit incapax, quoniam tunc ubi creditor id sciat, probatio resultat, vel saltem vehementis suspicio, quod census personalis potius confici voluerit, hodie prohibitus, atq; declaratur ut redoleat potius mutuum interpretarij, quam ob improbabilitatem credendi debitori, qui habeat fundum, ita aliis obnoxium; Sed si cum bona fide id candidè exprimatur, quod scilicet creditor volens sequi fidem debitoris, quem sciat esse idoneum ob alia bona, super quibus census creari non possit; continetur hoc fundo de per se fructifero, & capaci tanquam subiecto pro dicto fine, vel effectu periculi, eo modo quo super alieno, non videtur quid prohibeat; Idque præsertim in Urbe videtur in praxi frequens, quod scilicet etiam primarii, & distissimi Barones, & Domicelli per Apostolicas Constitutiones prohibiti imponere census super bonis jurisdictionalibus, ac etiam super non jurisdictionalibus sris extra ambitum quatuor milliarium, ad favorem exterorum, habentes verò in Urbe infra ambitum quatuor milliarium palatia, & vineas, aliaque bona ab hujusmodi prohibitionibus exempta, super istis cum diversis personis imponunt census, aliaque contractant hypothecas, adeo ut incapax sit notoria, & inexcusabilis, sed bona fide id sit, stantibus dictis prohibitionibus, atque ad evitandas pœnas; Igitur, sufficere debet, ut satisfiat menti, vel fini legislatoris, quod scilicet ita creditor subiacet periculo peremptionis, vel infractionis certi fundi designati, atque excludantur census merè personales, procedendo cum sepius insinuata regula attendendi substantiam, vel finem, seu rationem legis potius, quam iudicis formalitates; quemadmodum si plures res super eadem persona tertia ineamur contractus vitalitii ut supra, nulla prohibitio adesse videtur, sic à pari.

In omnem eventum applicando ad rem, quando etiam in consulendo, vel iudicando, ob hujusmodi ratiocinia recedendum non videretur à prædicta magis communiter recepta traditione, seu propositione, adhuc tamen iste discursus considerabilis remanet ad dignoscendum, quod iste defectus non provenit à lege clara, sed à sensu Doctorem habente probabiles dubitandi rationes ad effectum, ut non ita moticis, ac rigorosè in hoc procedendum sit saltem pro competentia, seu licita perceptione fructuum in ratione damnorum, & interesse, quodque eviterit ille rigor, qui in casu certi mutui usurarii quamvis palliati, contra depravatum fœneratorem est adhibendus, quodque pariformiter non procedatur in d. casu mutui usurarii certi, sed cum fraude, & mala fide palliati, & in isto, vel similibus casibus, in quibus infectio contractus, atque transfusio in mutuum resultat ex apicibus juris, qui vix ejusdem juris professoribus innotescunt, ut distinguendo advertitur sub tit. de usur. disc. 12. & 17. & in aliis pluries, ac etiam sub tit. de cambiis, & alibi.

Card. de Luca, Lib. V.

Offidentibus ab antiquo illis de familia Terracina quodam prædium positum in loco nuncupatum Lavallà, gravatum annuo censu ducatorum quinquaginta quinque, ad favorem cujusdam cappellæ, seu Ecclesiastici beneficii, postmodum uniti Seminario; Cum illud ex persona cujusdam Monialis superstitis ex præfatis de Terracina obveniret in monasterium S. Crucis nuncupatum de Luca, ab isto per annos 60. citriter, ac etiam prius dictus census pacificè solutus fuit; Postmodum verò denegando solutionem, excitata fuit prærensisio, ut ex parte Seminarii doceri deberet de titulo, sine quo non teneretur, vel saltem id suffragaretur pro facultate illum redimendi, sed coram Ordinariò prodiit solutio favore Seminarii, confirmata in secunda instantia per A. C. Introductaque causa in Rota coram Bevilacqua, & dato dubio an constaret de censu redimibili, sub die 20. Februarii 1671. in utraque parte pro Seminario decisum fuit, constare scilicet de censu, & illum non esse redimibilem, atque in hoc statu absque ulteriori progressu causa repetitur; Duæque propterea erant hujus dubii partes; Primo scilicet super debito censu in genere; Et secundo posito censu, an ille esset redimibilis necne.

Quatenus itaque pertinet ad primum, in decisione desuper edita principaliter processum est cum terminis census consignativi, ad præscriptum Bullæ Nicolai quinti, quæ est peculiaris pro isto Regno, & pro altero Sicilia ultra pharum, sive illarum Martini & Calixti tertii, de quarum occasione atque istius contractus introductione habetur supra in hoc Supplemento, disc. 32. firmando (ac benè) quod cum certa & præcisa forma super isto contractu præscripta non habeatur, neque perneceffe etiam hodie post Constitutionem Pianam, exigat scripturam, sed possit aliunde, & per alias species probationis justificari, ut etiam advertitur supra in hoc eodem Supplemento, disc. 37. idcirco, ex diuturna præstatione inferri potest ad legitimam impositionem, potissimè accedentibus quamplurimis, & quidem vehementibus adminiculis ex deduc. apud Cenc. q. 42. n. 75. & magis q. 81. n. 38. & seq. Rot. apud Seraph. dec. 1226. apud Buratt. dec. 10. n. 26. & in aliis relatis in dec. in qua etiam referuntur plura adminicula, & quidem urgentia, & quæ simul juncta concludentia, ut etiam agnoscebant Scribentes pro monasterio, qui magis insistebant in altero puncto facultatis redimendi, qui verè controversiæ causam dederat.

In hoc autem secundo puncto, etiam justè & rationabiliter pro non competentia redemptionis responsum fuit, quoniam ex pluribus demonstrationibus, & præsertim, ex quadam enunciativa Leonis X. in provisione dicti beneficii adhuc non uniti, de anno 1516. & in altera de anno 1557. in instrumento divisionis inter fratres de Terracina, patet quod istud omnis esset antiquum, & anrequam prodiret Constitutio Piana, de quo tempore census solebant esse perpetui, talisque est præsumptio, donec qui alleget contrarium, id probet, ut in specie firmatur per Rot. dec. 394. post Cenc. Duard. hoc tract. in proem. quæst. 19. & in aliis deductis in eadem



eadem dec. cum verius sit facultatem redimendi esse de novo inducendam per di. Pianam constitutionem ex deduc. apud Leonard. de usur. q. 67. n. 29.

4 Quamvis autem admisso etiam hoc praesupposito, quod ageretur de censu consignativo, adhuc revolutiones reflectendo etiam ad solam veritatem, iuste, beneque fundatae viderentur; At tamen pro meo sensu probabilius videbatur id quod in fine eiusdem decisionis incidenter, & potius adminiculati- ve, insinuat, quod iste esset census reservativus potius quam consignativus; Et per consequens quod in competenti redemptionis esset certa, juxta specialiter firmata dec. 8. & 51. p. 9. rec. quoniam tam plures supradictae enunciativae, quam plures aliae clare praeserferre videbantur quod istud esset onus mere reale, ex ratione concessionis ipsius praedii, seu terreni, quod antiquitus esset de omnino cappellae, sed beneficii, per cuius Rectorem, forte pro meliori, magisque certo fructu juxta regionis, ac temporum conditiones, ita censuatum juxta set; Nimiumque ad id opinandum quoque me impellebat dictae Civitatis usus etiam hodiernus, magis vero antiquus, faciendi hujusmodi concessionis praesertim per Ecclesias potius sub nomine, vel contractu census, quam Emphyteusis, quandoque tamen cum pacto redimendi, quandoque non, ut patet ex dec. 392. Franchi, cujus mentio frequenter habetur sub tit. de servit. ad materiam retractus, ac etiam sub tit. de Emphyt. & alibi ad effectum probandi aded inculcatum verum, imo necessarium principium, per judices perpetuo praec oculis

habendum, quod scilicet insistentium non sit in formalitate verborum, sed in substantia veritatis, ac propterea ibi decidit quod si in verbis fiat concessio emphyteutica, vel censualis, adjicitur tamen pactum redimendi pro certa summa; tunc habeatur potius pro contractu emptionis & venditionis, attendendo substantiam veritatis, non autem formalitatem verborum.

Item pro qualitate perpetua, & irredimibili, nimia consideratione dignam esse observabam qualitatem debitoris, vel vendentis, quod scilicet ageretur de monasterio monialium, quodque singulis quibuscumque annis, & temporibus in illud obveniunt pecunia in notabili summa pro dotibus illarum monialium, quae recipiantur in locum deficientium, cum praecisa obligatione investendi, juxta ea quae ad materiam dotis monialium habentur sub tit. de dote disc. 167. Cum etenim magna difficultas adesse solet in hac Civitate, ut etiam in Urbe aliisque magnis Civitatibus faciendi investimenta tuta, nullumque melius investimentum dari possit, quam illud proptii debiti fructiferi, idcirco nimium improbabile esse considerabam quod istud onus per adeo diuturnum tempus detentum esset, si fuisset redimibile, quae ratio non militat in personis privatis, in quibus pro frequentiori praxi id sequi solet ob impotentiam, seu deficientem commoditatem, ac propterea considerabile videtur istud adminiculum, seu argumentum quod a persona qualitate resultat, potissimum ubi alia accedant ut supra.

# S U M M A S I V E C O M P E N D I U M Eorum, quae continentur in hoc Lib. V. Parte III. de Censibus.

## I.

De Censuum variis speciebus, & de quibus in praesenti agatur, eorumque origine, vel introductione, ac etiam forma, ut validi, ac liciti sint.

## I I.

De forma, seu requisito pecuniae numeratae.

## I I I.

De alio requisito rei stabilis propriae, fructiferae & capacis, certis finibus designatae.

## I V.

De irrepitibilitate sortis, & de pactis rescissoriis, ac reductione.

## V.

De fructibus, eorumque justitia.

## V I.

De redemptione census, aliaque ejus extinctione vel cessatione, ac aliis ad materiam.

## V I I.

De Censu vitalitio.

## I.

### S U M M A R I U M.

- 1 Iste census est ignotus juri civili, & Canonico.
- 2 De censu reservativo, & ubi de illo agatur.
- 3 Qualis sit census consignativus, de quo hic agitur.
- 4 De Constitutionibus Martini V. & Calixti III.
- 5 De Bulla Nicolai V.

- 6 De Bulla S. Pii V. quid contineat, de ejus forma.
- 7 Ubi servetur, & an dari possit de ejus non usu.
- 8 Non est in usu in Regno Siciliae, & insula Meleolitana, & de ratione.
- 9 De ratione ob quam de non usu Apostolicarum constitutionum dari non possit.
- 10 De varietate judicandi in hac materia.

## I I.

- 11 De pro numerationis pecuniae.
- 12 Non admittitur haec exceptio in possessorio retinenda.
- 13 An requiratur per necessesse instrumentum publicum.
- 14 Non requiritur actualis numeratio, sed sufficit praesentia pecuniae.
- 15 Quid si pecuniam debitor immediatè restituat creditori ex alia causa.
- 16 Loco pecuniae sufficit cedula bancaria, sed non sufficit ordo neque pecuniae requiritur, ubi est causa dantis.
- 17 Non servata forma pecuniae numeratae contractus est invalidus, & fructus impurantur in sortem.
- 18 Non excusant consuetudo, vel simplicitas, aut minor aetas.
- 19 Quid de censu constituto ex pretio rei fructiferae venditae.
- 20 De sanatoria hujus defectus, & de aliis ad eam pertinentibus.
- 21 De Censu creato ex fructibus alterius census.
- 22 Ad quid prohi consuetudo non servandi hanc formam, vel simplicitas, aliaque bona fides.
- 23 An pro eo quod debeatur ex causa transactionis fieri possit census absque ista forma.
- 24 Quid ubi forma pecuniae numeratae adhibeatur in parte, an vitietur totus contractus.

## I I I.

- 25 De requisito fundi censui stabilis, & fructiferi capacis.
- 26 Iste defectus non solet sanari, & de ratione.

- 27 Potest fieri impositio super pluribus fundis, sed non super omnibus bonis.
- 28 Ad quid obligatio generalis bonorum substatueatur.
- 29 De cautionibus fidejussoriis, vel cedulis bancariis, & pignoriibus pro securitate.
- 30 Quando certa finium designatio non requiratur.
- 31 An & quando super fundo alieno census imponatur.
- 32 An super fundo feudali, vel emphyteutico, seu fidei-commisario census imponatur.
- 33 Debet etiam esse liber ab aliis oneribus, & hypothecis.
- 34 An hypotheca reddant adeo fundum incapacem, ut census sit nullus.
- 35 Requiritur etiam capacitas in fructibus.
- 36 Si est capax in parte, in ea parte census substatueatur.
- 37 Quando in ratione damnorum & interesse creditor percipiat fructus etiam si fundus sit alienus, vel incapax.
- 38 Censui imponi potest super alio censu, & super locis montium.
- 39 Quale onus in fundo censito creditor acquirat.
- 40 Impositio census an sit vera alienatio.
- 41 De jure praedationis adversus extraneum emptorem.
- 42 An census circumscriptur loco ad varios effectus & in specie illum collectarum.
- 43 An super fundo construendo census imponatur.

## I V.

- 44 Irrepitibilitas sortis est de jure, seclusa etiam Bulla Piiana.
- 45 An valeant pacta rescissoria, seclusa dicta bulla & quid ea attenta.
- 46 An istud pactum rescissorium aliaque poenalia vitient, vel vitentur.
- 47 De repetitione ob defectum fundi defectum, vel ob aliud non implementum.
- 48 De admissione implementi per aquipollens.
- 49 An rescindatur contractus censualis ob decoctionem debitoris.
- 50 Per sortis repitibilitatem an & quando cesset cursus fructuum.

## V.

- 51 Fructus non possunt esse ultra decem pro centenario.
- 52 In eis computantur pacta franchitiae, & alia commoda creditoris.
- 53 Excessus vitatur, sed non vitatur.
- 54 De fructuum reductione, vel sbastatione conventionali.
- 55 Per Ecclesiam, vel alium alienare prohibitum an hac reductio fiat.
- 56 De reductione generali concedi solita per Principem.
- 57 De aliis ad materiam fructuum, & praesertim an habeant viam executivam.
- 58 An fructus habeant eandem auctoritatem, eademque privilegia sortis.

## V I.

- 59 De facultate debitoris quoad onus redimendi.
- 60 Extinctio fieri potest etiam per Ecclesias & alienare prohibitas.
- 61 Ista facultas non conceditur in Censibus antiquis ante bullam Pii.
- 62 De disdicta quomodo fieri debeat, & quando non sit necessaria.
- 63 An requiratur praecise actus retrosimilis pecuniae numeratae.
- 64 De forma disdicta.
- 65 De ejus reproductione, & effectibus.
- 66 De deposito quomodo fieri debeat, & de ejus requisitis.
- 67 Qualis sit iudex competens.
- 68 Fieri potest depositum etiam ante lapsum bimestris.
- 69 De variatione monetae, & quid sit deponendum.
- 70 An census reviviscat, si pecunia creditori soluta avocetur.
- 71 An creditor teneatur recipere restitutionem sortis in parte.
- 72 De extractione praesumpta, & de prescriptione, quae in materia cadit.
- 73 Quando ex potestate defectu restitutio sortis ad extinctionem non sufficit.
- 74 Quid ubi plures sint census domini, vel unus proprietarius & alter usufructuarius.
- 75 Restituta sorte in parte, an pro reliqua duret census.

- 76 De extinctione ratione incompatibilitatis quia creditior fiat dominus fundi censui.
  - 77 Quando peremptio, vel sterilitas fundi censui faciat cessare censum.
- VII.
- 78 Censui vitalitii ignoti in jure communi, ac etiam in Apostolicis constitutionibus.
  - 79 Est contractus licitus, atque in eo cadit iniustitia, non autem usura.
  - 80 Quomodo reguletur justitia istius contractus.
  - 81 De irrepitibilitate sortis, ejusque restitutionis impedita facultate.
  - 82 An debeat servari forma bullae Piianae.
  - 83 Quinam non possint istum contractum facere.

## I.

De censuum variis speciebus; Et de quibus in praesenti agatur, eorumque origine, vel introductione, ac etiam forma, ut validi, ac liciti sint.

Civilis, & canonico juri communi, ignotus est ille consignativus census, cujus nimis frequentem usum hodie habemus; Quamvis etenim civile, censuum mentionem habeat, ac etiam Canonicum de censibus agat, illa tamen census species sunt, quae apud antiquos linguarum scriptores quoque erant in usu, & quae tributum, vel dominicalem recognitionem, sive rerum pretium denotabant.

Hujus autem antiqui vocabuli imaginem, vel speciem, retinet ille reservativus census, qui sub emphyteutica materia suam habuit tractationem, quia nempe, emphyteutici, seu livellarii contractus adinstar, bona alteri, sub alicujus annuae praestationis solutione, sub census nomine explicari solita, concedantur, istaque reservativus census dicitur, utpote in rei propriae concessionem per ipsum dominum, & concedentem reservatus, atque de hoc in praesenti non agitur, dum diversam enunciatam habet sedem.

De consignativo autem censu praesens tractatio est, qui pecunia mediante acquiratur, vel respectivè constituatur, id eo- que usurae suspicionem habet, ejusque inspectio frequenter in materia cadit; Pecunia etenim de sui natura sterili ac infertilitate existente, usurae suspicionem inducit illa annua, vel alia temporanea praestatio, quam in fructuum, vel usurarum specie, seu figura, ille, qui pecuniam recepit datori, praestare debeat, quasi quod implicitum, vel interpretativum mutuum id occultet.

In aliquibus Hispaniarum, ac Germaniae partibus, iste contractus inolevit, illeque praesertim qui in Germania in usu erat, & in Constantiensi Concilio generali, sub aliqua disputationis trutinata (extra tamen conciliatis sessionibus) habitus fuit, ab eodem tamen Martino V. qui in eodem Concilio Pontifex creatus est, approbatus, ac etiam deinde a Calixto tertio.

Ille vero contractus, qui in Hispaniis in usu erat, occasione ejus introductionis in utriusque Siciliae regnis, per communem Regem factae, approbationem a Nicolao quinto habuit, istaque Nicolai Pontificia lex, eam habet formam, ut super bonis stabilibus fructiferis imponi, seu creati debeat, fructus autem singulis annis per impositorem datori pecuniae praestandi, decimam datae sortis excedere non valeant, quod pro clariori explicatione fructus conventionem pro quolibet centenario, & anno denotat; Istaque lex pro fructuum taxa, ut major illicita, sit inferior vero licita, non localis praedictorum regnorum, tantum est, ut aliqui credunt, sed ex veriori sententia, universalis.

Quia vero in eo Censu qui in Germania, aliisque regionibus practicabatur per enunciatas Martini & Calixti constitutiones approbato, adhuc dubitandi rationes perseverabant ad Italiam quoque extensae, in qua idem usus invaluerat, an scilicet usurariam haberet labem; Hinc S. Pius V. ad omnem dubitandi occasionem dirimendam, nova huic contractui formam praescripsit, ut non nisi cum prompta pecunia, in ipso creationis actu numerata, creati valeat, ideoque interdicta est illa creatio, quae pro antecedenti credito, five pro mercium, aliorumque bonorum pretio fieret, quodque non nisi super certis bonis stabilibus, ac fructiferis, certis finibus designatis, quorum fructus conventam annuorum censuum taxam excedant, vel saltem adaequant, creatio sequi valeat; Antiquis proinde reprobatis censibus personalibus, qui praemissis Germaniae praesertim quaestionibus, vel dubitandi rationibus, ansam praebant.

Sottrem autem demortuam ac omnino irrepitibilem, ex cre.

creditoris parte decrevit, quibuscumque rescissoriis, vel poenalibus pactis dampnatis; Cum debitoris tamen libertate quodcumque eandem restituendi fortem, atque censum redimendi, quavis prescriptione, vel temporis lapsu non obstante, certam huic redemptioni prescribendo formam, ut per antecessens bimestre eam debitor creditori denunciare debeat, quodque creditore, hoc termino elapso, oblatæ restitutionis fortis solutionem recipere renuente, illam pnes ædem sacram, vel aliam idoneam personam, pro locorum moribus deponere liceat, atque ita liberationem reportare; Ac demum ut fundo censito in toto, vel parte chasmate perente, pereat etiam census; Nulla data nova provisione super fructibus, quorum iustitia ista nova lex contenta est, ideoque prædicta Nicolai taxa venit attendenda.

8 Super istius Pianæ constitutionis usu, vel observantia, non modica dignoscitur opinionum scissura, pro illis Provincis, vel ditionibus, in quibus, ea usu non recepta prætenditur, quodque continuari debeat cum ea contrahendi forma, quam præscripsit bulla Nicolai, ut in aliquibus Hispaniæ partibus, aliisque regionibus contingit, atque in ipsamet Italia, in Regno Neapolitano opinio est.

9 Extra istam quæstionem etenim est alterum Sicilia Regnum ultra Pharam, dum per eundem Gregorii decemtertii successorem, ista ponitur exemptione, aliquibus exceptis, necessitate scilicet fundi certi fructiferi, & perpetuitate, seu irrepeditibilitate, ideoque in reliquis, ex Pontificio placito, cum antiqua dicti Nicolai bullæ forma continuatur.

Aliique namque indistinctè credunt de hoc non usu dari non posse, ideoque in omnibus, istam Pianam formam servandam esse, eaque non servata, contractum usurarium, seu invalidum censeri, ex differentiæ ratione in Pontificiis legibus assignari solita, quod cum non à populo, ut Principes sæculares, sed à Deo immediate ac directè meretur potestatem, ab acceptatione, ac usu populorum, cujus leges firmitatem non expectant; Istamque opinionem sequitur ac recipit Romana Curia, quæ contractus censuales, citra dictam formam, ubicumque creatos, dicto Sicilia ultra regno, eique annexa Melebitana Insula exceptis, præsertim verò pro frequentiori praxi in dicto Neapolitano Regno, invalidos reputat, opposito non usu neglecto.

10 Alii verò è converso, cum generalitate requisitorum aliarum legum procedentes, opinantur, ut non usus hujus legis vim adimat; Et alii fortè probabilius eam adhibent distinctionem ut in iis partibus, in quibus ista nova lex usurariam materiam concernat, ideoque Divini juris usuras prohibentis declarativa sit, hujusque peccati materiam concernat, ubique obliget, neque subditis licentia tribuenda sit eam non recipere, ac non servare, istaque pars verè à Pontificia pendeat potestare; In aliis verò partibus, quæ accidentales solemnitates concernant, ut præsertim ea est pecuniæ numerata forma, cui idem Pontifex, vel generaliter juxta insinuatum Regni Sicilia exemplum, vel particulariter cum præventivis dispensationibus, vel cum sanationibus passim derogat, ac dispensat, ut Principis potius, quam Pontificis nova lex dicenda sit, ideoque extra propriam temporalem ditionem abique populorum consensu & usu, non ardet.

11 Hinc iudiciorum eadem in dies varietas dignoscitur; In sæculari etenim foro illarum ditionum, in quibus iste non usus prætenditur, contractus citrà hujus novæ legis formam creati liciti, ac validi reputantur, suamque obtinent executionem; In Ecclesiastico autem foro, qui ab ejus Metropolitæ Romanæ curiæ opinionibus, & praxi normam recipit, reputantur usurarii, executione denegata, fructuumque imputatione in fortem admittit, nisi Apostolicæ sanationis remedium, de quo infra superveniat, adeat, ab incidenti unius, vel alterius fori competentia, quam accidentaliter personæ debitoris, vel bonorum possessoris laicalis, vel ecclesiastica qualitas producat, ipsa rei substantia vel negotii principalis iustitia, vel iniustitia pendeat, quod quidem magnum censendum est absurdum, ut etiam in usuratum, vel inretusurarium, ac etiam cambiorum materia frequens praxis docet.

a disc. 1. & in aliis. b dict. disc. 1.

II.

De forma, seu requisito pecuniæ numerata.

Præsupposito itaque, ut Pianæ legis formam contractus pro ejus firmitate in omnibus habere debeat, ejusdemque legis singulas partes, vel requisita expendendo; Qgate-

nus ad primum pecuniæ numeratæ in ipso actu pertinet; Super ejus justificatione, facti potius quam juris frequentiores contingunt quæstiones, ex verborum instrumenti formalitate decidi solitæ, an scilicet Notarius, de tacto proprio testetur, numerationis pecuniæ coram ipso & testibus, vel potius ex contrahentium assertione, quod numerata fuerit, ideoque certam id non recipit regulam, cum à singulorum casuum qualitate, & circumstantiis pendeat.

Non tamen ad ejusdem instrumenti, vel alterius documenti verba, hæc probatio præcisè restricta est, sed alias admittit probationis species, dum Notarii negligentia in id exprimendo, veritati præjudicium parere non debet.

Atque hinc manat, ut istius formæ non servatæ exceptio, in summario, ac privilegiato retinendæ, seu manutionibus possessorio non admittatur, ob justificationis possibilitatem in petitorio.

Cumque ista Pianæ lex coram Notario, & testibus, in ipso instrumenti actu, numerationem fieri debere præcipiat; Hinc manat quæstio, consuetam habens opinionem scissuram, an publicum instrumentum pro forma quoque requiratur; Probabilior autem, magisque recepta est negativa opinio, ut ad aliorum contractuum instar, per scripturam quoque privaram, vel coram testibus fieri valeat, ita demonstrative potius, frequentioris praxi ratione, quam taxativè lege loquente.

Ex recepta tamen Romanæ Curie praxi, vel interpretatione, numerationis habitus, vel potentia sufficit, ut scilicet in Notarii & testium conspectu in eo actu pecunia interveniat, quæ debitori volenti, per creditorem numerati valeat, ac debeat, quamvis, eodem debitore non curante, actualis non sequatur numeratio; ideoque ad cærimonialem formalitatem, ista forma de facto redacta videtur, cum alicujus etiam modicæ quantitatæ pecuniæ asportatione vulgo, per *mosstrag*

Non minorem item formalitatem, illa forensium, seu prætorum recepta distinctio continet, cum qua quæstionem decidunt, an instantanea ejusdem pecuniæ restitutio, quam debitor eidem creditori in alterius debiti causam faciat, ad formæ implementum sufficiat, ut scilicet, de prævia simulationis conventionione non confitico, quædam intellectualis, vel imaginaria, ac instantanea operatio attendenda veniat, quod judicium speciem redolere videtur, rei substantiæ, vel naturali veritati oppositum.

Bancaria cedula, ex ejusdem Pii declarationibus, numeratæ pecuniæ æquipollens; Eandemque habet æquipollentiam creditum ex causa dotis, legis verò literæ, magis quam par est, inserviando, eodemque iudicè, parum commendabili retento stylo, invalidus ex istius formæ defectu reputatur contractus, qui creatus fuerit cum ordine alicui publico banco directo, effectumque reverè sortito, cum ipsius sinceritatis, vel naturalis veritatis fomento, quia nempe creditor, verè ibi pecuniam promptam habebat; A sperum tamen id videtur, ubi sinceritatis ac veritatis accedat substantia, quæ verborum formalitati prævalere debet, legis spiritu, vel ratione, seu sine attentio, non autem litera.

Ista itaque non adimpleta forma, invalidus, ac feneratoritius reputatur contractus, interpretativum potius redolens mutuum, ut propterea inexactorum fructuum actio denegetur, atque exactorum, usurarum adinstar, imputatio in fortem fiat, muliebri sexu, vel rusticitate, sive minori ætate, aut communi consuetudine, ex quodam pariter ab humana ratione aberrante rigore, non obstantibus.

Minusque excusationem præbente, ipsius crediti fortis veritate, ac omnimoda sinceritate, quinimò fructifera natura, quale est rei fructifera venditæ pretium, ut ad ejusdem rei fructuum mensuram, ex æquitate compensativos fructus, vel interusura producat, non tamen fructus census utpotè invalidi, sed in ratione fructuum recompensativorum, vel damnorum & interesse, ideoque excessivè exactum in istam census causam, ultra ipsius rei venditæ fructuum metam, tanquam usurarium in fortem imputatur, minori, vel pupillari ætate, vel consuetudine, aliave bona fide, vel iusta credulitate non admissis, quod pariter asperum, atque ab humana ratione alienum videtur, parumque discretum continet rigorem.

Hanc autem aliquando supplet formam præventiva Apostolica dispensatio de super obtineri solita, ut pro alio vero ac licito credito census creati valeat; Sive jam creati Apostolica sanatio, cum clausula, *confitio de vero credito*, ubi res integra sit, quia nempe valida sententia super fortis extenuatione, cum fructibus solutis, non accesserit, aliis contractus substantialibus requisitis accedentibus, non denegatur; Difficultatem hujus gratiæ concessioni præbente insinuata sententia,

III.

De altero requisito vel stabilis fructifera, & capacis certis finibus designata.

Um personales census enuntiatas Theologorum, Canonistarum parentem quæstiones, quasi quod usurarium palliatum mutuum iste contractus occultaret; Hinc S. Pius in hac parte præfatæ Nicolai antiquiori legi inhærendo, personalibus, ac etiam realibus censibus generalibus reprobatis, istam quoque adjecit legem, quæ declarationis naturæ contractus potius, quam solemnitatis speciem habet, ideoque huic requisito dispensari non solet, minusque istius defectus sanatio concedi.

Quamvis autem certa res stabilis fructifera, & capax certis finibus designata in numero singulari pro census fundo, ac subiecto, in plurium censu, seclusa etiam moderna Pianæ lege desideretur; Non tamen pluralitas damnata est, ut scilicet super pluribus fundis æque certis, atque certorum finium expressionem habentibus unius census impostio fieri valeat, ea prohibita impositione, quæ super omnibus impostoris bonis fiat. Omnium bonorum obligatione pro contractus observantia, fructuumque solutione non prohibita.

Minusque pro eodem effectu, aliis prohibitis cautionibus fidejussoris, vel illis, quæ tanquam campforiæ, seu bancariæ cedulæ, aut manualia pignora pro locorum moribus ad securitatem adhiberi soleant, dummodo cautio aliud creditori non pareat lucrum, vel emolumentum quod ubi accedat, in fructu est, ejuisque pars dicitur, atque venit in calculo.

Certorum verò finium designatio, pro forma præcisa non exigitur, sed pro certo fine, vel effectu, ut capacitas fundi dignoscatur, ac etiam ut ejus peremptionis creditor subiacet periculo, quod contractum salvat, illumque ac interpretativi feneratoritii mutui labe, vel suspicione eximit, quamvis longè major capacitas, seu perpetuitas, hoc periculum valde remoretur, ac verisimiliter non contingibile reddat; ideoque istius requisiti implementum illud admittit æquipollens, per quod, neglecta etiam certorum finium designatione, idem resultat effectus, quia nempe notorios res habeat fines, aliave accedant circumstantiæ, quæ illius inducant certitudinem.

Proprius autem impostoris esse debet census fundus, non autem alienus, nisi Domini accedat consensus, ob cuius interventum, super alieno quoque fundo census constitui permittitur.

Et verò impostoris accedente dominio, quod non omnimò plenum, ac liberum sit, sed utile tantum, vel resolvable, ut in feudatarii, vel emphyteutæ, sive ad longum tempus conductoris, aut fideicommissi gravari, resolvable dominio contingit; Quæstio est, an sufficiat; Magisque probabilis affirmativa opinio est, pro tempore, quo jus impostoris duret, eoque resolutio, cesset contractus, nisi alium impostor subroget fundum, ut propterea omnimoda libertas repetendi fortem creditori non deur.

Non sufficit autem dominium, nisi eam admixtam habeat libertatem, ex qua ejusdem fundi capacitas manet; Nitenim refert fundum esse sub impostoris dominio, si alii jam contractæ hypothecæ illius absorbeant valorem.

Ea tamen differentia accedente, inter illam incapacitatem, quæ ex domini defectu, aliave merè reali ac infixo perpetuo onere resultat; Et alteram, quæ ex simplicibus hypothecis, ut prima species contractum ab initio inutili reddat, altera verò in quodam validitatis implicito statu constituat, ab ipsarum scilicet hypothecarum futuro contingibili experimento validi tatem, vel invaliditatem expectante ob liberam impostoris facultatem illa solutione, vel novatione mediantibus dissolvendi.

Nedum autem in sortis valore, sed etiam in fructu capacitas desideratur, ut illius fundi censiti fructus census fructibus respondeant, ne fictio superet veritatem.

Ad capacitaris tamen ratam, seu mensuram, actus validus est, neque per inutile vitiatum utile, nisi certa incapacitaris scientia malam fidem ac depravatam feneratori intentionem in creditore arguat.

Creditoris itaque bona, vel mala fides, istius requisiti materiam regulat; Ubi etenim in mala fide sit, quia nempe incapacitaris ab initio conficius esset, inutilis tunc remanet actus, qui palliatum, seu interpretativum potius redoleat feneratoritium mutuum, ideoque, neque in fructuum censu, minusque in altera damnorum & interesse ratione, aliquas percipere licet accessiones, quæ utpotè usurarum spe-

tentia; qua etiam neglecta quandoque pro Papæ arbitrio (commendabiliter quidem) sanatio quoque conceditur; Istaque sanatio effectum habet retroractivum ad suum initium, ideoque fructuum exactorem jam sequutam licitam efficit, atque pro decursum & non solutorum exactione efficacem parit actionem; Veri crediti in conditione possiti nova justificatione extrinseca non desiderata, sed ea sufficiente, quæ ex eodem instrumento aliàs valido resulset ipsius legis sine, ac ratione perpenis, ne scilicet pro illicito & usurario credito, seu ex causa ludi, vel civantia, aliavè illicita, & reprobata causa proveniant; Atque ad id dirigi debet iudicium ejus, cui hujus gratiæ exequutio commissa sit, sive electum sit arbitrium, cui quoque ejusdem gratiæ concessioem, vel denegationem in casu ambiguo Papa remittere solet.

21 Cumque istius novæ formæ per legem positivam inductæ, remissionem, vel suppletionem ista sanatoria gratia operari soleat, non autem suppletionem aliorum defectuum, qui ex contractus natura ex sacrorum canonum, vel antiquiorum constitutionum dispositione, vel intentione dignoscantur, ubi præsertim verè usuraria accedat infectio, quam utpotè juris Divini, Pontificia non sanat, nec supplet potestas.

22 Hinc manat quæstio in præfati Neapolitani Regni præsertim contractibus cadere solita, an sanatione sit dignus ille census, qui pro eo contractus sit credito, quod ab alterius validi census fructibus deriverit; Dubitandi rationem præbente anarocismi prohibitione, ab utroque Canonico & civili jure manente, quodque propterea fructuum & usuratum conversio in fortem, ut cum superfætatione novos producat fructus, usuraria labem redoleat. Contrarium verò est magis receptum, cum censuum fructus forte jam demortua, fortis speciem habeant, ideoque nova interusura suis legitimis accedentibus requisitis, aliorum debitorum ad instar, parere apta sunt, istaque forma seclusa in fortem novi census converti, prohibitionem habent, ut illorum locorum, in quibus hæc nova lex in usu non sit, inconcussa praxis docet.

23 Quamvis item juxta Romanæ Curie receptum sensum, muliebri, vel rustica simplicitate, vel minor ætas, vel contrarius usus, aut sinceritas crediti, sive alia iusta credulitas non excusent; Adhuc tamen magnificanda hæc esse, omnis iustitiæ, & æquitatis ratio suadet, ut facilius præmissa concedenda sit sanatio, cujus concessio, vel denegatio à facti qualitate, & circumstantiis regularia est.

Transactioem causam huic formæ æquipollentem esse Aliqui credunt; Alii verò negant, ut ex quavis causa census impostio sequatur, ista forma servanda sit. Istaque posterior opinio magis recepta fortè videtur, ut ita hanc eludendi, vel fraudandi legem, seu formam adimatur occasio.

Hujus formæ implementum in parte, altera parte defecta, an sufficiat, quæstio est, quia nempe fors, partim ex tunc numerata pecunia, partim verò ex antecedenti credito, vel mercium, aliorumve bonorum pretio, constituta sit; Aliquibus pro eo parte, in qua forma servata sit, contractum sustineri opinantibus, uti per inutile non vitiatum, ob quantitativè materiam naturam divisivam, ut eandem producat utilitatem pars respectu partis, ac totum respectu totius.

24 Contractum verò, probabilior, magisque recepta opinio credit, ut vitium in parte, totam corrumpat massam, ideoque utile per inutile vitiatum remaneat; Tunc ob formæ individuum naturam; Tum proprius, ut fraudibus, quibus Pianæ lex occurrere studuit, non pateat aditus; Pecuniæ siquidem numeratæ pars aliquos indigentes, vel suffocatos impellit, vel cogit debitores, ut merces, aliave bona, pro nimium alterato pretio, à callido feneratorote accipiant, juxta illius contractus speciem, utrique juri communi fortè ignotam, quam penè ubique prudenter, locales damnarunt leges, cui stocchi, vel barocchi, seu civantia nomen, seu vocabulum, pro nostris Italiæ moribus, loquendivè usu congruit; Præmissa dividuitatis ratione alteri fundi capacis requisito adaptata, ac etiam ejusdem contractus successivo progressui, ut partem fortis restitutum, vel partis fundi capacis peremptio, aut incapacitas totum non vitiet actum, qui sustineatur in parte.

- c disc. 4. & 34.
- d disc. 5. & 6. & 36.
- e dict. disc. 6. & 11.
- f de feud. disc. 29.
- g disc. 4. & in aliis.
- h disc. 4. & 34.
- i disc. 1. 2. & 10.
- l disc. 2. 3. & 34.
- m dict. disc. 20. n disc. 34.

speciem habentes, illicitæ essent, ideòque restitutioni obnoxia, vel in fortem imputabiles.

Ubi verò creditoris bona fides acesdat, quia nempe debitoris assertioni, super fundi pertinentia, & capacitate, cum iusta credulitate, quæ à crassa, vel affectata ignorantia aliena sit, fidem præstat; Tunc non sublinetur quidam actus in ratione census, qui absque capaci subiecto nunquam extitit, licet autem ac iuste, conventos petit ac exigit fructus, in damnorum & interesse ratione, ne aliàs debitoris mendax & culposa assertio proferat, innocenti verò creditori noceat; Itaque distinctio damnorum & interesse, pertinentiam ex contrahentium conventionem, vel ex legis dispositione manentem redolet.

39 Quæstione cadente, ubi post jam in bonæ fidei statu initum contractum, ista alieni dominii, vel incapacitatis notitia, creditoris superveniat, in damnorum & interesse cursum quoque cessare faciat. Idque consuetam habet opinionem scilicet; Probabilior autem ea est opinio creditori favorabilis, mendaci autem debitori odiosa, ut adhuc dictorum damnorum & interesse cursum duret, nisi facti circumstantiæ deprecant in creditore foenerandi suadeant intentionem.

40 Fundi autem, sive rei stabilis fructi feræ nomine, nedom illa vera stabilia veniunt, quæ soli sunt, sed etiam ea quæ ex legis fictione, vel potentia pro stabilibus habentur, quamvis verè non sint, sed iura incorporalia quæ tertiam constituent speciem, ut in ipsismet censibus, sive in illis cum Principe, vel republica iuribus, quæ pro Romanæ Curie loquendi usu, sub locorum montium nomine, seu vocabulo explicantur; Super istis enim, vel super alio censu per impostorem possessore, tanquam super fundo, aliis pertinentiæ & capacitatis accidentibus requisitis, valide census constituitur.

41 Super iure, quod in feudo censito creditor acquirit, opinionum consuetas scissuras dignoscitur; Aliquibus opinantibus, ut dominii saltim utilis, vel subalterni aliquam obtineat participationem, Aliis ut servitutem prædialem id importeret; Aliis verò ut non nisi specialem aliquanto magis efficacem & privilegiatam importeret hypothecam quæ sub prohibito alienationis genere cadat; Ideòque in bonis Ecclesiæ aliisque alienari prohibitis, ista census impositio ex hodie firmiter recepta opinione, cadit, quodque ipsa Census impositio fundi censiti, non autem aliorum bonorum sub generica hypotheca cadentium respectu veræ alienationis habeat speciem ad plures effectus illum præsertim, quem frequentior fori praxis docet electionis in causam detractio-nem, quæ fideicommissi onere gravato competant.

42 Illud verò quasi reale jus in censito fundo creditor acquirere videtur, quod ista Piana lex ei tribuit, prælativi nempe retractus, adversus extraneum emptorem, non autem adversus eum, cui alia vicinitatis, vel sanguinis, aut consortii, sive directi dominii, vel inquilinatus, sive retractus prælatio competat, cum iste censuali omnibus debilior sit, potestremque occupet locum; Illud tamen super alios potiores retractum species habent privilegium, ut sola extrajudicialis scientia cum præfinito termini lapsu illum non excludat, sed judicialis requiratur interpellatio.

43 Existo autem fundi stabilis, vel æquipollentis requisito, super loci circumscriptio, occurrit quæstio, consuetam pariter habens opinionem scilicet; Aliquibus opinantibus ut loco, ipsius censiti fundi census quoque circumscribatur; Aliis verò ut loco destinatæ solutionis fructuum, ac restitutionis sortis; Aliis, ut loco contractus; Ac aliis, ut tanquam iurium & actionum habens speciem, loci non habeat circumscriptio-nem sed nominum debitorum, aliorumque iurium incorporalium adinstar, creditoris sequatur personam; Ideòque illa sequenda est opinio, quam loci forus, vel Tribunalia receperit.

44 Itaque decisio alteram regulat, collectarum aliarumque onerum quæstionem, in quo scilicet loco creditor pro censibus, quos possideat, collectari, vel sub æstimo poni debeat; Sive è converso, an ex ipsius censiti fundi, collecta, vel æstimo census onus deducendum sit, ut in regalium sede advertitur, ubi collectarum, aliorumque onerum est tractatio.

An autem super fundo, qui adhuc in rerum natura non extet, sed cum ipsa pecunia ad censum data sit, constructus validè census imponatur, ex facti circumstantiis pendet, ut in sua sede advertitur.

o de feud. disc. 22. & hoc tit. disc. 6. p disc. 6. q disc. 41. r disc. 8. s disc. 39. & 41. t disc. 3. u disc. 13. & 31. x ibidem. y disc. 27. hoc tit. & disc. 34. de Regal. z de Alien. disc. 1. ex numer. 38. de legitima, disc. 25. ex n. 35. a disc. 39. & 40. b de Regal. disc. 92. c disc. 7.

IV.

De irrepitibilitate sortis, ac de pactis rescissoriis, aliisque penalibus, & quando ad sortis depositum debitor teneatur; Vel ob repitibilitatem cesset fructuum cursum.

Inter hujus contractus requisita, istud demortuæ sortis, quæ ex creditoris parte sit perpetuo irrepitibilis, recensetur, idque moderna etiam Piana lege seclusa, de contractus natura ex juris dispositione, vel intentione desiderari probabilis est; Omnem verò quæstionem dirimit ista lex, quæ clarè id præcipit, ambigui juris declarationem potius quam novæ formæ introductionem in hac parte continens.

Juris autem, vel antiquarum pontificiarum constitutionum dispositione, vel intentione arctata, quæstio est, consuetam pariter habens opinionem scilicet, an rescissoria, vel aliàs penalìa pacta non quidem pura pro creditori libera facultate, sed sub non solutionis fructuum, vel alterius deficientis implementi conditione adjecta, firma sint, suamque mereantur executionem; Itaque Piana lege seclusa, quæ ex magis recepto Romanæ Curie sensu, indefinitè id prohibet, probabilior, magisque recepta est affirmativa opinio, dum in debitoris libito, ac facultate positum est, ut casus non fiat; ideòque suæ conditionis purificatio, ex ipsius debitoris potius, quam creditoris facultate proveniat, istaque ratio facit, ut ubi, non cum ista Piana lege, quæ de jure, vel de facto in usu non sit, sed cum illa Nicolai, sive aliis Martini, & Calixti vivatur, ista rescissoria pacta in visidè sint observantia, ut præsertim sæcularium Tribunalium enunciati Neapolitani Regni praxis docet, magis verò alterius Siciliæ ultra, quod extra omnem quæstionem (ut supra) huic novæ non subjacet legi; Magnum tamen eorumdem Tribunalium stylum super hujus rescissoriis pacti exercitio vel praxi, adhibet æquitatem, ac circumspicionem habet, ut non nisi cum pluries monito, nimiumque moroso debitoris sui sortiarur effectum.

Ubi verò cum Piana lege vivatur, sive vivendum sit, ut in eodem Neapolitano Regno vivi debere etiam ad istum pacti rescissorii præcisum effectum, Romana Curia firmiter credit ac præstat; Quæstio cadit, an istius, aliorumque penalium pactorum adjectio, contractum vitiet, vel potius ipsi vitiatu pactis pro non scriptis habitis, ipse contractus firmus remaneat, Itaque posterior magis probabilis, receptaque opinio est, cum hujusmodi pacta contractus accidentalìa potius respiciant, ideòque non vitiant, sed vitiantur; Tunc etenim vitiant quando substantialia, vel naturalia concernant, quia nempe liberam creditori tribuant facultatem, etiam sine debitoris mora, vel culpa fortem pro libito voluntatis repetendi, cum tunc interpretativum mutuum potius quam census naturam actus habeat, ideòque facti potius quam juris quæstio est, ex facti circumstantiis dicenda, quæ creditoris sinceram, vel respectivè depravatam suadeant intentionem; Magnum verò sinceritatis argumentum præbet relativa conventio ad ejusdem Piane legis formam ac præcepta.

Censiti fundi detecta, minus vera per debitorem asserta pertinentia, vel capacitas, aut libertas, sive conventa cautionis, vel alterius promissionis non implementum; sortis repetitioni locum aperit, atque pro ea creditori actionem in judicio experibilem adversus debitorem præbet; Non tamen ad veræ ac omnimodæ repetitionis effectum, sed ad alium depositi, loco cautionis, vel investimenti, sive ut ipsi creditori fiat restitutio, pro diversa Tribunalium praxi.

Ad hanc autem evitandam repetitionem, vel depositum, æquipollens admittitur implementum, unius scilicet æquè idonei fidejussoris loco alterius, vel alterius fundi æquè idonei, & capaxis subrogatio.

In pluries enunciati Regni Neapolitani sæcularibus Tribunalibus, declarata debitoris decoctio, sive creditorum concursus super ejus patrimonio efformatus censuali contractuum inducit rescissionem, ac sortis repetitionem, quæ pendente fructuum cursum impedit non remaneat, non tamen in fructuum census, sed in damnorum, & interesteratione, idque debitoris, ejusve creditorum interest, cum ita cesset illud interesse, quod ibi datur pro fructibus census, quos tertias vocant, denegatur autem pro altero interesse; Curia verò Romana hanc non recipit opinionem, ut decoctio, vel concursus hujusmodi rescissionem causet, ac ulterius nil referret, dum cessantibus interesse legitimis requisitis specialiter & extrinsecus iustificatis, ut in usurarum sede advertitur, denegatur illud interesse, quod ibi conceditur.

Ubi

Ubi itaque ista facultas, vel actio creditori competat debitorem cogendi ad sortis restitutionem, vel depositum; Quæstio est, an fructuum cursum cesset; Atque affirmativam antiquiori tempore Curia tenuit; Negativam verò teneret retentor, istaque probabilior est, quamvis facultatem creditor ad proximum exercitium deduxerit, obtinendo nempe debitoris condemnationem, ob implicitum perseverantiæ contractus statum, quia debitor alium subrogandum fundum, sive aliud æquipollens præstando implementum, id impedire potest, cumque in sua potius quam creditoris facultate repositum sit id impedire, ideòque non facere, ab ejus culposo facto, vel mora proveniat, hinc propterea lucrum ac beneficium exinde reportare non debet; Tunc etenim ob sortis repitibilitatem fructuum cursum merito cessat, quando ea omnino pura est, & creditoris libito exercibilis, cum ita censuali corrupto contractu in interpretativum mutuum resoluatur.

d disc. 1. 10. & seq. e disc. 9. 13. & disc. 33. f d. disc. 33. g de feud. disc. 31. & 108. hoc tit. disc. 21. h disc. 13. & 31.

V.

De fructibus eorumque iusta taxa, ac etiam an & quando eorum reductioni locus esse debeat.

Super ista fructuum iustitia, vel taxa, nova Piana lex, nil statuit, vel innovavit, ideòque ut superius initio innuam est, aliæ Martini, & Nicolai Pontificia lege, quæ hanc statuunt taxam, ut decimam sortis partem in singulos annos, fructus non excedat, ubique attendendæ sunt, ac propterea locales censendæ non sunt, ut aliquorum est sensus.

51 Omne verò creditoris, quamvis latens, vel implicitum commodum conventionale, in fructu est intra hanc taxam in calculo ponendum, ut in eo præsertim pacto frequentior docet praxis, per quod debitor, illa collectatur, vel contributionum, sive expensarum onera, in se assumat, quæ juridicè creditori incumbant.

52 Hujus taxæ excessus, quamvis per easdem Pontificias leges pro quodam loquendi modo usurarius appelleretur, iniustitiam tamen potius, quam usuram redolet, ideòque contractum non vitiat, neque in summa permissa (præsupposita fundi capacitate) fructuum cursum impedit, sed excessus ipse vitiat, atque pro non scripto habendus remanet; Ideoque in minori summa conventionali taxa statuta hujusmodi franchitiarum & similia pacta firma sunt, eorum valor non excedit metram, & anticipatam eorum solutionem, quæ usuræ, vel excessus habeat suspensionem, ipsa Piana lege prohibente.

53 Triplicem verò speciem reductionis, fructuum conventio, quamvis intra hanc permissam taxam sit, pati solet; Unam nempe ob fructuum censiti fundi diminutionem; Itaque sequentis rubricæ materiam potius percutit; Altera verò ea est, quæ ex Partium novatione manet, ut frequens praxis docet quod creditore sortis restitutionem agrè ferente, fructuum diminutio fiat, ad eam minorem summam, in qua debitori, alterius census supererat occasio.

54 In Ecclesiis itaque, aliisque personis consimilem alienationi prohibitionem habentibus, quæstio cadit, an hæc diminutiva novatio, quæ vulgò sbassatio dici solet, prohibet alienationis speciem redoleat, atque in hac consignativi census specie verior est negativa, cum ea prohibicio, de qua aliqui antiquiores agunt, alteram reservativi census speciem percutiat, ubi ex gratificatione ac factu voluntario, non autem si ex iustitia fiat; In ista namque specie, sicuti ipsius principalis contractus dissolutio, utpotè necessaria, prohibitam non continet alienationem, ita hæc novatio ad eandem dissolutionem impediendam ordinata.

55 Illa itaque species reductionis, disputandi ansam præbere solet, quam debitores, à Principe, ejusque Vicario, invitatis creditoribus, excessus ratione, petant; Id autem certam ac genericam non recipit regulam, cum à singulorum casuum circumstantiis diversisque locorum, vel principatum stylum, vel moribus aut censitorum prædiorum qualitate, aliisque circumstantiis in sua sede latius ponderatis decisionem recipiat.

56 Quamvis etenim aliquorum principatum leges, vel provisiones desuper habeantur, genericam, ac uniformem statuentes reductionem; Equivocum tamen eorum est, qui has leges, vel provisiones, hujusmodi censibus applicant ad Piane Constitutionis normam super fructifero & capaci fundo impositis, qui à fundi peremptione, vel infructuositate omnimodam cessationem, vel diminutionem

expectant; Istæ siquidem leges diversos, personales potius census percutiunt, majorem usuræ suspicionem habentes, ut in sua sede latius.

In Civitatum autem, aliorumve locorum communitariis, quæ hujusmodi censuum oneribus gratuita sunt; Principes, eorumque Vicarii, vel alii majores magistratus, quibus ex consuetudine, vel Principis concessione, ista derogandi juri tertii tribuatur potestas, hujusmodi genericas, ac uniformes penè ubique facere solent reductiones, quandam peculiarem habentes rationem privatis contrahentibus incongruam, ut in eadem sede advertitur.

Ea verò quæ de fructuum præsumpta solutione, vel præsumpta reductione habentur, genericos ac indifferentes cuiuscumque alterius annuæ, vel temporaneæ præstationis terminos percutiunt ideòque hujus contractus peculiaritatem non sunt; Idemque in eo summarii & executivi iudicii privilegio de cujus competentia practici disputant, cum à contrahentium pactis, vel contractuum clausulis, aut locorum scriptis, vel non scriptis legibus, seu stylum id pendeat, ideòque propriam ac peculiarem hujus contractus naturam non percutiat.

In enunciatis verò utriusque Siciliæ Regnis, per legem utrique communem, à communi Rege, pro enunciata bullæ Nicolai observantia & executione editam, hujusmodi censuum fructibus, nimis amplum exequarivi iudicii privilegium conceditur, cum ea juris exorbitantia, ut adversus tertium rei censitæ, aliorumque bonorum debitoris possessorem competat; Istæ verò præmissæ legis pars in Siciliæ Regno ultra Pharam, & eique annexa Meleventana insula cum eisdem legibus regulata, in praxi viger, ut propterea majora, quæ in illis Regni Tribunalibus iudicia vigeant, hujusmodi censuum, quos bullares appellant, executionem percutiant, ut Siculorum scripta ostendunt, In altero verò Siciliæ ceterioris, quod Neapolitani hodie frequentiore habent nuncupationem, id usu contra tertium, receptum non est, sed illud possessorium, vel mixtum ad ipsa hypothecata bona penè tertium existentia practicitur remedium, quod assistentiæ dicitur.

Communes quoque potius quam istius contractus peculiariter terminos ea percutit quæstio, quæ in crediti & debiti fedæ acta est, an illud anterioritatis, vel posterioritatis privilegium, quod sorti et antiqui debiti dimissionem, aliamve causam competit, fructibus quoque concedatur; Vel potius ex proprii contractus tempore normam accipiat; Istius etenim contractus major frequentia huic disputationi occasionem præbet, non tamen ejus peculiaris est, dum cuiuscumque fructifero, vel usurario credito congruit.

i de Usur. disc. 11. l de alien. disc. 1. 5. & 6. m disc. 32. n dicit. disc. 32. o de emphyt. disc. 55.

VI.

De redemptione Censuum, ejusque extinctione, vel cessatione Ac aliis ad materiam.

Inter alia istius contractus requisita, per novam enunciatam Pianam legem statuta, illud jam insinuatam dignoscitur, libertatis, vel facultatis debitoris, perpetuo, per actum retrosimilem restitutionis sortis, censum redimendi quocumque temporis lapsu, vel præscriptione, aut pacto, vel prohibitione non obstantibus ut pro non scriptis habeantur; Ea tamen præscripta forma, ut per antecedens bimestre, creditori debitor istud extinguendi, vel redimendi propositum denunciare debeat, quod sub dictæ termino, seu vocabulo practici explicant; Istæ etenim redemptione legitime, ad præmissæ legis scripturam sequuta, nulla super census resolutione fructuumque cursum cessatione, cadunt quæstiones, quamvis creditor, alienandi strictam habeat prohibitionem, quæ passivorum censuum novam impositionem, vel activorum translativam voluntariam cessionem complectitur, non autem istam redemptionem, seu retrocessionem utpotè necessariam.

Ex nova Piana lege ista redimendi facultas, ejusque prohibitionis infectio manant, ideòque illi census, qui ante hujusmodi legis editionem, sub pacto perpetuitatis creati sunt, eam retinent, istaque redimendi facultas debitori non competit, nisi æquitas, aliave iusta causa extraordinario iudicis officio aditum præbeat; eo modo quo in consignativi census, aut emphyteutici canonis redemptione, quandoque praxis docet.

Facultate itaque ad novæ legis normam supposita, dissensus quoque explicitus, vel implicitus creditoris pro statuta for-



- formae observantia supponendus est, Creditore siquidem volente, neque bimestralis interpellatio, sub didicta vocabulo explicari solita, minisque realis fortis, & fructuum integra, liberaque oblatio, vel respectivè depositum requiruntur, cum per compensationem aliamve novationem, seu acceptationem, aut remissionem, alterius cujuslibet debiti ad instar, iste directus rectè fiat, quoties in creditore potestatis defectus non accedat, ut infra.
- 63 Quamvis etenim in aliquotum sensu idem actus retrosimilis numerata pecunia desideretur; Contrarium tamen verius, magisque receptum est, ut distractus illi non subiaceat forma, cui subjacet contractus.
- 64 Didicta certam non habet statutam formam; Cum etenim, non pro solemnitate, sed pro certo fine, vel effectu ea desideretur, ideò cujuslibet interpellationis ad instar, sufficit ita fieri, ut certa notitia creditoris finis impleatur, pro locorum moribus ac styli, quibus deferendum est.
- 65 Legitimè itaque exequuta didicta, illa intra præfinitum duorum mensium terminum in actis reproduenda est, istaque reproductione sequuta debitori ponendi facultas admittitur, idèque à creditore distractum desiderante, invitus ad illum cogitur; Eo autem dissimulante per oblationis, vel respectivè depositi negligentiam illa evanescit, ac propterea eidem debitori in eadem redimendi voluntate continuanti, aliam didictam ex integro faciendi incumbat necessitas.
- 66 Bimestralis termini lapsu imminente, coram creditoris, vel ejusdem debitoris competenti Judice, reale fortis, & fructuum, debitor creditori, pro certa die, & hora intimandis oblationem facere debet, atque creditoris accusata contumacia, depositum pignè ædem sacram, vel idoneam personam pro loci moribus, seu legibus faciendo, liberationem assequitur, juxta generales juris terminos, qui pro cujuslibet indifferenti crediti liberatione, quæ ex deposito resultat, habentur.
- 67 Integrum fortis & fructuum usque ad obolum depositum esse debet, modicavè deficientia illud vitiat, illis etiam computatis fructibus qui in enuntiato bimestrali termino cursum habuerint; Fructuum autem integrè deponendorum obligatio, de certis ac liquidis intelligenda est; Ubi verò probabiliter, incerti, ac illiquidi sint, tunc alicujus modicæ summæ depositum cum judiciali cautione de promptè solvendo, cum liquidatum sit, sufficit.
- 68 Liberum quoque aliquam extrinsecam non habens conditionem esse debet, eas tamen adiacere licet conditiones, quæ intrinsecæ sint in contractu contentæ, vel à jure subintellectæ.
- 69 Super competentia Judicis, coram quo didicta ac respectivè oblatio, vel contumaciale depositum fieri debet, quæstiones cadunt, an creditoris competens esse debeat, vel sufficiat ut sit debitoris, adeo ut ipsorum una competentia, accedat, istaque posterior opinio probabilior, magisque recepta est; Utraque verò deficiente, actus pro infecto haberi debet.
- 70 Non prohibetur item debitor præfati termini initio, sive ejus fine non expectato, præmissam oblationem ac respectivè depositum validè facere, dummodo integri bimestris fructus actus includat, termini etenim lapsu præmissam non recuset formam, vel solemnitatem; Sed ad hunc finem cursus fructuum, quo impleto creditor justam non habet recusandi causam.
- Super monetæ qualitate, seu valore, quæstiones cadunt, ubi inter contractus, ac distractus tempora, valori, vel monetæ accedat diversitas; Nil autem desuper in hoc censuali contractu peculiare statutum, sed generalis cujuslibet creditori & debitori cadunt termini, seu distinctiones extrinsecæ, vel intrinsecæ bonitatis, ut in crediti & debiti & Ecclesiasticarum pensionum sedibus advertitur.
- 71 Ubi verò debitoris decoctione, vel concursu, aut in Curia Baronum bulla ita exigentibus, de Judicis mandato creditor, vinculata forte accepta, distractum, seu retrovenditionem facere cogatur, sive debitoris bona in solutum accipere, quæstio cadit, an bonis evictis, vel advocata pecunia, cuius pro fructuum cursu, aliisque effectibus, reviviscantiam habeat, idque varias habet sententias, variasque recipit distinctiones.
- Debitor autem fortis restitutionem in parte cum integra fructuum rata facere volente, ut census partem redimat, quæstio est an invito creditore id liceat, atque à contractus lege, primam recipit decisionem, istaque lege non extante (quæ ubi adit, servanda est) Judicis arbitrio commissum est, quod debitoris favore interponendum est, ubi notabilis ea sit pars, quam debitor offerat, Idèque cre-

ditoris juris regula assistat, ut ad diminutam solutionem recipiendam cogi non debeat. z

Explicitam redemptionem præmissa continent, Implicita, seu præsumpta non exclusiva, quam ex præsumptionibus, aliisque argumentis, debitor deducit; Diuturni etenim temporis lapsus in hac debiti specie, præscriptionis præsidium non inducit in forte, utpotè per creditorem irreperibili, idèque non admittente præscriptionem, quæ non valenti agere non currit, in fructibus jam decursis ea intrante juxta illam tamen magis receptam opinionem, quæ unica non contentatur præscriptione, sed plures ac distinctas in singulis exigis annualitatibus; Adhuc tamen diuturni temporis lapsus, ubi aliorum efficacium argumentorum habeat fomentum, ad jam sequentem extinctionis præsumptam, seu adminiculatam probationem, pro facti qualitate, & circumstantiis, operativus remanet. z

In explicita quoque, magis verò in hac implicita, vel præsumpta extinctione, præmissam servari formam, ex creditoris deficiente potestate liberam recipiendi fortis restitutionem, sive illam compendiandi, seu novandi, vel remittendi nil referre solet, ubi lex impositionis pro tertii interesse, vel indemnitate aliam debitori præscribat formam, quam ab eo acceptatam negligere nequit; Vel quia legalis administrator, vel resolvable dominus ille sit, cui fortis restitutio faciendâ veniat, ut propterea, non nisi veram de jure solutionem recipere valeat, non autem fictam, quæ ex sola confessione, vel novatione resultat per facti qualitatem idèque certam id non recipit regulam. b

Pluribus item ex successorio aliove jure, coæquale habentibus census dominium, vel pertinentiam, nisi facti obstant circumstantiæ, ob quantitativam dividuam contractus naturam, cuilibet propria portio restituenda est, neque unus illam alterius recipit; Si verò plurium jus non coæquale ac divisum, sed insolidum pro respectuum diversitate sit, unius nempe in usufructu, alterius verò in forte, cum utroque actum fieri debere una credit opinio; Altera verò solo proprietario contenta est; magis verò recepta, usufructuario hanc negat potestatem. c

Partis fortis jam recepta restitutione quæstio est an totius census dissolutionem importet, vel potius pro non restituta partis rata vivat, istaque posterior probabilior ac magis recepta est opinio; ex aliâ insinuata contractus dividua natura, ob quam eadem utilitas est in toto respectu totius, ac partis respectu partis, nisi diversa voluntatis contrahentium probatio, vel argumenta obstant, magnumque desuper argumentum subsequuta observantia præbet. d

Actionis & passionis incompatibilis concursus census extinctionem quoque producit, quia nempe creditor servientis censiti fundi dominium nanciscatur, sive è converso debitor ipsius census dominus fiat ob incompatibilem rei propriae servitutem juxta confusionis actionum generales terminos in debiti, & crediti sede recensitos, quorum ad instar perfecta, & omnimoda dominii superveniencia hanc operatur mortis effectum, reviviscantia non admittit, quamvis exinde dominii cessatio ex diversa causa sequatur, secus autem ubi temporale, vel resolvable dominium sit, quod census, vel crediti suspensionem, vel obdormitionem solum causet. e

Personæ autem, vel respectus identitas in idem desideranda est; Ubi etenim in eadem materiali persona pro respectuum diversitate formalium personalium compatibilis pluralitas accedat, dominium ex una persona superventum, illius census extinctionem non causet, qui ex alia diversa persona competat, cum ita non unus, sed duplex, vel multiplex consideretur homo. f

Censiti fundi omnimoda peremptio, vel omnimoda instructio, eundem extinctionis, vel cessationis census operatur effectum, aliquorum damnorum accidentali sterilitate non curata; Si verò plures ac diversi sint fundi, unius peremptio, vel sterilitas census peremptionem non causet, si alii unus, vel plures, qui supersint, totius census sint capaces; si minus pro capacitate rata in eodem, vel in pluribus, sed non ultra viget.

Omnimoda verò fundi peremptio, vel diminutione sequuta, ea restitutio, quæ novæ constitutionis speciem habeat, census reviviscantiam, vel constitutionem non inducit, secus verò ubi ejusdem rei restitutio sit, sive accidentalis impedimenti remotio.

Causalis tamen, non autem culposa fundi censiti peremptio, vel sterilitas esse debet, ut hunc operetur effectum; In culposi etenim odium ac præjudicium pro extante habendus est. g

p disc. 42. q disc. 26. r disc. 26. & seqq. f disc. 37. & 38. t de Dec. disc. 51. u disc. 26. & seqq. x de Cred. disc. 140. de Pens. disc. 34. & seq. & hoc tit. disc. 37. y de feud. disc. 81. & hoc tit. disc. 15. & 16. z disc. 15. & 38. a disc. 20. b disc. 23. & seqq. c disc. 22. d disc. 15. e disc. 28. f disc. 22. g disc. 19. & 43.

## VII.

## De censu Vitalicio.

Magis iste vitalitius census, quàm alter perpetuus habitus peractus, in jure ignotus est, non solum etenim illum civilia, & canonica jura non cognoscunt, eodem modo quo perpetuum; Verùm neque illæ Pontificiæ Martini, Calixti, Nicolai, & Pii leges, quas ut supra in altera perpetui census specie habemus, cognoscunt; Illique ex quodam usu, militiarum, sive officiorum vacabilium ad instar forsitan irrepere, ut non nisi ad alicujus hominis vitam suam habeant durationem, nulla recepti pretij, vel sortis restitutione debita.

78 Quamvis autem eorum validitas plures habeat dubitantes; Eis tamen neglectis ex communi usu recepta est, dummodo in fructuum taxa justitiam admixtam habeat, Eaque cessante non utitur, sed injustitiæ vitium cadit, quod eodem modo quo ad perpetui census instar, actum non vitiat, sed in excessu vitium remanet, sive potius, ubi per legem certam non habeatur præfinita taxa, Judicis officium, sive arbitrium pro moderatione, vel reductione ad justitiam inerat.

79 Nihilum verò rarum, ac difficile est in hujusmodi vitalitius conventionibus, justitiam, læsionemque convincere ob incertam aleam, quæ in eis inest coæqualis eventualis lucri & damni, cum impositor acceptum pretium ad menses, vel dies lucrari valeat, idèque in iis, quæ lucri ac damni æqualem habent incertum eventum pro juris regula non cadit læsio.

80 Adhuc tamen regula hæc, ab ea non est limitatione immunis, quam exorbitans, atque insolita alterario inducat, quæ moderatione digna sit; Exindeque resultat ut facti potius quàm juris quæstio sit, certam proinde ac uniformem non recipiens regulam, super hujusmodi justitiæ, vel injusti-

tiae regulatione; Quamvis etenim leges civiles super vitæ hominis incerto eventu, vel durationem cum ætatis distributionibus certam dederint notitiam, seu taxam, cum qua per eos qui in simplicitate literæ procedunt, hujusmodi ac similitium vitalitiarum conventionum justitia, vel injustitia desumi solet, errorem tamen id continet, cum à singulorum hominum valetudine, complexionem, vel habitum ac modo vivendi, ac cœli, vel aeris qualitate aliisque circumstantiis verius id pendeat, frequenter enim minoris existimationis est vita juvenis exilis, vel infirmæ valetudinis, quàm robusti ac validi senis.

Irreperibilitatem soluti pretij non ex Piana legis provisione, sed ex intrinseca contractus natura ista census species habet in utroque contrahente coæqualem, ut propterea fors eam totalem sentiat mortem, quæ illam non habeat spem reviviscantiam per redemptionem, quam in perpetuo censu habere dicitur; Sicuti etenim irreperibilis est ex parte datoris, ita in acceptoris facultate non est eam restituere, cum revera iste contractus nullam habeat sortem, vel salvam substantiam fructuum, vel accessionum in statuto tempore productivam, naturalium fructuum ad instar ut in perpetuo censu dignoscitur, sed incertæ aleæ perfectam ac irretactabilem hinc inde emptionem continet.

Modernorum quæstio habetur, cum consueta opinionum scissura, super Piana legis forma, pecuniæ numeratæ adhibendæ, reique stabili & capacitatibus necessario subiecto; Probabilior autem ea videtur opinio à contradictoribus non immunis, ut proinde certam de præfenti regulam non habeat, quæ utriusque requisiti negat necessitatem. h

Super creditoris, vel emptoris potestata cadunt aliquando quæstiones, quia nempe eam sortem, vel pecuniam ita omnino demortuam reddere non valeat, cum administratoris potius quam veri ac pleni domini speciem habeat; Sive quod tertio fraudis, vel præjudicium ita fiat, quod pariter certam non habeat regulam, cum à facti qualitate, & circumstantiis id pendeat. i

h disc. 9. & 35.  
i de Testam. disc. 37.

## Finis Partis Tertia Libri Quinti.

# JO: BAPTISTÆ CARD. DE LUCA Libri Quinti Pars Quarta, DE SOCIETATIBUS OFFICIORUM.

PER USINA SOCIETATIS OFFICII  
PRO JACOBO ARGENTEO,  
CUM ALMERIGIS.

Responsum pro veritate.

An societatis officii lucro sit locus per mortem ejus, sub cuius vitæ periculo posita est, si in tempore, quo inita fuit, ignaris contrahentibus, talis persona erat graviter infirma, & in subsequente mortis periculo constituta.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus controversa.
- 2 Actus gestus cum falso præsupposito currit.
- 3 De casibus exceptis, in quibus cesset lucrum sortis.
- 4 De ratione, ob quam mors violenta excipitur.
- 5 Habens facultatem eligendi, seu nominandi, si nominat mortuum, vel moribundum, eam non consumit.
- 6 Solvens adjecto, quem scit mutasse statum, male solvit.
- 7 Acceptans literas cambii an teneatur si scribens decoxit.
- 8 Venditor mercium quando etiam sine reservatione domini præferatur creditoribus anterioribus.
- 9 De aliis similibus, in quibus actus habetur pro infecto ob deficientem consensum.
- 10 Quod creditor adversus lucrum pecunie data ad societatem succurratur beneficio restitutionis in integrum, vel lesionis.
- 11 In dubio pro exclusione lucri.

D I S C. I.

**S**ub die 2. Septembris Argentens in Urbe inivit societatem officii sub periculo vitæ Caroli filii in Civitate Perusii existentis, qui tunc graviter infirmus post quatuor dies obiit, quare interrogatus per quemdam insignem Cardinalem, quid in isto casu sentiret, an scilicet per talem mortem factus esset locus lucro dictæ societatis. Respondi ut sequitur.

Individuorum notitiam magnæ eruditionis & laboris effectum, sæpe quotidiana experientia docet, partum esse casus & fortunæ; Quantum ergo videre licuit, casum controversum in individuo factum non inveni. Quare procedendo cum regulis & principiis generalibus cum quibus deficiente particulari decisione majorum nostrorum exemplo procedere docemur, pro certo respondendum censeo pro lucri exclusione, vel ratione consensus deficientis, vel ratione casus ex partium verisimili intentione exceptuati; Certò enim certius est Jo: Jacobum contraxisse societatem sub periculo vitæ Caroli ejus filii verisimiliter, attento ordine naturæ, plus victari, cum præsupposito, quod esset sanus, Si enim cogitasset illum tunc in periculosa infirmitate, ac morti proximum reperiri, utique eum non nominasset, Idèdque dicendus est contractus, vel actus gestus cum falso præsupposito, cujus ratione ex deficiente consensu corrui, ac habetur pro infecto, cum nunquam animus, seu voluntas trahatur ad ea ignorata, quæ cognita verisimiliter gesta non essent. *l. cum putarem. ff. fam. l. c. cum concord. per Duran. dec. 373. n. 4. & 11. Rota in Bonon. nullitatis concordia 12. Junii 1645. coram Cero & in aliis.*

Quod autem hoc fuerit præsuppositum Jo: Jacobi, quodque si casum scivisset, vel etiam cogitasset, id non existet, probat nedum ipse sensus naturalis, sed etiam contextus contractus, in quo exceptuatur non solum casus mortis violentæ in communi formula apponi soliti, sed etiam alter febris, quæ nuncupatur petichialis; Si enim sibi voluit præca-

vere nedum de casu mortis violentæ, sed etiam naturalis ex causa dictæ febris, multò fortius dicendum est ejus animum nullo modo dirigi potuisse ad nominationem constituti in articulo, vel in proximo periculo mortis; Talemque animum aperte comprobatur subita mutatio personæ post habitam notitiam infirmitatis. Animus enim & voluntas non magis verbis, quam factis probatur, ex deductis per Gregor. *dec. 163. 239. & 247. ubi Adden. atque ex præcedentibus ac subsequentiis opime concludit Gregor. dicta decif. 239. num. 5.*

Et quemadmodum in casu mortis violentæ cessat lucrum, non ratione tollendi occasionem infirmarum, ut malè censuit Boccacc. sed ratione deficientis consensus, ut in voto Seraph. impressi apud Zacch. *de societ. decif. 46. num. 8. & est aliàs certum, ita & fortius cessare debet in presenti, in quo clariùs ac verisimiliter abest consensus contrahendi; Atque sicut creditore nominante mortuum, nulli dubium est quod contractus esset imperfectus & invalidus, ita dicendum est, dum nominavit constitutum in mortis articulo, qui mortuo assimilatur ad text. in *l. quæstium, ff. de jud. ubi communiter DD. & in *l. cum in statu, ff. si ambo, ff. de donat. inter vir. & uxor. cum concord. de quibus Ranucius in tract. de momento temporis, c. 6. Rip. de alibus in art. mort. c. 1. num. 2. & 3. cum seqq. cum aliis, quæ in proposito moribundi, seu constituti in mortis articulo habentur in Romana augmenti de Bolognetris sub tit. de dote, disc. 27.***

Hinc propterea habemus, quod habens facultatem eligendi & nominandi, vel similem, expitatem in primo actu si eligit, vel nominat mortuum, vel moribundum, aut, alias ex errore gerit actum, qui inutilis est, ac effectum non sortitur, non privatur tali facultate, sed actus præcedens habetur pro non facto, quoties abest dolus, vel culpa facientis, ut ad limitationem text. in *l. boves. ff. hoc sermone, ff. de verb. signific. plura colligit ibidem Tiraquell. limit. 1. & limit. 21. per totum.*

Et magis proximè, si quis mandat suo debitori, ut pecunias solvat Cajo absenti, qui reputatus ab adjiciente integræ fidei delegatur decoctus, utique debitor tali adjecto solvens malè solvit, si sciat mutationem status, quam tamen inquirere non tenetur, non alia genuina ratione, nisi quia voluntas adjicientis trahi non potuit ad hujusmodi casum, quem si cogitasset, utique ita non mandasset, *Sracc. de ad ject. par. 3. n. 59. & 110. Cypyc. Larr. dec. 8. n. 3.*

Item mercator, cui dirigitur literæ cambii alicui solvendæ, illas acceptans cum præsupposito, quod scribens esset in valido statu, non tenetur ad solutionem, atque acceptatio illum non obligat, si de tempore acceptationis ille muraverat statum, dictaque mutatio verisimiliter erat acceptanti ignota ex amplè deductis *dec. 345. par. 5. rec. in Romana literarum Cambii 16. Martii 1640. coram Coccino, in Romana, seu Neapolitana literarum cambii 9. Junii 1653. Dmozetto inter suas decif. 940. Merlin. controv. 1. centur. 2. Rot. in Romana, seu Neapolitana literarum cambii 13. Aprilis 1668. coram Albergato, in quibus habentur concordantes, quod latius agitur sub tit. de Cambiis, in Rom. literarum cambii, seu Bonon. disc. 20. & in dicta Romana, seu Neapolitana pro Saluto, disc. 25. & in aliis, idque non alia ratione nisi consensus deficientis in acceptatione.*

Insuper certa juris conclusio est, quod venditis mercibus habita fide de pretio, illarum dominium transfertur in emptorem, adeo ut si postea iste deficiat, ejus creditores anteriores super illis præferantur eidem priori domino & venditori, sed si emptor de tempore emptionis erat decoctus, vel decocti proximus, inficium venditor, qui bona fide illum putabat idoneum ac fidelem, tunc propter deficientiam consensus vendendi, fidemque habendi, non transfertur dominium, atque venditor est aliis potior in suis mercibus, ut plenè discussio articulo, & omnibus opinionibus recen-

recensitis probat Gizzarell. *dec. 62. & habetur sub tit. de credito.*

Et conferant ad probandam verisimilem deficientiam consensus, quæ notatur per Franch. *dec. 113. de sponione super casu, qui tunc jam evenerat, Atque benè congruit simile de assicuracione navis jam naufragæ ob eandem rationem deficientis consensus ex deductis per Gregor. *dec. 126. nu. 5. & per tot. Ac faciunt etiam quæ in jure notantur de actione redhibitoria circa emptionem rei, quæ reputata valida de-regitur infecta & defectiva, pluraque similia dari possunt, in quibus de jure statutum est, actum gestum præter intentionem haberi pro infecto, quoniam actus voluntarii non plus obligant, vel operantur, quam voluntas est, atque actus agentium ultra intentionem non operantur; Unde propterea firmiter dicendum videtur, contractum societatis ex defectu consensus circa nominationem periculi esse imperfectum & invalidum, proindeque cessare lucrum.**

Et quatenus etiam contractus perfectio prætendi posset, ad huc tamen succurrendum omnino veniret creditori, Vel beneficio restitutionis in integrum competenti etiam majoribus ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, propter ignorantiam dictæ periculosa infirmitatis, cum de jure non dubitetur probabilem & iustam ignorantiam mereri restitutionem ex deductis per Odd. *de restit. in integr. q. 3. Vel ex capite lesionis enormissimæ, quæ resultat etiam ementi cum sua pecunia periculum vitæ nominati, maxime enim læsivum, atque ab omni æquitate alienum est, ut sub periculo vitæ moribundi, ac in lethali infirmitate constituti, creditor totius fortis jacturam, debitor autem aded ingens lucrum sine probabili periculo facere debeat, cum absolutum sit apud legistas, canonistas & morales in hujusmodi contractibus sola periculi ratione licitis, lucrum esse debere proportionatum periculo, atque periculum lucro, ut in materia sponsonum communiter tractant.*

Et tandem sufficere videtur per hæc animum judicis reddi dubium, ut in dubio pro exclusione lucri veniat iudicandum favore creditoris tractantis de damno vitando, non autem debitoris contententis de lucro vitando, *Zacch. de Societat. num. 429. Cavaler. dec. 220. & 239. utrobique in fine.*

S U M M A R I U M.

- 1 De ratione ob quam de ista materia raro hodie agatur.
- 2 Damnatur continuatio antiquæ taxæ fructuum.
- 3 Improbantur etiam cautela cum quibus impediatur debitori lucrum sortis.
- 4 Quod fors ex parte creditoris deberet esse irrepitibilis.
- 5 De ratione ob quam excessiva taxa fructuum videtur tolerabilis.

ANNOT. AD DISC. I.  
Cum seqq. ad fin.

**I**n ista materia hodie in Advocatis classis nimium raræ videntur occasiones disputandi ex pluries insinuata ratione, quod ob aded notabiliter immutatum rerum statum circa fructus bonorum stabiliū, & censuum ac locorum montium, & cambiorum, quoniam ipsorum officiorum vacabiliū, super quibus hujusmodi contractus fiunt, non nisi perditis, ac imprudentissimi homines illos faciunt se supponendo gravissimis usuris temporum conditioni prorsum incongruis absque probabili spe lucrandi sortem ob illas leguleicas irrationabiles superstitiones, de quibus habetur supra, *disc. 2. & 3. & in aliis, ideoque in populo nobili, vel medio non solum rari sunt illi, qui pecunias ad hanc societatem accipiant, sed etiam rari sunt illi qui credant, ex eadem ratione, quod ob malam conditionem debitorum si non contingit periculum amissionis fortis de jure, contingit tamen de facto, ut ponderatur præsertim supra, *disc. 11. n. 6.**

Triaitaque generaliter in materia adnotatione digna videntur, Primò nempe, ut scandalosum videatur non advertiad moderationem taxæ fructuum ex eisdem considerationibus, de quibus *disc. 6. de usur. & in ejus adnotationibus, & disc. 196. de dote, ac etiam disc. 32. de cens. ob aded immutatum rerum statum, quoniam de tempore quo hæc taxa facta est, duodecim pro centenario ad eam summam fructus ascende-bant, nunc verò vix important sex & minus.*

Secundò circa illas leguleicas formalitates, & superstitiones, ob quas impeditur lucrum superius insinuatum, de quibus supra, *disc. 2. & 3. cum sint momentum uturarum, & fraudis, idèdque penitus, & omnino hæc creditorum ea-*

ptiosa, & fraudolenta cautela contra suffocatos, & imprudentes debitores delenda esset.

Et tertio ut adinstar contractus censuales præsertim vitalitii facultas discendi societatem, ac repetendi sortem, vel mutandi periculum vitæ creditori omnino adimeretur, illum solum dando debitori, cum ita cessarent omnes quæstiones, quæ in his discursibus legantur, ac etiam in Rotæ decisionibus, & apud alios Scriptores, quia revera omnes sunt captiosæ, & fraudolentæ cautela foeneratorum contra imprudentes, nimiumque suffocatos debitores, dum ut præmissum est, non nisi imprudentes dissipatores, vel minimum suffocati, & obætrati pecunias sub isto contractu accipiunt. In reliquis autem aliæ se non obtulit occasio, nisi in casibus, de quibus *infra, hoc suppl. disc. 13. & 14.*

Est benè verum quod circa taxam hodiè verè excessivam, & omnino improbabilem fructuum, ac etiam circa alias cautelas creditori proficuas cadere posse videntur considerationes, quæ habentur in nautico foenore. *disc. 1. cum duob. seqq. super compensatione periculi prædicti de facto, quod supra insinuatur ob malum statum debitorum, sed non est mortivum juridicum, quod reputari debeat aptum pro hac supina tolerantia.*

ROMANA SOCIETATIS OFFICII  
PRO SPORZIA CESARINO  
CUM GASPARE CHRYSOSTOMO.

Casus decisus per Rotam pro Chrysofomo.

De lucro societatis officii per mortem ejus, sub cuius vitæ periculo contracta est, An & quando impediatur ob non præstitum fidejussorem, vel aliud non implementum, Et quando istud remissum censetur.

Tempus inite societatis quomodo sit computandum, & quando incipiat. Et an per diversam observantiam solvendi fructus censetur novata prima conventio.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Lucrum impeditur per non implementum, quia debitor ex contractu non adimpleto non debet facere lucrum.
- 3 Declaratur ista conclusio, & quando ob receptionem fructuum censetur remissum implementum.
- 4 Protestatio, seu clausula sine præjudicio, an suffragetur, ut receptio fructuum non causet remissionem implementi.
- 5 Observantia partium circa solutionem fructuum, an & quando innovet conventionem, vel potius sit declarativa ea magis attendenda.
- 6 Dies termini an computetur in termino, & de modo computandi semestriales, vel alias terminos.
- 7 Quando dicatur contrahi mora super non implemento.
- 8 An tempus curvat statim inito contractu de momento ad momentum, vel à media nocte sequenti.
- 9 De ratione, ob quam in societate officii tempus est computandum de momento ad momentum.
- 10 Ubi non constabat de hora contractus sit computatio in meridie.

D I S C. II.

**A**ccepit Chrysofomus sub die 8. Februarii 1647. à Cesarino scuta 5500. ad Societatem officii super ejus notariatu A. C. sub conventionem solvendi fructus de mense in mensem, sub die verò quinta ejusdem mensis idem acceperat ad similem Societatem super eodem officio scuta 500. à Paulo Saffio, sub consueta formula, per sex menses scilicet, pro quibus anticipatè fructus soluti fuerunt, & deindè ad beneplacitum; Cumque per obitum dicti Pauli dissoluta fuisset dicta Societas, illa renovata fuit sub die 18. Maji 1648. cum Joanne Antonio ejus hærede, super istius vitæ periculo, & cum promissione faciendè accedere infra quindecim dies proximos Franciscum Cesarinum, tam pro sortis, quam pro fructuum cautela, atque post quatuor menses dictus Joannes Antonius præfata societatis commo-dum cessit dicto Cesarino, dictam aliam majorem societatem habenti, remanente periculo super ejus vita; Cum autem sub die 19. Novembris 1650. ipsa die labente dictus Joannes Antonius obiisset, Hinc orta est controversia super dictorum scutorum 500. lucro, quod regulariter sit per debi-

debitorem per mortem ejus, sub cujus vitæ periculo societas contracta est.

Negabat Cescarinus lucrum prædictum ex capite non implementi, stante quod statuta die, nec postea debitor fecerat accedere dictum alium Cescarinum creditoris germanum fratrem, ex punctualiter firmatis in Pisaurum. Societatis officii cor. Rojas inter suas dec. 64. quæ circumfertur in materia magistralis, sæpius canonizata, præsertim in Romana societatis officii cor. Orthobono inter suas dec. 12. quod scilicet ex regula, ut nemo reportare possit commodum ex contractu, quem non adimplevit, debitor ita deficiens non debeat tale lucrum facere.

Conversò Chrysofomus debitor non impugnabat regulam prædictam, sed fundabat ejus intentionem in limitatione pariter recepta, ut idem non procederet, quando mors contingeret in eo semestri, seu alio statuto tempore societatis, pro quo creditor fructus recepisset in toto, vel in parte, ex earatione, quod dictum implementum censeret remissum, atque implicite declarata voluntas creditoris continuandi pro eo tempore, ac non habendi contractum pro resolutio, ut alias dicere posset ex non implemento habuisse, præterquam in ea anticipata solutione fructuum primi semestris, quia cum implementum promittatur à parte postea, non intrant dictæ rationes remissionis mortæ, vel declarationis contrarii animi, ut cæteris allegatis bene firmatur in Romana societatis officii 13, Martii 1648. cor. Bichio, quæ pariter circa istam limitationem circumfertur in materia magistrali, passim recepta, & in aliis canonizata.

In qua decisione firmatur, creditori recipienti fructus in toto, vel in parte illius semestris, seu alterius termini; non suffragari cautelam protestationis solitæ fieri cum clausula sine præjudicio, nisi ad effectum, ut salvum remaneat ejus jus etiam illo semestri, vel alio termino durante cogendi debitorem ad implementum, non autem ad effectum lucri, quoniam alias esset capiosa & fraudulenta cautela percipiendi exorbitantes fructus quodecim, vel decem pro centenario sine periculo, quod omnino damnatum est in isto contractu, quem periculum amissionis fortis unice salvat ab usura, unde propterea etiam ipsa regula, de qua in dicta Pisaurum. coram Rojas non est à fraude & captione immunis, quoniam callidi creditores ita curant negligere exactionem fructuum semestris, vel termini currentis, in quo mortis periculum contingere possit, atque ad id ut plurimum non advertunt debitores, qui frequentius, vel sunt suffocati & indigentes, vel rerum suarum mali administratores hujusmodi contractus speciem facientes, unde est percipere talem fructum sine periculo, atque sanctius esset hujusmodi cautelas per legem generalem indefinite damnari, ut infra, disc. final.

Stante ista theoria generaliter ac in abstracto vera & recepta, tota questio restringebatur ad factum, An scilicet aliquid solutum esset in causam novi semestris, quod per diem ante mortem inciperat, dum societas contracta fuerat sub die 18. Maii, mors autem sequuta erat sub die 19. Novembris; Sive an potius dici posset mortem prædictam evenisse in ipso præterito labenti semestri, in quo non dubitabatur fructus esse solutos.

Ad evitandas igitur istas difficultates, scribentes pro Cescarino creditore, qui erant ex primariis ac senioribus Advocatis, in disputationibus habitis cor. A. C. probare curarunt, calculandum non esse ad rationem semestris, sed ad rationem singulorum mensium juxta formam alterius societatis magna juxta quam creditor, istam parvam postmodum quaestam annexendo, solutiones fructuum regulaverat, illos unquam exigendo tanquam pro uno debito singulis mensibus, allegando super hujusmodi novatione easdem autoritates & rationes canonizatas in infrascriptis hujus causæ decisionibus, ita inferendo, quod cum termini societatis consistere in singulis mensibus discretivè; consequenter mensis Novembris remaneret absque solutione fructuum, atque cum ista lectura à jure prima instantiæ victoria reportata fuit cum relaxatione mandati, canonizati etiam per Signaturam Justitiæ bis rescribentem de appellatione in Rota cum clausula, sine præjudicio; Verùm recurrente debitore ad Sanctissimum, atque existens speciali rescripto in camera, demandata clausula si quis exequendum, datoque dubio in Rota coram Celso, cui commiserat, An mandatum prædictum exequendum esset, me tunc ex junioribus per creditorem ad causæ defensionem senioribus ad juncto; In congressu juxta laudabilem stylium habito pro causæ directione, bene consideratis calculis solutionum, quæ in causam fructuum minutatim ac diversis vicibus factæ fuerant, cum ea modestia, & reverentia, quam servare debere decebat junio-

re n. damnate volentem modum defensionis à senioribus ac primariis tentum, insinuavi promeo iudicio male actum esse deducere ad campum dictam novationem, calculando terminos mensuales potius quam semestriales, quoniam ita calculando ad rationem singulorum mensium, clarè constabat in causam fructuum illius mensis Novembris aliquas partitas remanere solutas; E conversò autem calculando de semestre in semestre, absolutum remanebat nihil in causam novi semestris hujus parva societatis esse solutum, cum partite solutionum absorberentur à mensuralibus fructibus alterius societatis magna. Atque cognita ista veritate per omnes devotum est in meam sententiam, ut in disputatione Rotali causa defendenda esset per viam oppositam, negando scilicet dictam mensuralem novationem, ac substituendo calculari debere de semestri in semestre ad formam instrumenti, cum aliis proseguendo primam viam, succumbentia esset certa.

Verùm consilium parum profuit, dum iacta erat alea, si quidem videntes debitoris defensores, ex informationum consueta communicatione, mutatam esse modum defendendi, deveniunt quoque ipsi ad noticiam illius erroris, quem totis viribus cor. iudice primæ instantiæ, & in Signatura nostri Advocati tueri conati fuerant, unde curarunt in disputatione differri resolutionem, atque in secunda disputatione habita sub die 26. Junii 1652. exhibuerunt easdem informationes Advocatorum creditoris datas in præcedenti instantia ad probandam dictam novationem deductam ex observantia solutionis fructuum de mense in mensem, resumendo easdem autoritates ac rationes, ex quibus prodierat resolutio ipsi debitori favorabilis, ut liquet ex decisione desuper edita; quæ habetur impressa post controversas Conventii, dec. 160. & inter illas ex eisdem Celso, dec. 156. confirmata 22. Junii 1654. cor. eod. inter suas dec. 190.

Et quamvis Ego & cæteri scribentes insisterem, quod cum conventio instrumenti esset clara super semestri, idcirco ad illam destruendam, requireretur observantia omnino univoca & incomparabilis, prout de jure requiritur ad inducendum statum omnino novum ac prioris destructivum, ex regula textus in l. finali, C. de novat. prohibente novationes, nisi ubi expressè dicatur, vel ubi iusta exigat ratio incompatibilitatis, ut sæpius in sua materia sub tit. de credito, Artamen hæc non valuerunt, Tum quia satis est difficile, Advocatos posse persuadere iudices, in iis quorum contractum ipsimet in alia instantia substituerant; Tum etiam (& bene) quia non agebatur de observantia omnino novativa, & destructiva prioris conventionis; Siquidem in ea non dicebatur societatis terminos pro tempore futuro esse debere de semestri in semestre, sed solum juxta consuetam formulam, conventio erat super societatis duratione pro primo semestri, pro quo receptis anticipatè fructibus erat indissolubilis, deinde verò dicitur ad beneplacitum, quod ita remaneret æquivocum; Et licet ex communi usu continuo habeat soleat eandem regulam de semestre in semestre, nihilominus id non concludit per se necesse, atque non impedit, quin partes dictum arbitrium diversimodè declarare poterint cum observantia, quæ proinde non remanet destructiva, seu innovativa prioris conventionis, sed potius declarativa, seu interpretativa, atque stante secunda resolutione prioris confirmativa sub dicta die 22. Junii 1654. creditor acquievit.

Resolutiones mihi quamvis scribenti in contrarium visæ fuerunt probabiles, Tum ex præmissis, Tum etiam ex alia duplici circumstantia per Rotam quoque ponderata, Una scilicet verisimilitudinis, quod cum altera major societas esset mensualis, ad illius normam, ista minor tanquam illi adjuncta redacta fuerit; Et altera, quod fideiussor præstandus, quoad cedentem extraneus, quoad ipsum tamen creditorem cessionarium erat germanus frater, unde verisimile est ipsum tale implementum neglexisse ac remississe, stante præsertim longæva acquiescentia annorum quatuor, ita ut implementum prædictum potius ita solum ferviret pro capiosa, & fraudulenta cautela exigendi fructus ad rationem 12. pro centenario sine periculo.

Et licet dicta prima decisio ex abundantia subjungeret, quod calculando etiam terminos hujus societatis de semestri in semestre, adesset solutio alicujus partis fructuum deducta ex partitis solutis post jam sequutam mortem prædictam, hoc tamen fundamentum melius fuisset omitti utpote periculosum, cum non possit exinde desumi voluntas continuandi in ea societate, quæ jam dissoluta erat, ac etiam quia factum non assistebat.

In prima verò hujus causæ disputatione Rotali, quæ fuit super

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 De conclusione ut debitor non lucretur societatem ob non implementum.
- 3 Quando istud non implementum sit in proposito excusabile.
- 4 An scientia præsumpta mortis fideiussoris, in cuius locum alter est subrogandus, sufficiat.
- 5 Quando dicatur remissum implementum, & qua species probationis sufficiat ad hanc voluntatem probandam.
- 6 De pluribus admittendis ad dictam voluntatem probandam.
- 7 Ubi debitor est notorie idoneus, tunc non videtur attendenda cautela præstandi fideiussorem.
- 8 De promissione vaga renovandi fideiussorem in omnem casum quomodo intelligenda sit.
- 9 De aliis casibus, in quibus non implementum non obstat, præsertim ubi præstatio fideiussoris non est promissa ab ipso officiali, sed à fideiussore.

D I S C. III.

Ucepit Zeccadorus quendam pecuniarum summam ad societatem officii cum accessione ejus partis, sub consueto pacto, ut in casu mortis naturalis, vel civilis fideiussoris, teneretur alterum subrogare; Sequuta verò patris morte creditori bene cognita, hic pro dictæ subrogationis implemento nunquam inlestit, sed in exactione fructuum continuavit usque ad obitum ipsius, vel ejus, super cuius vitæ periculo societas contracta erat. Atque prætendente debitore per hujusmodi obitum factum esse locum lucro juxta naturam hujusmodi contractus, qui ex ista ratione periculi unice substitueretur, Replacabat creditor, vel ejus defuncti hæres de consueto refugio creditorum volentium absque periculo obtinere fructus ad rationem 12. pro centenario, quod scilicet reportari non possit lucrum ex contractu non imploro ex deductis per Metlin. decis. 290. in Pisaurum. Societatis coram Rojas inter suas decis. 64. ubi in terminis individualibus non præstiti fideiussoris loco mortui, vel absentis, & sæpius in aliis, potissimè quia per debitorem allegati non poterat ignorantia mortis proprii patris, ut ponderatur in d. decis. coram Rojas in terminis fortioribus fratris, vel alterius conjuncti.

Scribens pro debitore coram A. C. non negabam regulam in Curia incontrovertibilem; Dicebam tamen iuxta satis rationabilem sensum, quem habuit Rota in Romana Societatis offic. 13. Martii 1649. coram Bichio tunc edita, omnem possibilem intellectum esse capiendum pro ejus limitatione, cum in effectu videatur propositio perniciosissima, latum aperiens aditum fraudibus, arque ut sub ista capiosa cautela creditores reddantur immunes ac tuti à periculo, cujus ratione, & non alias fructus adeò excessivus ex pecunia exigitur, ideoque regulæ prædictæ applicatio cessabat in hac facti specie, quia non agebatur de obligatione pura ab initio contractus intra certam diem adimplendam, sed de obligatione conditionali, de præstando scilicet novum fideiussorem in casu mortis alterius, quo casu ut promittens dicitur fidem violasse, atque à promissorum implemento defecisse, probanda est scientia mortis, per quem conditio purificata dicitur, ut ita distinguendo unum casum ab altero habetur apud Gratian. discept. 944. num. 36. & seq. Rot. dec. 92. num. 17. & seq. part. 5. recent. Adden. ad Buratt. decis. 674. num. 15.

Istud fundamentum videbatur parum tutum, quoniam agebatur de morte proprii parentis, quæ in filio est præsumenda, ut in terminis hujusmodi scientiæ præsumptæ ad propositum sufficientis habetur in allegata Pisaurum. coram Rojas; Et licet illa decisio super ista propositione ita simpliciter sumpta non placuerit Signaturæ & Curiæ, & merito, quoniam agitur de gravi præjudicio debitoris, ad cujus effectum requiritur scientia certa, dum regulariter non admittitur præsumpta, quoties alia extrinseca admittenda non concurrunt, ex plenè collectis per Adden. ad dec. 542. part. 4. rec. tom. 3. num. 98. nihilominus in hac facti specie de illa non videbatur dubitandum, dum idem debitor quamvis absens à patria, paternam hæreditatem agnoverat, alioque actus hæreditarios gesserat, quod per se necesse supponit scientiam certam mortis.

Solidius fundamentum videbatur alterum præsumptæ remissionis dicti implementi, & contrariæ voluntatis continuandi

super puncto, An mors prædicta contigisset intra primum semestrem expiratum, vel in novo tunc incepto, prætendebant scribentes pro debitore casum evenisse juxta primam partem, ex regula quod dies termini non computatur in termino, ideoque dicebant, quod cum societas contracta esset sub die 18. Maii, detracta ista die non computanda, contractus incipiebat sub die 19. in qua mors sequuta erat, unde propterea ea durante debitor dici non poterat in mora ad text. in §. omnis instiuit. de verborum obligat. Verum hoc fundamentum verè nullam substantiam habebat ex triplici responsione; Primò quia, ut non adimplens excludatur à lucro, non requiritur mora, ita ut iste sit effectus ex illa resultans tanquam poena delicti, sed sufficit debitorem ex parte sua non adimplevisse, dum conclusio fundata non est in mora, sed in regula, ut volens reportare lucrum ex contractu, docere debeat de illius implemento tanquam suæ intentionis fundamentum, ut in allegatis decisionibus coram Rojas & Orthobono.

Secundò quia statim elapsis quindecim diebus ab initio præfixis ad præstandum fideiussorem, illic fuit contracta mora juxta regulam text. in l. magnam, C. de contrabenda, & committenda stipulatione, ideoque ad eisdem moræ incursum non requirebatur lapsus integri semestris, & consequenter omnino extranea erat dispositio text. in d. §. omnis, cum illa procedat, quoties agitur de implemento ipsa statuta die præstando; Superveniens autem receptio fructuum pro semestri, vel alio termino non impedit moræ incursum jam consummatum, sed solum operatur quendam ejusdem moræ suspensionem, seu verius probat voluntatem creditoris continuandi in societate ad tempus, quo cessante, tanquam per remotionem obtaculi, ac cessationem suspensionis, remanet contractus in suo primævo statu resolubiliteris & non implementi, eo modo quo bellum suspensum per treguam ad tempus, dicitur continuare per expirationem treguæ, unde statim elapso ultimo momento illius semestris, vel termini in quo fructus recepti fuerunt, debitor dicitur esse in primævo statu moræ jam contractæ, ut in dicta decis. coram Rojas, & explicant Adden. ad dec. 542. part. 4. rec. tom. 3. n. 39. & 40.

Tertiò demum, quoniam quidquid sit in aliis contractibus, an scilicet tempus curat de momento ad momentum, ut tenet gl. in l. gallus, verbo proximis, ff. de liber. & posthum. quam plures sequuntur relati per Trentacium, qui dicit communem, lib. 2. var. tit. de dilat. resolut. 1. num. 3. vel potius incipiat à media nocte sequenti, à qua nova dies incipere dicitur, in quibus etiam una, vel altera opinio remota adhuc mors sequuta erat expirato primo semestri, & novo jam incepto; nam etiam si juxta secundam opinionem deductam ex parte debitoris, tempus computandum esset, adhuc sex menses terminaverant in media nocte diei 18. Novembris, unde semper dies decima nona cadebat in novo semestri.

In hac verò specie contractus, cum sensu etiam veritatis, dicebam omnino tenendam esse primam opinionem, quia cum societas officii habeat annexum periculum vitæ creditoris, vel illius, sub cuius vita societatis inita est, ita ut si eadem die initi contractus casus mortis sequatur, quoties non est de exceptuatis, vel non intrat ratio deficientis voluntatis, prout in Perusina disc. præcedenti, fiat locus lucro; Consequenter de necessitate oportet computare tempus de momento ad momentum, quoniam in illa parte diei, in qua initus est contractus usque ad mediam noctem, quæ est initium diei sequentis, contractus se haberet ad esse & non esse, quod implicat; Atque ubi in contractu non exprimitur hora, quæ in casu expressionis attendenda est tunc computatio facienda est à meridie, Magon. dec. Florent. 8. n. 32. Verùm hæc ulteriorem disputationem non habuerunt, cum ex præmissis causa mutaverit faciem, seu modum defensionis.

ROMANA LUCRI SOCIETATIS OFFICII

PRO N. ZECCADORO.

CUM N. &c. Et de aliis consimilibus causis.

Causa disputati coram A. C. cum incerto exitu.

De eadem materia lucri fortis per mortem, quando illi obstat necnè defectus implementi.

Card. de Luca, Lib. V.



nuandi in contractu, non obstante dicta renouatione fidei-  
jussoris non facta, stante continuatione per tempus notabile  
in exigendo fructus singulis semestribus; Licet enim hoc so-  
lum non sufficiat, quoniam fructuum receptio est solum  
operatiua, durante illo termino, pro quo in toto, vel in  
parte recepti sunt, non autem insit in tempus sequens, ut  
in allegata Pisaurien. coram Royas, & in Romana Societat.  
officii coram Orthob. inter suas decis. 131, & admittitur in ea-  
dem aliter Romana Societatis coram Biebio, de qua supra;  
Attamen in eisdem, ac in aliis de materia agentibus, admit-  
titur sufficere huiusmodi voluntatis probationem præsumpti-  
vam & adminiculariavam, ut præsertim, decis. 192. p. 5. rec.  
Adden. ad Baratt. decis. 674. num. 13. & 14. in Romana Socie-  
tatis officii 15. Maii 1645. coram Dunozeo inter suas dec.  
742. num. 9.

Exactio autem fructuum est adminiculum, quod solum  
& de per se non sufficit nisi pro termino, in quo illa facta non  
sit, sed iunctum cum alijs ex regula, ut singula que non pro-  
funt, &c. est facti operatiuum, atque in præfenti plura in factis  
ponderabantur adminicula denotantia creditorem mortis  
fideiussoris rectè consciuum, sola fidei debitoris fuisse conten-  
tum; Quod habebat verisimilitudinem, quoniam de tempore  
intra societatis, debitor quamvis esset emancipatus, ni-  
hilominus patre vivente parum idoneus absque fideiussore  
erat, sequuta verò morte patris, statim notabiliter immu-  
taverat in melius, atque ex paterna successione idoneus effe-  
ctus alio fideiussore non indigebat, dum idoneitas patris in  
ipso consolidata erat.

Et quidem de facili huiusmodi tacita, seu præsumpta re-  
missio admittenda est; Tum quia spectanda potius videtur  
verisimilis voluntas creditoris quam formula verborum in-  
strumenti, quod huiusmodi obligationes sæpius ex formula-  
rijs notariorum præter intentionem contrahentium continere  
solent; Tum etiam ex dicta ratione fraudis, quæ sub huius-  
modi captiosis cautelis continetur.

Idem disputavi in eodem Tribunali A. C. pro Barbatijs  
Bononiens. adversus quos creditor objiciebat de non lucro  
societatis pro mortem, ob eundem defectum non subrogari  
novi fideiussoris in locum Calderini defuncti; ponderaban-  
tur enim plura adminicula. Primum nempe illud resultans ex  
continua exactioe fructuum pro tempus considerabile.  
Secundò notoria idoneitas principalium debitorum aliquo  
fideiussore non indigentium, quod reflectendo ad veritatem,  
dicebam satis à iudice spectandum esse, vel ad credendum di-  
ctam obligationem præter intentionem partium adjectam esse  
ex Notariorum formulariis; Vel, & probabilius, esse  
cautelam captiosam, & fraudolentam nullatenus attenden-  
dam, sed habendam pro non scripta, quoties debitoris  
qualitas est talis, quod verisimiliter etiam sine fideiussore ei  
credendum fuisset, itaut illius conventio verè referri non pos-  
sit ad cautelam securitatis, quæ aliàs de debitore non habe-  
retur; Et tertio quia exhibebantur plures literæ missivæ cre-  
ditoris, ex quibus iste obtendens se consciuum mortis fidei-  
jussoris, agebat de rebus concernentibus continuationem con-  
tractus, nullo insinuato motivo renouationis fideiussoris;  
Ideo enim in casu talis non implementi non est locus lucro,  
quia sic potest creditor, cui non impletum est habere socie-  
tatem pro dissoluta, quæ possibilis, seu præsumpta voluntas  
cessat ex contraria voluntate à fortioribus etiam præsum-  
ptionibus elicitis.

Et in alia consimili controversia habita in eodem Tribu-  
nali pro Quadratis, cum questio esset super intellectu  
quorundam verborum, quod scilicet promissum erat præ-  
stari novum fideiussorem, non solum in casu mortis illius,  
qui præstitus erat, sed etiam in omnibus alijs casibus, &c.  
unde propterea creditor prætendebat impedire lucrum ob  
casum cuiusdam inquisitionis & fage dicti fideiussoris  
comprehensum sub dicta generalitate. Dicebam etiam  
cum sensu veritatis, huiusmodi conventionem ita genera-  
lem ac vagam omnino rejiciendam esse, ac habendam pro  
non scripta, tanquam evidenter captiosam, & fraudolen-  
tam, cum ita cuiusque levis casus sub huiusmodi genera-  
litate comprehensus prætendi posset, atque semper lucrum  
impediri, unde dicta verba referenda potius erant ad intel-  
lectum, qui per causam Patronum tribuebatur, ut intelligenda  
venirent de casibus omnino similibus, & quodammodo  
per necesse voluit, ut essent illi talis mortis civilis, quæ eos-  
dem ac naturalis effectus operaretur, dictique intellectus  
possibilitatem sufficere dicebam, cum in dubio semper sit  
illa interpretatio; per quam tollatur periculum peccati,  
& animæ salutis consulatur, ut decis. 29. part. 2. divers. nu-  
mer. 9.

Et in alia Romana pro Mauritio de Altescùm Hiacyntio  
Parimbeno, in eodem Tribunali, objiciente creditore de  
non lucro non obstante morte eius, sub cuius vitæ periculo  
contractum fuerat, ex eodem defectu non implementi du-  
pliciter oppositi. Primum ob non ratificationem cuiusdam  
minoris à debitore promissam quamvis sequutam, ut pote  
carentem solemnitatibus statuariis, quasi quod paria es-  
sent, nullum & nihil; Et secundò ob non præstitum alium  
fideiussorem, quem promissum fuerat accessurum intra  
octo dies. Dicebam scribens pro debitore de lucro conten-  
dente, utramque exceptionem non subsistere. Non quidem  
primam, quia in conditionalibus spectatur nudum factum;  
ut propterea non diceretur promittentem contravenisse;  
Minutè secundam, quoniam alterius fideiussoris accessio  
promissa non fuerat per ipsum officialem, & in ipso instru-  
mento societatis, sed per ipsius officialis fideiussorem in  
alio instrumento recognitionis bonæ fidei, quod ob stare  
non debet lucro impediendo ex non implemento conven-  
torum in ipso contractu societatis, qui si rati dicitur cum ipso  
officiali, non autem cum eo, qui bonam fidem recognovit,  
ut punctualiter firmavit Rota in d. Romana Societatis officii  
15. Martii 1645. coram Dunozeo inter suas decis. 742. Et  
quamvis contrarium in illis etiam terminis dicitur apud  
Orthob. d. dec. 131. num. pen. & fin. nihilominus ibi id po-  
tius incidenter, & perfunctorie dicitur, ac potius attenden-  
da videntur firmata in alia decisione præcedenti, quoniam  
contractus substantiarum cum officiali; Et licet fideiussor sit  
ille, qui lucri commodum sentit, non autem officialis, at-  
tamen illud deducitur ex instrumento, quod cum ipso Officia-  
li sit, ideo ibi contenta debent solum attendi, cum in eo &  
non in altero recognitionis bonæ fidei esse diceretur contra-  
ctus societatis.

Quid autem in præmissis casibus sequutum esset, est in-  
certum, cum ferè omnes fuerint circa susceptæ Advocacionis  
initia, atque juxta Curie stylium Advocati causarum curam  
non habeant, neque de facili de earum exitu, ubi non agitur  
de gravioribus, memoriam retineant; Probabilius autem vi-  
detur, vel ita pro debitoris iudicatum esse, vel respectivè  
concordiam controversias terminasse, dum scriptum non fuit  
in Signatura, ad quam debitoribus succumbentes semper recur-  
rere solent, sperantes commissionem cum clausula translati-  
va executionis, qua denegata, ubi præsertim agitur de par-  
vis summis acquiescunt; Et quidem sufficit casum reddi pro-  
babiliter dubium, ut in eo contra creditorem sit responden-  
dum ob manifestam fraudem & captionem, quæ sub huiusmo-  
di cautelis inest.

#### ROMANA NULLITATIS SOCIETATIS OFFICII

#### PRO FRANCESCO SERANTONIO

#### CUM N.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus contra Serantio-  
nium, postea concordatus.

An dissoluta societate per mortem creditoris abs-  
que eo quod factus esset locus lucro, illa renou-  
vari possit cum uno ex duobus hæredibus; Et  
quatenus id fieri non possit pro rata spectante ad  
coharedem absentem, An sustineatur pro ra-  
ta spectante ad eum qui contraxit.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Casus controversia.
- 2 Fruus non debentur post dissolutam societatem.
- 3 Contracta societate nomine absentis ad eius perfectionem  
requiritur illius ratificatio expressa.
- 4 Unus ex pluribus hæredibus non potest exigere totum no-  
men debitoris, istumque liberare, & n. 6.
- 5 Nullitas societatis in parte insit in totum, ac utile per  
inutile vitatur.
- 6 De conclusione, de qua n. 4. & quando unus ex cohæredi-  
bus contrahat, vel distrahatur super toto.
- 7 De consideratione, ob quam exactio per unum hæredem  
subsistat.
- 8 Ubi cohæredes vivunt in communiione, tunc societas hæ-  
reditaria bene renouatur per unum hæredem.

DISC.

#### D I S C. IV.

Defuncto eo, qui Serantonio Notario A. C. pecunias de-  
derat ad societatem officii sub periculo vitæ ejusdem  
Notarii debitoris (ut consuetudo est cum istis ita contrahen-  
di,) ex duobus hæredibus institutis, quorum uterque hære-  
ditatem adierat, unus qui erat in Curia præfens, cohærede  
absente, dictam societatem sub ejusdem Notarii debitoris  
vitæ periculo renouavit, atque per plures annos fructus exe-  
git. Cum autem debitor ad fortis restitutionem pulsatus op-  
poneret de illius satisfactioe cum solutionibus post mortem  
creditoris factis sub nomine fructuum, qui absque dubio post  
dissolutionem societatem non debentur, cum in isto contractu  
non possint exigi fructus post cessatam societatem, quando  
cessat periculum, quod unice salvat huiusmodi fructus ab  
usura, Mantie, de tacit. lib. 6. tit. 2. n. 17. Zacch. hoc tract. n.  
377. Duard. eod. lib. 2. c. 6. §. 4. q. 2. n. 2. & seq. dec. 262. n. 14.  
par. 4. rec. tom. 2. Romana Societatis officii 2. Maii 1659. Mel-  
tio, & passim.

Periculum verò saltem pro medietae non aderat, quoniam  
cum creditum, pro quo nova societas contracta erat, pro medi-  
etate spectaret ad contrahentem, pro altera verò ad alterum  
absentem, Hinc dicebam scribens pro debitore, quod intra-  
bat dilemma, aut cohæres contraxit nomine utriusque, aut  
nomine proprio tantum; Primum casu requirebatur ratificatio  
expressa absentis ex firmatis per Bocace. hoc tract. nu. 212.  
Cyrac. contr. 252. n. 4. & 5. dec. 660. n. 3. par. 1. divers. &  
habetur in Romana Societatis officii pro Columna, hoc tit. disc.  
9. ubi quod actus taciti, vel præsumpti non sufficiunt. At-  
que hoc nomine communi dictam renouationem factam esse  
suadebant verba instrumenti.

In secundo autem casu, quod scilicet cohæres pro toto  
credito ejus solo nomine contraxisset, pariter pro medieta-  
te debitor periculum commodum poterat non sentire, quoniam  
credendum hæreditarium per cohæredem non nisi pro  
sua virili exigi potest, quoties agitur de rebus dividuis,  
quidquid sit in individuis ad tex. in l. 1. §. si pecunia, ff. de  
positi, & l. si stipulatus sum, §. si lancem, ff. de solut. & fir-  
mant Abb. conf. 39. lib. 5. in fine Carocc. de deposito, par. 1. rub.  
sunt ex hæredibus fol. 17. Grafs. de except. c. 25. n. 119. Et sic  
ubi casus periculi evenisset, potuisset cohæres absens pro ejus  
virili perere sortem tanquam debitum in eo statu, in quo de  
tempore mortis creditoris constitutum erat, Atque hinc in-  
ferebam ad nullitatem totius societatis, quoniam cum hæc  
sit individua, utile vitatur, ideoque nullitas in parte insit  
in totum, ex deductis per Duard. de societate, lib. 2. c. 6. §. 3. q.  
1. n. 12. & 13.

Scribentes pro creditoribus insistebant in deductis per  
Surd. conf. 359. num. 15. & seq. & per Rotam apud Duran.  
dec. 448. num. 19. quod scilicet unus ex hæredibus posset  
super toto contrahere. Sed hoc erat æquivocum clarum,  
quoniam quidquid sit de veritate propositionis firmatæ per  
Surd. loc. cit. cujus contrarium tenent idem Surd. conf. 415.  
n. 16. & seq. Theaur. dec. 4. n. 8. Argel. de acquir. possess. q.  
8. art. 9. n. 208. cum seq. Salgad. in labyr. par. 2. c. 4. nu. 147.  
Cavaler. dec. 246. n. 7. Id procedit in casu quo aliis cohære-  
dibus non comparentibus, ac hæreditatem non agnoscenti-  
bus, unus velit agnoscere totum, præstita cautione de re-  
stituendo viriles aliis postea venientibus, & quæ apud fo-  
renses vulgo dicitur cautela Surdi; Sed hoc nil commune  
habebat cum casu questionis, dum uterque hæres jam hære-  
ditatem agnoverat, ideoque in utrumque transferat univer-  
sum jus hæreditarium activum & passivum, sed in quem-  
libet pro sua virili ad tex. in l. pro hæreditariis, & l. adulta,  
C. de hæreditar. action. cum concord. latè congestis, dec. 413.  
par. 9. rec. & sic semper situm remanere dicebam, quod pro  
virili absentis, debitor in casu periculi non remanebat libe-  
ratus, & successivè cessabat lucrum, quo sublato non possunt  
deberi fructus.

Judex qui contra debitorem decrevit, non amplectendo  
motivum à scribentibus pro victore ut supra deductum tan-  
quam verè extra casum, se fundavit in eo, quod cum hære-  
ditas esset opulenta, atque cohæredi absentis, quatenus hu-  
jusmodi actum approbare noluisset, remanere consultum in  
alijs bonis, poterat cohæres præfens totum istud creditum  
exigere, ac successivè dictam novam societatem facere, in  
qua per actum occultum fingitur solutionem præcessisse, jux-  
ta naturam novationis, Ac etiam considerabat, quod ubi id  
non procederet, adhuc debitori in casu lucri remanebat con-  
sultum super alijs bonis pro virili contrahentis, quæ cohæ-  
res absens possidebat.

Card. de Luca, Lib. II.

Istud motivum in humano sensu aliquam probabilitatem  
habere videbatur, sed non videbatur legale, neque omnino  
tutum etiam de facto, quoniam dari poterat casus, quod in-  
termedio tempore durantis hujus novæ societatis, reliqua  
alia bona dissiparentur, Ac etiam dicebam punctum non esse  
in relevatione cohæredis absentis, sed in potestate alterius  
contrahentis, an scilicet ille potuerit novare pro toto, & ita  
per actum occultum solutionis sibi factæ debitorem in totum  
liberare à priori debito; Si enim non poterat, sequebatur  
novam societatem initam esse absque forte pro dicta virili,  
ac debitorem subjacere certo damno absque certitudine lu-  
cri. Eoque minus motivum intrare videbatur ob cessantem  
assistentiam facti, dum constabat utriusque hæredis nomine  
renouationem factam esse.

Credidi tamen, reflectendo ad veritatem, justam esse de-  
terminationem, quam ab initio prædixi, consulendo debi-  
tori, ut eo meliori quo posset modo, concordiam procuraret,  
ut sequutum fuit, non quidem ex præmissis, sed ex altero  
motivo per scribentes in contrarium non deducto, quod sci-  
licet isti cohæredes hæreditatem possidebant pro communi,  
promissuè illam administrantes in solidum respectu bono-  
rum existentium in locis, in quibus quilibet eorum respecti-  
ve reperiebatur; Quo postro resultabat, unum utriusque  
nomine potuisse integrum debitum exigere, vel novare,  
ex recepta juris propositione, quod inter socios, vel pro  
communi possidentes, unus dicitur habere mandatum ab altero  
etiam ad obligandum insolvidum, multò magis indubi-  
tante ad liberandum, ideòque debitor socialis solvens con-  
socio totum debitum, liberationem consequitur, potissimè  
ubi agitur de socio administratore, ex deductis apud Cels.  
dec. 2. n. 1. cum seq. ac habetur pluries in sua materia sub tit.  
de credito. Et fortius in præfenti, dum cohæres præfens fecer-  
at actum, quem alter absens impugnare non potuisset,  
sequendo scilicet iudicium defuncti, & continuando obser-  
vantiam contractus ab ipso initi. Nunquam enim etiam tu-  
tori, vel administratori imputari potest id, quod idem de-  
functus faciebat, ac urile reputabat, ideòque multo minus  
cohæres cohæredi, vel socio consocio, cum in effectu ista  
renouatio ex prudenti consilio infra esset, ne pecunia remane-  
at otiosa. Accedente præsertim observantia præferente  
cohæredis approbationem, ideòque licet succumbens, lau-  
davi determinationem.

#### ROMANA RENOUATIONIS

#### PRO JOANNE BAPTISTA THOMATO

#### CUM JULIO MAZZOLENO,

#### ET CONSORTIBUS.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus contra  
Thomatium, postea concordatus.

Fideiussor debitoris in societate officii, An possit  
in præjudicium principalis absentis, vel ignari  
renovare societatem, sive alteram ex integro  
contrahere, aut priorem dissolvere; Et quid  
ubi ipsemet fideiussor est etiam creditor, An id  
agere possit ad proprium commodum.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
- 2 Fideiussor potest renovare societatem, vel novam pro  
prima dissolvenda contrahere in damnum principalis  
debitoris.
- 3 Quando id sit prohibendum, declaratur.
- 4 Contractus dicitur spectare ad eum, ad quem ille qui ges-  
sit, declaravit pertinere.
- 5 An idem possit esse creditor, seu militarius societatis, &  
fideiussor debitoris.

#### D I S C. V.

Ad favorem Dominici Lencii de anno 1639. inita fuit  
societas officii scutorum 250. super quodam officio  
Curforatus, & bonam fidem recognovit Joannes Bagrista  
Thomatus, eique tanquam fideiussor accessit Ludovicus  
Mazzolenus, quem Thomatus juxta consuetam formulam  
indemnè relevare promissit. Cumque de anno 1645. per  
O 3 mor-

mortem Curforis dissoluta fuisset societas predicta, argue Lencius egisset pro restitutione sortis contra Mazzolenum fideiussorem, hic societatem predictam renovavit cum dicto Lencio, qui illinc ad aliquot menses declaravit prefaram societatem, tam primo loco contractam, quam dein de renovatam, ab initio ad ipsum Mazzolenum spectasse, utpote de ejus pecunia contractam, ipsumque Lencium non habuisse, nec habere nisi nudum nomen. Quibus per actis Thomas per plures annos continuavit eandem solutionem fructuum, quam usque ab initio contracte societatis statutis temporibus facere solebat, usquequo dicti Mazzoleni interim defuncti haeres sub ejusdem Lencii nomine dictum debitorem pulsavit coram A. C. disiecta societate ad sortem predictam restituendam, unde debitor pulsatus habita noticia mortis Curforis sequuta de anno 1645, per quam prima societas dissoluta erat, proindeque ejus vigore absque dubio fructus exigi non poterant, opponeret de imputatione in sortem fructuum a dicto tempore citra solutorum, & respondente actore de ejusdem societatis renouatione facta, replicabat reus id ipso ignato, & non consentiente fieri non potuisse, unde restricta ad hunc punctum dispositione.

Pro actore scribentes, quibus iudex adhaesit, se fundabant in auctoritate Rotae dec. 231. par. 2. divers. & dec. 60. post Zacch. de societ. ubi firmatur fideiussorem posse in damnum principalis pro ejus indemnitate, ac pro se liberando a molestiis creditoris cum urgentis ad restitutionem sortis, (ubi praesertim ad eam est obligatus tanquam principalis principaliter, & in solidum) renovare societatem officii, seu pro equivalenti summa prioris dissolvendae alteram contrahere. Atque supponebatur istam opinionem in Curia, praesertim vero in dicto Tribunali A. C. esse usu receptam, qualem praesupposui in *Fortiana pro Capitulo Cameracensis, de qua sub tit. de usuris, & interesse, ubi generaliter de articulo. An & quando fideiussor possit capere pecuniam ad interesse in damnum principalis debitoris, disc. 34.*

Scribens pro debitore, credebam, etiam cum aliquo sensu veritatis, non esse in casu dictae conclusionis, alioquin in suo casu vera, illam enim procedere dicebam, ubi fideiussor per creditorem urgetur, ita & taliter quod cogatur dictum novum actum facere ad impediendas molestias reales, vel personales, quas ipse alias passurus esset, cum tunc lex ei succurrere videatur de mandato praesumpto, quod ita in actu fideiubendi pro ejus relevatione a principali debitor habuisse videtur. Secus autem ubi ipse fideiussor solvit debitum principali creditori, ita ut ipse effectus sit principalis debitoris creditor. Tunc enim quia non agitur de impediendis molestiis ne inferantur, sed agitur de se reintegrando de proprio credito, talis facultas cessat, atque receptum est non posse fideiussorem accipere pecuniam sub usuris in damnum principalis absque istius specialis interpellatione ex deductis per Rotam dec. 324. num. 2. post Cenc. de Cens. & post Duard. eodem tract. & decif. 20. num. 12. cum seqq. post Zacch. de obligat. Camer. ac in aliis frequenter, cum cesset ratio, ob quam dictum mandatum praesumptum interat, & sic distinguendo habetur latus, & ex professo deductum in dicta *Fortiana, disc. 34.*

Et hunc dicebam casum nostrae controversiae, quoniam cum Lencius declarasset ab initio ejus nomen simulatè appositum esse, atque dictae societatis commodum, & in commodum ad dictum Mazzolenum spectasse. Hinc proinde a principio dicebatur proprius ac directus creditor, perinde ac si directè, & immediatè contraxisset, ille verò, qui nomen praestitit, nunquam intervenisset, ex deductis per Butart. dec. 733. Caval. dec. 221. & 243. dec. 153. par. 7. rec. & alias quotidie.

Est bene verum, quod ob illam pluralitatem personarum, quae in eodem subiecto diversis respectibus in iure frequenter habetur, praesertim sub tit. de cambiis, disc. 1. & seqq. considerabam ex iis quae habentur disc. seqq. & in *Camerinen. societatis offic. hoc eodem tit. disc. 8.* cessante incompatibilitate, nil prohibere, quin idem possit esse societatis utilitarius, & socii debitoris fideiussor, cum rectè societas ad effectum periculi, & similes possit esse substantia cum uno, quodque ejus utilitas, vel commodum spectet ad alterum, ita ut quemadmodum emptor ad effectum habendi actionem evictionis potest ex supervenienti dominio, vel credito evincere a seipso tanquam rei possessore, & diversa persona, ita possit tanquam utilitarius societatis molestare seipsum tanquam fideiussorem, atque ita im-

pediendo molestias, ne sequantur, facere idem, quod alias ut supra facere posset, si ageretur de tertio creditore, cum cessante fraude usurarum, vel alterius legalis prohibitionis, in iure prohibita non sit simulatio personarum, quae in iure non reputatur damnata, ut est alter simulationis veritatis actus, quia nil debitoris interest se esse unius, vel alterius debitorem, ex iis, quae pariter habentur pluries sub dicto tit. de cambiis, unde in casus occurrentia esset cogitandum.

ROMANA SOLIDATIONIS  
COMPUTORUM  
PRO RUFFINO PLEBANO  
CUM ASCENSIANA BRUNORA.

Discursus pro veritate.

An unus & idem possit esse debitor & creditor societatis officii, & quando id sit compatibile. Inita societate inter officialem & duos creditores in solidum pecuniae datores, An per mortem unius ex istis societas dissolvatur. Quando dicatur valida societas inita cum absente, de cujus ratificatione tacite appareat per examinationem fructuum.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Societatis substantia potest esse penes unum, quantumvis utilitas esset penes alterum.
- 3 Societas officii vacat per mortem cedentis, non cessionarii.
- 4 An unus, & idem possit esse in societate debitor & creditor, & de pluribus similibus.
- 5 Quando clarus admittatur concursus plurimum personarum incompatibilium in uno subiecto.
- 6 Societas licet per mortem unius dissolvatur quoad omnes cessat ex contraria voluntate etiam praesumptiva.
- 7 De alio casu, in quo societas per mortem unius ex sociis non dissolvitur.
- 8 De societate vestigialium non dissolvenda per mortem unius, & de ratione.
- 9 De materia text. in l. scriptura, super scripturis privatis in uno testis non notatis.
- 10 Solutio fructuum est probatio sufficiens ratificationis.
- 11 Quando ratificatio praesumpta non sufficit, sed requiritur expressa.

D I S C. VI.

Inita societate super duobus officiis Norariatus inter Felicem, Ruffinum, & Bartholomaeum, inter alia conventum fuit, quod ille, in cujus persona officium residere contingat, ejusque exercitium, & administrationem haberet, posset pecunias pro illius pretio necessarias ad societatem officii sumere, cum obligatione aliorum accedendi, tam primis societariis, quam aliis, quas pro istis extrinsecis contrahere contingeret, quodque ex officii utilibus, prius detrahenda essent interusura dd. societatum, etiam si ageret de pecunia ab uno ex ipsis sociis implicata, residuum verò dividi deberet. Quare Bartholomaeus de mense Decembris 1633. pro summa scutorum 7450. societatem inuit cum Romualdo, qui de mense Augusti 1636. illam de consensu Bartholomaei cessit Andreae acquirenti pro persona nominanda, & eadem die per apocham nominavit Prantillam Bartholomaei matrem, sed hac nominatione non obstante, de mense Septembris 1640. ab eodem Andrea dicta societas renovata fuit, dictaeque renouationi accesserunt Felix & Ruffinus. Obiit Prantilla de mense Martii 1643. superstitis Bartholomaeo filio & haerede beneficiato, sed solutio fructuum ab initio usque ad mense Augusti 1645. in quo societas disiecta fuit, continuavit sub nomine Andreae, sub quo renovata fuit de mense Octobris sequentis usque ad mensem Septembris 1648. mortem denuò disiecta fuit absque ulteriori renouatione. Ruffinus verò alterius officii possessor unam inuit societatem cum Afcanio, & Prospero fratribus de Costagutis in solidum, & duas alias cum

cum Valente, & Scotto, declarantibus eas spectare ad Fabium ipsius Ruffini fratrem.

Cum autem inter praedictos Ruffinum, & Bartholomaeum plures essent habitae controversiae, tam judiciales, quam extrajudiciales super redditione rationum hinc inde, ac demum inter Ruffinum, & Ascensianam Bartholomaei defuncti haeredem conventum esset de illis coram Arbitro benevolè terminandis. Quamvis ex parte Ruffini Ego tanquam Advocatus ad ejus iura ruenda essem assumptus. Attamen ad dictas controversias facilius terminandas, ipso etiam laudante, volui tanquam tertius inquirere veritatem, quod summopere profuit ad quietem exinde cum concordia sequutam.

Plures igitur erant controversiarum puncti, quorum major pars consistebat in nudo facto, de quo ad Advocatos inquirere non pertinet. Quo verò ad ea quae juris sunt, de tribus erat questio. Primò scilicet, an societas contracta per Bartholomaeum cum Andrea ad commodum Prantillae ut supra, durasse diceretur post obitum dictae Prantillae sequutam de anno 1643. ita ut a dicto tempore citra Bartholomaeo bonificari non deberent dictae societatis fructus, ut Ruffinus praetendebat.

Secundò è conversò. An Ruffino essent bonificandi fructus soluti post mortem unius ex dictis fratribus de Costagutis sequutam de anno 1638. praetendente haerede Bartholomaei, ex tunc dictam societatem fuisse dissolutam. Et tertio an pariter eidem Ruffino bonificandi essent fructus societatum initarum cum Valente, & Scotto absentibus, de quorum ratificatione solum constabat per quamdam apocham privatam de entidata suspectam.

Circa primum punctum, tres intrabant inspectiones. Una scilicet, an societas dissoluta esset per mortem Prantillae, stante supervivencia Andreae. Altera, posteo quod non esset dissoluta, num cessasse diceretur ratione incompatibilitatis, stante quod idem Bartholomaeus, qui erat officialis, & socius passivus, ob superventum titulum haereditarium Prantillae creditricis effectus erat creditor, & socius activus. Et tertia, num substineretur ultima renouatio sub ejusdem Andreae nomine facta de mense Octobris 1645. stante quod pecunia spectabatur ad ipsum Bartholomaeum tanquam Prantillae haeredem.

Super prima dicebam sentire difficultatem contra Ruffinum proprium clientem, quoniam societas substantiata erat inter Andreae, & Bartholomaeum, ideòque unius istorum mors ad effectum dissolutionis attendenda erat, non obstante, quod Andreas socius activus declarasset societatis commodum spectare ad Prantillam, quoniam ita non dicitur immutata, seu translata substantia societatis, quae rectè potest esse penes unum, ejus verò commodum ac utilitas penes alterum, eo modo, quo sub tit. de Regalibus ad materiam officiorum, sepius habetur circa officia vacabilia, & sub tit. de feudis habetur de istis, ut officii, vel feudi substantia ad effectum vacationis ac alias residere possit in una persona, ejus verò commoda, & utilitates penes alteram. Quod etiam in iure habemus in materia ususfructus, cujus jus penes unum resideat, ejus verò commoditas tanquam nudum factum sit penes alterum. Ac frequentius in materia pensionum ecclesiasticarum.

Ideoque receptum est, societatem officii vacare, vel dissolvi per mortem cedentis, seu ejus, sub cujus nomine inita est, non autem per illam cessionarii, seu utilitarii, ut fuisse declaratum per Rotam habetur post conf. 15. Farin. numer. 90. & 91. Seraph. decif. 1210. numer. 1. decif. 367. part. 4. recent. tom. 2. Zacch. de societ. num. 270. atque hoc iure passim vivitur, accedente praesertim subsequente observantia.

Ex hoc autem principio, resultabat etiam decisio contra Ruffinum super altera praetensione: incompatibilitatis deductae ex eo, quod Bartholomaeus officialis tanquam debitor, & socius passivus effectus esset creditor, ac dominus commodi societatis activae, stante dicta distinctione substantiae societatis penes unum, & commodi penes alterum. Ad quod probandum ponderabam terminos pensionis ecclesiasticae, quam titularis super proprio beneficio habere non potest, quia res sua nemini servit, & tamen substantia pensionis residente penes alterum, ipse non prohibetur tanquam tertius ac diversa persona ab illa titularis acquirere ejusdem pensionis commoditatem juxta casum, de quo praesertim Rota in Albanen. pensionis 4. Decembris 1658. Priolo. & de qua causa habetur actum in sua materia sub tit. de pensionibus, atque ita passim servatur. Pro ut nemo potest esse dominus, & feudatarius, seu emphy-

Card. de Luca, Lib. V.

teuta, & nihilominus non prohibetur dominus feudi, vel emphyteus commoditatem acquirere utpote quid diversum, ut per Surd. decif. 102. num. 14. Hodiern. ad eundem, decif. 160. numer. 3. & alios. Ac etiam nemo potest eodem tempore esse haeres gravatus, & fideicommissarius, & tamen istenon prohibetur durante jure gravi ejus commoditatem acquirere, cujus nomine bona possidere dicatur ex deductis per Salgad. in labyrinth. lib. 2. cap. 15. ubi latè concordantes, & habetur in Auximana dorum sub tit. de fideicommissis, vel sub altero de dote, cum similibus.

Clarius verò praemissa procedunt, ubi admixtum est interesse tertii, tunc enim absolutum est in iure duas diversas personas in uno eodemque subiecto diversis respectibus dari posse, ita ut idem dicatur debitor & creditor, mandans & mandatarius, emptor & venditor cum similibus, ut decif. 136. part. 3. recent. 273. num. 7. & 8. part. 4. tom. 2. 174. post Zacch. de oblig. & sepius praesertim sub tit. de credito & sub altero de cambiis.

Dupliciter autem in praesenti personarum diversitas cum 5 mixtura tertii de plano compatibile erat, Primò quia tractabatur de negotio sociali inter plures, in quo non prohibetur unus ex sociis ex propria persona ac proprio & privato nomine contrahere cum negotio sociali, ac esse creditor etiam sui ipsius tanquam unius ex sociis. Et secundò quia jus activum non concurrebat in Bartholomaeo ex propria persona, sed tanquam ex illa haereditis, qui ob beneficium separationis resultans ex inventario juxta jus novissimum in l. fin. C. de jure debitor. reputatur potius haereditatis administrator, ac persona omnino diversa a propria non prohibita habere jus activum, vel passivum cum eadem haereditate, igitur non aderat implicancia, vel incompatibilitas.

Atque ex eisdem rationibus decidendam credebam contra eundem Ruffinum tertiam praetensionem super ultima renouatione facta de anno 1645. Tum quia pecunia domini non spectabatur ad Bartholomaeum officialem nomine proprio, sed haereditario ut supra. Tum etiam quia ubi spectasset ad ipsum nomine proprio, adhuc non prohibebatur cum societate contrahere, non obstante simulatione personae, cum haec in iure non dicatur prohibita, quoties nulla intercedit fraus, atque alterius contrahentis nihil interest unam, vel alteram personam exprimi. Ideòque totum controversiae punctum quoad istam praesertim ultimam renouationem consistere dicebam in facto. An scilicet de eo tempore Bartholomaeus ex officii emolumentis haberet necesse in manibus pecunias sociales, ita ut nulla subesse necessitas novam societatem contrahendi, cum tunc in mala fide versatus diceretur, atque ad istam convincendam satis considerabilis esset persona simulatio.

È conversò super secundo puncto, pro Ruffino contra 6 praetensiones Bartholomaei respondendum credebam. Licet enim regulariter per mortem unius societas dissolvatur in totum etiam quoad superstities, ex deductis per Gratian. disc. 852. n. 2. Mantica. de tacit. lib. 6. tit. 24. n. 18. cum seqq. Attamen hujusmodi regula cessat, ubi in contrarium fuit partium voluntas, quae etiam per praesumptiones & adminicula justificari potest ex deductis per eisdem Gratian. & Mantica. ubi supra, & non semel in materia actuum inter vivos sub tit. de contrahibus in genere, ac sub altero de credito. Talemque fuisse intensionem partium, ultra plures circumstantias facti, probari ponderabam ex subsequente observantia, quae voluntatem & conventionem probat, ut in his terminis societatis officii in Romana societatis officii 26. Junii 1652. & 22. Junii 1654. coram Calto inter suas dec. 156. & 190. in causa, de qua supra, disc. 2.

Praeterea dicta regula de societate dissolvenda in totum 7 per mortem unius ex sociis, etiam respectu superstitum, procedit in ea societate, quae inter plures inita, omnibus est equalis & aequè principalis, ita ut omnes tanquam diversa membra pariformiter concurrant ad efformandum unum & idem corpus sociale, per unius membri deficientiam dissolvendum. Secus autem ubi agitur de societate, quae per duas tantum personas, ut in praesenti constituitur, inter officialem scilicet, & pecuniae datorem, quia si haec secunda persona formalis constituitur per plures materiales, atque omnes pro una habentur, ita ut deficientia unius personae materialis non dissolvat societatem contractam per eos in insolidum cum tertio. Ubi enim plures activè, vel passive alicuius actum insolidum agunt, quilibet ex eis personam integram debitoris, vel respectivè ereditoris representat. Adinstar eorum, quae habemus de societate contracta cum corpore colectivo, puta cum Capitulo, Collegio, Congregatione, Communitate &c. quia si moriantur unus,

vel plures ex Canonicis, vel civibus, aut personis illud corpus constituentibus, non per hoc illud cessat, quod aliis defectis, vel legitime impeditis etiam in uno est representabile ut sub tit. de Canonici, & Capitulis. Et de societate contracta cum corpore colectivo, Paris, cons. 82, num. 32, lib. 1. Felic. de societ. cap. 32, num. 15.

8 Et habemus quotidianam in appalibus vectigalium, in quibus Princeps, vel Respublica gerit unam personam locatoris, vel socii, plures vero appalium, seu vectigalis administrationem suscipientes gerunt alteram conductoris, vel confocii, quoniam licet isti inter se dicantur socii illius negotii in appalium, vel administrationem, seu societatem suscepti, nihilominus quoad Principem, vel Rempublicam dicitur societas collegiativa, ex non semel deductis in sua materia gabellatum & vectigalium sub tit. de Regalibus, & consequenter unam personam tantum formalem representant, non cessantem ex cessatione alicujus personae materialis. Ideoque receptum est societatem appalium & vectigalium per mortem unius ex sociis non dissolvi, ex deductis in dicta materia, & per Michalor, de fratribus, part. 2, cap. 49, num. 27, & seqq.

Et nihilominus cum Ruffinus doceret se de facto solviffe alteri creditori superflui fructus. Dicebam saltem dictas rationes sufficere ad inducendam in eo justam credulitatem durationis societatis, itaut propterea de culpa in sua administratione convinci non valeat, atque solutiones factae in causam fructuum sibi deberent bonificari.

9 Demum circa societates initas cum Scotto & Valente, de istorum ratificatione expressa constabat per epocham, unde propterea ex solo facto cessabat questio. Non obstante praesentia possibili antedicta, quoniam cum ista continerent delictum falsitatis, in dubio non est praesumenda. Suspicio enim, quae in hujusmodi scripturis privatis trino testem non notari inducitur per text. in l. scriptura, C. qui dantur. in pign. habeantur, procedit, ubi talis scriptura deducitur in concursu creditoris, vel alterius habentis publicum instrumentum, ac ad effectum anterioritatis, itaut tota vis sit in tempore, de quo principaliter disputatur, & ubi scriptura est ipsius debitoris, de quo probabiliter suspicari potest quod indigens pecuniis, pro eis habendis ita curet fraudare creditores, quibus premitur. Secus autem in aliis materiis indifferenteribus, ut non semel habetur sub tit. de credito, & clare probat lectura ipsius textus, qui duas in proposito constituit partes, ut latius advertitur in Romana donationis de Celsis sub tit. de feud. disc. 94, ubi de materia dicti text. in l. scripturas. Maxime quia scriptura non est debitoris, vel alterius interessari, sed duorum tertiorum probata fidei, nullum proprium interesse habentium nam licet societates sub eorum nominibus cantarent, nihilominus illarum commodum pertinebat ad Fabium, unde propterea ita cessabat omnis difficultas.

10 Accedente quoque continuata solutione fructuum, quae ubi sola, & de per se non sufficeret, satis tamen attendenda venit pro adminiculo veritatis dictae scripturae, ex regula, quod nemo praesumatur iactare suum, ideoque solutiones regulariter praesumuntur factae ex causa debita, ut in Romana pecuniaria 18. Junii 1646, & 7. Junii 1647, coram Corrado, quarum secunda est dec. 74, par. 10, rec. utrobique in fine, & pluries habetur praesertim sub tit. de cambis & sub altero de usuris.

Praeterea ubi etiam sola continuata exactio fructuum adesse, illa ad effectum hujusmodi ratificationis sufficere videtur juxta dec. 300. Millini, cum qua pertransit Zacch. hoc tr. n. 397, ac pertransire videtur Curia in praxi. Multo magis ubi concurrat etiam scriptura, ut quoque concurrerat in d. dec. Millini. Neque huic rationi ratificationis ex fructuum exactione resultanti, adveniantur ea, quae de exclusionis consensus taciti, & praesumpti ratione subjectae materiae habentur in Romana pro Caesare Columna infra, disc. 9, quoniam difficultas haec intrat, ubi agitur de mutatione periculi vitae, sed de nominatione personae, vel ad alios similes effectus, in quibus adesse possit fraus ex parte creditoris ita effugere volentis periculum, ut insinuat in eadem dec. Millini n. 6, & deducitur in d. alio disc. 9, quae ratio in praesenti non intrabat.

ROMANA NOMINATIONIS PRO PETRO FRANGIO CUM N.

Casus disputatus coram A. C. incertus est exitus.

An cessionarius societatis officii mutare possit personam, sub cuius vitae periculo illa currere debeat, ac exercere talem nominandi, seu mutandi facultatem socio cedenti attributam, Et de materia dissolutionis societatis, quando illa sequi dicatur per mortem cedentis, vel per mortem cessionarii.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus controversa.
2 Societas solvitur per mortem cedentis non cessionarii.
3 Cessionarius dicitur procurator cedentis in rem propriam, & facere potest omnia quae per procuratorem geri possunt.
4 An ad mutationem periculi vitae requiratur mandatum speciale.
5 An societas possit cedi socio invito.
6 Casus in quo attendatur persona cessionarii, sed rejicitur.
7 In feudis non attenditur simulatio.

D I S C. VII.

Inita societate inter Frangii autorem, & officialem, pro quo N. colligens bonam fidem recognoverat, cum facultate creditoris attributa nominandi; seu immutandi aliam personam, sub cuius vitae periculo societas curare deberet. Cum creditor praedictus hanc societatem cessionis Frangio, hic adimpleta formula praescripta per Reformationem Pauli V. personam mutavit. Sequuta vero deinde morte dicti primi creditoris cedentis, praesertim accepit debitor locum factum esse lucro, ex recepta propositione, quod societas dissolvi dicitur, & de consequentia lucrum fieri per mortem cedentis, non autem cessionarii, cum in illo substantiata remaneat, ac durat societas, cuius solum commodum transire dicitur in cessionarium, ut decisum fuit per Rotam de annis 1563, & 1564, apud Fatim. cons. 15, nu. 90, & 91. Zacch. hoc tr. num. 270. Boccacc. eod. num. 181, dec. 367, part. 4, rec. tom. 2, ac ita passim recipit usus.

Non impugnando scribens in contrarium propositionem praedictam, Dicebam quod sicuti ipse cedens, in quo societas est substantiata dictam sibi attributam facultatem immutandi periculum vitae, poterat exercere per procuratorem, ita ejusdem cedentis nomine id facere potuit cessionarius tanquam illius procurator in rem & utilitatem propriam, qualis in omnibus dicitur cessionarius habilis ad exercendum omnia, quae exerceri possunt per cedentem, exceptis iis, quae sunt mere personalia, & alteri demandari non possunt ad text. in l. emptor, Cod. de hered. vel action. vendit. ubi omnes, de quibus Surd. cons. 22, numer. 16. Cappyc. Latr. decif. 16, numer. 4. Rota decif. 30, num. 4, & 106, numer. 3, part. 5, recent. plenè Olea de cessione, tit. 1, quest. 2, numer. 37, cum sequent. Quicquid enim sit, an ad hujusmodi actum sufficiat mandatum generale cum libera &c. ut voluit Felic. de societate, cap. 35, numer. 22, & Zacch. eodem num. 435. Vel requiratur speciale, ut incidenter ac sine autoritate dicit Ridolph. in ejus praxi, adhuc in cessionario dicitur adesse mandatum speciale ex deductis per Oleam ubi supra.

Hinc propterea dicebam non intrare questionem per alios hinc inde scribentes excitatam, an societas possit alteri cedi invito socio, de qua late idem Olea, tit. 3, quest. 5, quoniam hujusmodi questio intrat ad effectum inspiciendi, an cessionarius per cessionem fiat socius, itaut societas substantiaretur in ejus persona, quae ad effectum dissolutionis, vel lucri arrendi debeat negne, ad quem effectum requiritur formalis novatio juxta terminos text. in l. 4, ff. de novationibus ex deductis per Oleam ubi supra. In praesenti autem, firma remanente substantia societatis in cedente, punctus erat. An cessionarius exercere potuerit illam facultatem.

facultatem; quam dicti cedentis simplex mandatarius, & procurator ad exercitium deducere potuisset, cum nulla urgere videretur ratio prohibitiva, ut id quod fieri potest per procuratorem voluntarium, fieri non possit per cessionarium, qui mandatum magis efficax habere dicitur, atque ita credo fuisse iudicatum.

4 In eisdem terminis dissolutionis societatis per mortem cedentis, vel cessionarii, in eodem Tribunali A. C. disputavi in una Romana pro Com. Marefcotto. Cum enim hic requisitus esset ad dandas pecunias ad societatem officii cui-dam officiali ad aliud munus postea translato, congruum autem reputaret non contrahere per se ipsum, supposuit personam cuiusdam ejus famuli, seu confidentiarii, ad cuius favorem societas inita fuit, qui immediate recognoscendo bonam fidem, declaravit se nudum habere nomen, totumque commodum, & incommodum esse dicti Comitibus. Cum autem post sequuram dicti fiduciarii mortem, absque eo quod aliquid motivaretur, plures anni decurrissent. Hinc orta est controversia super fructibus à praedicta mortis tempore citra decursis. An scilicet non soluti deberentur, vel soluti tanquam indebiti essent in sortem imputandi. Et debitor, pro quo iudex pronuntiavit, fundabat ejus intentionem in regula, de qua supra, quod societas dissolvi dicitur per mortem cedentis, non autem cessionarii, ex eisdem decisionibus, & autoritatibus allegatis.

5 Ego vero scribens pro creditore, dicebam non esse in casu cedentis, & cessionarii, cum verè ab initio Comes praedictus fuerit creditor, atque contractus initus de ejus pecunia sub simulato nomine alterius, ad text. in l. quamvis, & l. multum interest, Cod. si quis alteri, vel sibi, cum concord. per Buratt. decif. 733. & in his terminis postea simulationis probatione, admitti videretur decif. 367, part. 4, recent. tom. 2. Potissime quia dabatur multa adminicula, quod debitor esset dictae simulationis conficius. Verum reflectendo ad veritatem, credebam, ut patri ab initio insinuavi, hoc fundamentum esse parum tutum, unde propterea iusta visa est determinatio, quoniam postea etiam, ut debitor sciter societatem contrahi de pecunia alterius, & ad ejus commodum, hoc tamen non tollit ipsum factum, quod eo ita volente societas substantiata in aeterna persona sederet, ex eis, quae habemus in simili ponderata etiam per Rotam dicta decif. 367, de officio, vel locis montium vacabilibus, quae per aliquem de propria pecunia cum reservatione liberae dispositionis emuntur in faciem, & sub nomine alterius, quoniam Principi, vel alteri venditori bene id innotescit, sed hoc non tollit, quin substantia officii, tam ad effectum vacationis quam alios in altera persona sederet, quamvis commoditas ac omnimoda dispositio esset alterius, qui conquiri non potest, dum poterat actum agere directè cum seipso, & tamen ita voluit.

7 Ideoque ad instar eorum, quae habentur in feudis, cum quorum regulis hujusmodi jura rectè metienda veniunt, intrate non videtur Rubrica, & titulus, plus valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur ex deductis per Marin. resolut. 38, lib. 2, & Rotam in Rossanen. decimarum coram Bichio impress. apud eundem & repetit. decif. 100, part. 9, recent. & saepius in sua materia sub tit. de feud.

CAMERINEN. SOCIETATIS OFFICII PRO JOANNE ET ANTONIO MARIA DE BROILIS CUM ANSALDO CASTELLANO, ET JOSEPHO CERESIA.

Casus disputatus coram A. C. & puto resolutus pro Broillis.

An societas officii contrahi possit per eum qui non est officii titularis, sed fructuum emolumentorum reservatarius; Et quid è converso, an contrahi possit per Titularem, ubi alter est fructuum & emolumentorum reservatarius.

Et an idem reservatarius qui societatem contraxit, praestando nudum nomen in gratiam alterius qui pecuniam recepit, ac bonam fidem recognovit, possit ex cessione creditoris officii creditore, ita ut ad ejus commodum continuet, & duret societas.

itor, ita ut ad ejus commodum continuet, & duret societas.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 An societas officii contrahi possit per eum qui est officii reservatarius.
3 Et an per Titularem, ubi adest reservatarius.
4 An officialis possit officii creditor societatis in praesudicium recognoscens bonam fidem.

D I S C. VIII.

Atinus Broillus emit officium Notariatus causatum civilium Terrae Nontecchii sub nomine ac in faciem Joannis ejus filii, cum reservatione decreti super libera, & omnimoda dispositione, tam fructuum quam pretii ejusdem officii in forma, unde propterea juxta consuetam observantiam, quamvis officium sub nomine dicti Joannis cantaret. Attamen ipse Latinus officialis personam, & partes, tam in preceptione emolumentorum, quam in omnibus gerebat, atque ipse quamdam societatem super dicto officio inivit cum Pompeo Virgilio sub accessione Ansaldo Castellani, & Josephi Ceresiae, qui verè dictas pecunias recipientes bonam fidem recognoscendo se obligarunt in forma relevare indemnem dictum Latinum, in eorum gratiam nomen & officium praestantem. Deinde verò idem Latinus persoluta aequivalenti summa, praedictae societatis cessionem à Pompeo reportavit. Cumque dicti debitores per plures annos fructus persolvissent, pulsati per dicti Latini filios, & haeredes ad restitutionem sortis, excipiebant de indebita solutione fructuum in sortem imputandorum, vel ab initio ob nullam existentem societatem, quam dicebant iniri non potuisse per Latinum, qui non erat officialis, dum officium residebat in persona Joannis. Vel ubi iniri potuisset, saltem ex tempore quo idem Latinus effectus est creditor, ob incompatibilitatem concursus actionis, & passionis in eodem subiecto, itaut unus & idem esset socius sui ipsius, dum receptissimum est societatem contrahi, & substantiari inter creditorem dantem pecunias, & officialem, quamvis hic, sciente etiam creditore, praestaret nudum nomen, quia pecunia aliis daretur bonam fidem recognoscens.

Requisitus proinde ad scribendum ex parte creditorum, quatenus pertinere ad primum punctum. An scilicet societas contrahi potuerit per eum, qui esset officii reservatarius tantum, non autem titularis. Ponderabam quod licet antiquitus ista questio disputata fuisset, nihilominus Rota in Romana Societatis officii coram Penia inter suas decif. 421, juxta Lugdunen. alias 326, juxta Venetam repetitam etiam post Zacch. de Societ. decif. 32, affirmativam credidi veriorum, ex ea ratione, quod societas contrahi non dicitur super ipsa substantia officii in sorte principali, sed super ejus fructibus, & emolumentis, ideoque congruentius contrahitur per eum, qui est dictorum fructuum, & emolumentorum dominus, & cum dicta decisione pertransissent Zacch. hoc tractat. num. 27, cum seq. Duard. eodem lib. 2, cap. 6, §. 1, q. 4, ubi eandem decisionem registrat.

Hinc difficultas potius esse videtur in casu converso, ubi scilicet societas contrahitur per titularem illius officii, cuius alter esset reservatarius, quoniam licet ejusdem officii substantia in eo resideat. Attamen cum non habeat dominium, & dispositionem fructuum & emolumentorum ad alterum pertinentium, deficere videtur societatis subiectum. Et propterea quamvis Rota in Romana Societatis coram Gypso relata per Duard. ubi supra, quest. 5, & impress. post Zacch. hoc tract. decif. 31, pro validitate sententiae, Attamen Zacch. num. 46, Duard. dict. quest. 5, contrarium sentiunt, dictaque decisioni respondere conantur. Sed quicquid sit de unius, vel alterius opinionis veritate, quam adhuc occasio non praebet examinandi, primus casus cadens sub controversia videbatur remanere planus.

Quo verò ad alterum punctum, neque mihi, neque a scribenti in contrarium concessum fuit videre auctoritatem in terminis, unde illum discurrendo per rationes, vel similia, ut faciendum est, quando non habemus auctoritates speciales bene fundatas, cum in his verè & proprie consistat scientia, ac dignoscatur Doctor bene fundatus, Quando Latinus officii reservatarius esset verè debitor, quia ipse pecuniam habuisset, atque societatis fructus solvere debuisset, tunc incompatibilitas esset clara, dum absque mixtura juris tertii idem esset debitor, & creditor, ac



focius activus, & passivus, seu socius sui ipsius. Ubi vero adest mixtura juris tertii, quia contractus commodum, & incommodum pertinet ad illos, qui pecuniam receperunt, & ac bonam fidem recognoverunt, dum ut sapius in precedentibus habetur, in huiusmodi societatis cessionarium non transit illius substantia, sed solum commodum, quod tollentis nil interest esse unius, vel alterius, dum non alteratur periculum, ex quo debitor lucrum sperat. Et tunc nil videtur repugnare, ut idem officialis dictum commodum obtineat, maxime ubi provenit ex intervallo, nullaque adest fraus, ex his quae in terminis similibus commoditatis pensionis Ecclesiasticae comparabilis in ipomet beneficiario, & titulari, seu commoditatis feudi, & emphyteusis in ipomet Domino directo ponderata sunt in Romana solidationis computorum hoc eodem tit. disc. 6. Et juxta praemissa credo fuisse resolutum, moderando scilicet inhibitionem per debitores obtentam a mandato executivo contra eos relaxato per iudicem primae instantiae de partibus. Neque occasio praebuit hucusque punctum praedictum alias disputare, ut ita maturius veritas indagari poterit.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII PRO CAESARE COLUMNNA CUM CARDINALI MANCINO TUNC PRAELATO.

Casus decisus per Rotam pro Columnna.

De fructibus non debendis post dissolutionem societatis facta per solum officialem absente creditore, An valeat, & an sufficiat ratificatio tacita & coniecturalis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series. 2 Fructus non debentur post dissolutionem societatis non obstante pacto. 3 Ad perfectionem, & validitatem societatis inita, vel renovata cum absente requiritur ratificatio expressa, & non sufficit tacita.

D I S C. IX.

Cæsar Columnna Notarius Tribunalis A. C. super dicto eius officio, sub propria vitæ periculo, de anno 1641. societatem in illi fecit, 1000. ad favorem Octavii Spadae, qui de anno 1643. illam cessit Jacobo Gamba post sex menses illam didicentem, sed de anno 1648. idem Cæsar eam renovavit ad favorem dicti Gamba absentis in munere Auditoris Avenionensis, qui de anno 1652. societatem praedictam cessit Cardinali Mancino tunc Praelato, sub narrativa, quod illa inita esset de anno 1641. ad favorem Spadae, dictaeque cessionis instrumentum stipulatum fuit praesente ipomet Cæsare. Cumque de anno 1654. sequuta fuerit mors dicti Spadae, Cardinali praedicto pulsante Cæsarem ad solutionem fructuum, excipiebat iste ad illos non teneri stante societatis dissolutione per didictam usque ab anno 1643. non curata renovatione utpotè facta cum absente nunquam ratificante. Hinc proinde introducta causa coram A. C. sententia absolutoria debitoris prodiit, & commissa per appellationem causa in Rota coram Melcio, sub die 2. Maii 1659. pro eodem debitore quoque prodiit resolutio, non deberi scilicet fructus post finitam societatem, quamvis pactum expressum adest, quod etiam societate didictæ currere deberent fructus, quoniam cessante periculo illi citra usurarium labem deberi non possunt, neque in hoc partium conventio quicquam operari potest juxta verum Accoramboni relatum per Farinacc. conf. 15. sub num. 84. Ciriac. contrrov. 252. num. 42. cum aliis in decisione desuper edita.

Quo vero ad punctum renovationis, ad quem tota disputatio restringebatur. Ego scribens pro debitore, principale fundamentum tam coram A. C. quam in Rota constituiebam in eo, quod illa facta esset ad favorem absentis, de cuius certa, & expressa ratificatione non constabat, ut requiritur, non suffragante tacita, vel praesumpta deducta ab

exactione fructuum, vel aliis adminiculis, firmant Zacch. hoc tract. num. 395. & seqq. Bocacc. eodem num. 121. Cyriac. contrrov. 252. numer. 4. & Rota decis. 660. num. 3. part. 1. divers. Ex ea clara ratione, quod cum agatur de materia differenti subiecta periculo vacationis, quod unice salvat contractum, consensus debet esse expressus ad tollendam claudicationem ac fraudem, in qua creditor versari posset, ita sub hac incertitudine effugiendo periculum, ac sine eo exigendo fructus ad rigorosam rationem 12. procentario. Potissimè quoniam actus exactionis fructuum remanebat æquivocus, utpotè referibilis etiam ad primam societatem quamvis didictam stante pacto cunctus fructuum usque ad restitutionem sortis.

Clarius vero pro excludenda ratificatione praedictae considerabam formam cessionis conceptae de prima societate inita cum Spada, ex hoc enim deducebam inevitabile dilemma, quod aut Gamba absens illam scivit, aut ignoravit. Si ignoravit, praetendi non potest ratificatio, cum consensus, & voluntas non trahantur ad ignorata. Et si scivit, clara reserabat probatio, quod noluit approbare, dum non istam, sed aliam praecedentem cesserat.

Rota super puncto consensus expressi juxta dictas auctoritates nihil firmare voluit, sed relato tantum incidenter motivo, principale fundamentum constituit in eo, quod Ego etiam deducebam pro ratione exclusiva ratificationis ut supra, quod scilicet non secundam, sed primam partem in contractum deducere voluerit. Verum utcumque sit, five id capiatur pro fundamento principali, five pro probatione diversae voluntatis ut supra, iusta, & probabilis visa est resolutio, cui proinde altera pars acquievit, accipiendo sortem, cujus diminutioni ex aliquibus fructibus solutis praesentia debitor ut credo per concordiam cessit.

Ad motivum vero praesentiae adhibita per debitorem instrumentum cessionis, respondebatur, quod cum ageretur de inducendo contractum omnino novum, requirebatur consensus expressus, per quem debitor novata societate agnosceret in novum socium cessionarium, in quo societas tanquam ex novo contractu principaliter substantiaretur, quod ex tenore contractus constabat partes facere noluisse, unde propterea dicta praesentia ad eam cessionarii cautelam referibilis remanebat, ut ita debitor cessus non posset solvere debitum cedenti adnotat. in l. 3. C. de novat. Et quamvis ex parte actoris diceretur ad huiusmodi novationem probandam debitorem deinde expressum consensus praestitisse reservationi decreti ad favorem Mancini novi cessionarii super officio, quod fuisse magnum motivum, nihilominus deficiebat justificatio in facto.

ROMANA SIVE &c.

Votum suppressis nominibus ad petitionem cuiusdam Cardinalis Arbitri.

An in societate officii, fructus decursi converti possint in sortem principalem, novam societatem ex eis creando.

S U M M A R I U M.

- 1 Quod fructus societatis officii non possint converti in sortem. 2 Quid in consuetudine. 3 Notatur differentia inter societatem officii, & censum. 4 Fructus societatis officii habent speciem sortis principalis.

D I S C. X.

Remissa in satis qualificatum Cardinale, verbo tenus, ac extrajudicialiter decisione controversiae. An fructus decursi cuiusdam societatis officii in alteram societatem tanquam sortem converti poterint, & an intraret necne anatocismus, Atque à dicto Cardinali consultus de anno 1651. expertus de recenti pluries sensum Innocentii X. tunc regnantis super denegatione sanatoriae census creati ex fructibus decursis alterius census, ex isto fundamento, quod hæc esset species anatocismi damnati etiam de jure civili in final. Cod. de usuris, fortius vero de jure Canonico ex deductis per Merlin. decis. 409. aliis 301. part. 5. recent. cum aliis in sua materia sub tit. de usuris, ac etiam sub altero de censibus, in cuius terminis, quod nullitas cen-

ensus constituti ex fructibus conveniret etiam à jure communi, & seclusa Bulla Pii V. sentit Rota dec. 379. post Cenc. cum aliis praesertim in Tranen. sub tit. de cens. disc. 2. sui in voto negativo.

Verum huiusmodi voto post plures annos reviso, contrarium videbar probabilius. Tum quia etiam in censibus, cessante necessitate solemnitatis praescriptae per Bullam Pii, in puncto juris communis anatocismus intrare non videtur, eo quia ob demortuum sortem principalem fructus stare videntur principaliter, & de per se independentes à sorte, itaut verè & proprie accessionum nomen ac naturam non habeant juxta decisionem 254. Franchi cum aliis in dicta Tranen. ubi quod de jure ac seclusa Bulla Pii tales fructus converti possunt in sortem, unde propterea sub Pontificatu Alexandri VII. & Clem. IX. Successorum saepius ac passim sanatio etiam in hac specie concessa consuevit, eundemque sensum scio, quod sub Innocentio habebant saltem pro majori parte Vocantes Signaturæ, qui tamen experti contrarium sensum Pontificis, illum non proferebant.

Clarius vero in fructibus huiusmodi societatis, quæ dici potest continere jus vitalitium cum continuo periculo totalis depeditionis sortis principalis, quod non est in censu, ubi licet sortis reputetur demortua ob irreperibilitatem, Attramen ejus substantia semper, & in perpetuum viger abique periculo totalis amissionis, nisi illo factis de raro contingenti casuali peritionis fundi censui, unde propterea lucrum quod huiusmodi societate obtinetur, sortis principalis potius speciem ac naturam habet. Adinstar fructuum census vitalitii, seu officiorum, & locotum montium vocabilium, in quibus id quod singulis annis sub nuncupatione fructuum pro nostro communi usu loquendi exigitur sit potius pars sortis, quæ ita diminuta cum alea lucri, & damni hinc inde percipitur, ut habeatur in proposito locorum Montium vocabilium sub tit. de Regal. d. 35.

Hinc proinde nullatenus intrare videntur rationes anatocismi, cum verè non agatur de usuris, neque de accessionibus. Unde quemadmodum ex fructibus perceptis ab officii, vel locis montium vocabilibus, nulla adest prohibitio alium contractum celebrandi, sic à pari. In idem quoque conferentibus iis, quæ habemus de interusuriis cambiorum passim convertendis in recambium ac augmentum sortis principalis, ex eadem ratione, quod in effectu dici non possunt fructus, vel accessiones, sed debitum stans de per se, nam alias fieri non possent recambia, in quibus complicantur cum sorte etiam camba decursa, quia in effectu non sunt fructus, vel usuræ, sed pars sortis principalis, ut in sua materia sub tit. de cambiis. Occasio tamen adhuc non praebuit id formiter in foro disputare, ut ita maturius veritas, ex aliorum etiam iudicio inquiri poterit.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII RENOVATÆ PRO JOANNE MATHÆO OLIGNANO CUM SEBASTIANO PASQUETTO.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus. pro Olignano.

An & quando post dissolutionem societatis officii per mortem, vel didictam, adhuc debeantur fructus ei, qui dedit pecuniam ad societatem; Et aliqua de tacita renovatione cum hærede; Et an exceptio fructuum male solutorum impediatur processum executivum pro solutione sortis principalis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series. 2 Fructus usurarii extenuant sortem in ipso jure. 3 Quando exceptio fructuum usurariorum, & indebitorum retardet processum executivum. 4 Indebitum voluntarium non praesumitur ac exigis probationem concludentem & perfectam. 5 Datur distinctio specterum sub quibus societas diversimodo

de contrahi solet, ut uno casu dissoluta societate per mortem non debeantur fructus, & altero sic.

- 6 Quare societas quæ verè contrahitur cum ipsis officialibus, fieri soleant super ipsorum officialium vita periculo. 7 Renovatio societatis etiam praesumptivè, & adminiculative probari potest.

D I S C. XI.

Niit Sebastianus Pasquettus Notarius A. C. societatem super ejus officio cum Carolo de Vecchis in summa scutorum 1600. in sorte, conventis fructibus ad rationem 12. procentario, cumque Vecchis societatem cessisset Jo. Andrea Olignano, hic de anno 1639. eam renovavit sub periculo vitæ ejusdem Sebastiani, ut frequentior est consuetudo, ex ratione de qua infra, Defuncto autem Jo. Andrea de anno 1646. scripto hærede Jo. Matthæo ex fratre nepore, hic in vim verbalis conventionis, continuavit in exactione fructuum usque ad annum 1656. ex quo tempore Sebastianus, nedum ulteriorem fructuum solutionem denegavit, sed praetendere cepit se liberatum esse à debito sortis principalis extenuatæ cum fructibus per decemium indebitè exactis post dissolutionem societatis per mortem Jo. Matthæi, cum fructus non debeantur dissoluta societate, quando cessavit periculum, quod unice salvat ab usura huiusmodi fructuum perceptionem. Cumque per plures annos durasset quidem benevolus concordia tractatus absque effectu. Hinc Jo. Matthæus cum processu executivo competente in vim obligationis cameraris, suspensis fructibus postea decursis; Sebastianum pulsavit coram A. C. pro restitutione sortis.

Et assumpta desuper disputatione super dicta exceptione extenuationis cum dictis fructibus, qui per reum conventum praetendebantur indebiti, & usurarii juxta opinionem, quam sequitur Rota, & Curia Romana ipso jure in sortem impunitatis eamque extenuantibus, rejecta opinione volentium illos esse via ordinaria repetendos cum actione repetitionis indebiti juxta firmata in Romana cambii coram Bicchio dec. 69. p. 9. rec. saepius canonizata, cum circumferatur in ista conclusione tanquam magistralis, ut pluries subtit. de cambiis, & sub altero de usuris.

Cum sensu etiam veritatis, pro Jo. Matthæo actore scribens, dicebam irrelevantem esse hanc exceptionem ad dicti executivi processus retardationem non aptam, quoniam ut non semel in proximè allegatis materiis de cambiis, & de usuris deductum habetur, vera & recepta distinctio est facta per Rotam in Romana pecuniaria 18. Junii 1646. & 7. Junii 1647. coram Corrado utrobique in fine, quatum posterior impressa est, dec. 74. part. 10. recent. & cum qua regulariter procedit Signatura. Quod aut agitur de processu executivo pro ipsis fructibus, super quibus cadat questio, an sint debiti, & liciti, necne, & tunc quia turbiditas esse dicitur in ipso credito, quod petitur, quories dubietas aliquam habet probabiliter, processus executivus impeditur etiam per iudicem primæ instantiæ, & quatenus per istum relaxetur mandatum, solet Signatura adversus illud rescribere de appellatione cum clausula translativa, quia turbiditas est in actione.

Aur agitur de petenda sorte principali, cujus debitum per publicum instrumentum, vel aliam probantem scripturam cum obligatione camerari, vel alio pacto executivo est certum & liquidum, debitor verò opponit de illius extinctione cum fructibus in ejus causam solutis, quos dicit indebitos & usurarios, & tunc si indebitum est certum, & clarum, itaut qualitas usuraria sit incontrovertibilis nullam admittens excusationem, & exceptio suffragatur, stante quod Curia sequitur dictam opinionem super imputatione ipso jure. Si verò est turbida aliquam altioem exigens indaginem, & tunc non retardat debitum sortis.

Plures rationes id suadent. Primò quia si exceptio solutionis, quæ per debitorem allegatur, facta directè & in causam ipsius sortis, quories non est bene, & incontinenti probata, sed est turbida, & altioris indaginis non retardat executionem obligationis cameraris, multò minus retardat debet solutio indirecta, & quæ in aliam causam ab ipomet debitore asseritur facta. Et secundò quia cum nemo praesumatur jacere suum, solutiones voluntariè factæ in causam fructuum praesumuntur licitæ, & debita, cum indebitum voluntarium non praesumatur, ut bene ratiocinatur Rota locis citatis. Et terciò quia nunquam dicitur exceptio concludenter probata illa, quæ habet contrarium possibilitatem, quod potissimum procedit in materia indebiti

biti voluntarii exigentis adeo concludentem ac perfectam probationem, quod excludat contrariam possibilitatem ex deductis per Burat. & adden. dec. 592. dec. 38. n. 2. & 132. n. 17. p. 5. rec. cum aliis in Savonen. sub tit. de usur. disc. 12. Unde cum in iudicio ordinario per testes, vel alias species probationis ex parte actoris justificabilis esset renovatio societatis non exigens perneceffe scripturam incontinenti exhibendam, hinc proinde id sufficit, ut non possit dici exceptio ad hujusmodi retardationem apta.

Clarius verò quia non solum in actore concurrerebat possibilitas dictæ probationis, cujus quoque pleraque dabantur adminicula, sed etiam quia absque alia probatione dicebam in promptu constare de hujusmodi præsentis indebiti insubstantia, cum tamen sufficeret turbiditas, quoniam actio clara, exceptio turbida.

Ut enim distinctum habetur apud Boccaccium de societ. n. 178. qui sic testatur decisum sub Gregor. XIV. in plena Signatura gratiæ, dupliciter societates officiorum in Urbe contrahi solent. Uno scilicet modo inter duos privatos, quia nempe unus det alteri non officiali pecuniam ad societatem, itaut officialis, cum quo societas contrahi dicitur, præstet nudum nomen, sed alter privatus pro eodem officiali fidejubeus recognoscat bonam fidem, atque sit in effectu debitor, ut est frequentior hujus contractus usus. Altero autem modo ubi contrahitur cum ipso officiali, qui ut officium emerit, seu alias debita pro eo acquirendo contracta dissolveret, accipiat ab aliquo pecunias ad societatem super ipso officio.

Primo casu, eo ipso, quod per mortem, vel dissidiam dissolvitur societas, pecunia in societatem data remanet debenda tanquam nudum creditum pecuniarium de sui natura sterile, non aptum ad producendos fructus, qui si solvantur, tanquam ex cessante periculo, vel alio titulo eorum justificativo, dicuntur futuri, & indebiti, rejecta opinione voluntium deberi saltem moderatè pro interesse lucri cessantis, vel damni emergentis; quia receptum est in Curia, cessantibus aliis requiritis, hoc interesse ex sola mora non deberi, Secus autem in altero, quia dissoluta etiam societate, cum Officialis retineat eodem tempore pecuniam, & officium, cujus emolumenta percipit, idcirco ex ratione text. in l. curabit, C. de action. empt. ne scilicet habeat rem & pretium, tenetur participare pro rata dicti pretii de emolumentis officii, quorum loco cedunt fructus ita per partes ad tollendas continuas lites super disputatione computorum licite conventi, & cum hac doctrina processit iudex mandatum executivum relaxando, cum aliqua tamen fructuum moderatione ad rationem quinque pro centenatio, Signaruta etiam approbante, & de qua doctrina habetur etiam in Romana de Valtrinis sub tit. de regal. disc. 11.

Ponderabam tamen, reflectendo ad veritatem, hanc doctrinam videri, vel duram, vel periculosam, quoniam fundamentum hujusmodi fructuum ad tam excessivam rationem, consistit in periculo, quod ita cessare dicitur, dum si officii vacatio contingeret per mortem, vel delictum Officialis, creditor non amitteret suum creditum ab hereditate, vel aliis bonis Officialis assequendum, ideoque durum videtur, quod sine periculo assequi velit tanquam fructus recompenfativos illos, quos officium vacabile producit, dum pretium eidem periculo non subjacet. Verùm considerabam dictam doctrinam in praxi receptam esse ex quadam aequitate creditori assilente, quia si periculum non adesset de jure, adesse tamen dicitur de facto, dum ut plurimum, & fere semper (absque satis rara limitatione) hujusmodi Officialis aliud non habent nisi officium atque vitam, & hac est ratio, ob quam præter aliarum societatum stylium istæ contrahi solent super periculo vitæ ipsius Officialis, quoniam si contraherentur super vita creditoris, vel alterius, Aut iste præcedit, & fors amittitur de jure, Aut præcedit Officialis, & illa amittitur de facto, & sic semper adesse dicitur periculum. Ideoque in hac facti specie, in qua ubi sequuta esset mors Officialis, id rectè verificatum esset, iniquum dicebam, ut interim Officialis retinetur Officium, & pecuniam subiectam periculo saltem de facto. Et consecutus quæ de dominio resultantæ à reservatione decreti habentur in dicta Romana de Valtrinis sub tit. de Regal. ad materiam officiorum, disc. 11.

Dabantur etiam pleraque inditia, & probationes (licet imperfectæ) super renovatione facta cum ipsomet Jo. Matthæo hærede, quæ probationis species rectè in hac etiam materia admittuntur, ex iis, quæ in specie super renovatione societatis in officio habentur apud Capic. Later. dec. 26. num. 25. & seqq. ubi concordantes, sed de isto puncto actum

non fuit, cum solum ista deducerentur ad jam dictum effectum reddendi in omnem eventum turbidam exceptionem.

COMPENDIUM MATERIÆ SOCIETATIS OFFICIORUM.

Discursus informativus.

De origine, seu introductione contractus societatis Officiorum in Romana Curia adeo frequentis, & usitatis, An ille in utroque foro censeri debeat licitus necnè; Quid verè, & propriè contineat, & quæ ratio illum sustineat, Et de pluribus ejus requisitis, & quæstionibus in eo cadentibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Occasio scribendi.
- 2 Unde proveniat diversitas opinionum in materia usuraria inter Canonistas, & Theologos.
- 3 De ratione ob quam in foro deferendum est Canonistis.
- 4 De aliquibus in quibus diversimodè judicatur in foro interno, ac externo.
- 5 An diligi possit offensor, & tamen prosequi vindicta.
- 6 De differentia specialiter inter utrumque forum in hac materia societatis officiorum.
- 7 De origine, & occasione introductionis hujus contractus societatis officiorum.
- 8 Cui contractui iste assimiletur.
- 9 De ratione ob quam licita est taxa fructuum ab initio.
- 10 De Apostolicis constitutionibus editis super isto contractu.
- 11 De pluribus difficultatibus, seu variationibus dubitandi de isto contractu, sed reselluntur, & de ratione & referuntur Theologi agentes de materia.
- 12 Quæ dicatur societas obliqua ad differentiam directæ, & de qua magis dubitari possit.
- 13 Quod etiam ista societas obliqua cum tertio subsineatur, & de rationibus.
- 14 Quænam sint essentialia requisita societatis, officiorum.
- 15 Referuntur doctores forenses agentes de materia.
- 16 Dequivoco moralium in isto contractu.
- 17 Super qua persona debet currere periculum.
- 18 Quomodo faciendâ sit mutatio periculi vitæ.
- 19 De fraude, quæ committi solet per creditores volentes currere periculum vitæ.
- 20 De materia quando impediatur lucrum, non obstante morte, ex defectu non implementi.
- 21 De declarationibus, seu considerationibus dictæ conclusionis, ut etiam in casu non implementi intret lucrum.
- 22 Quod taxa antiqua duodecim pro centenatio hodie sit excessiva, & reformatione digna.
- 23 Referuntur doctores tractantes plures quæstiones in materia.
- 24 An fiat locus lucro societatis per mortem ejus, qui de tempore inita societatis, erat jam constitutus in periculo mortis.
- 25 De morte violenta excepta ab isto contractu, remissivè, & an mortuus per manus justitæ dicatur, mori morte violenta, vel naturali.
- 26 An societas dissolvatur per mortem cedentis, vel cessantii.
- 27 Si officium camat in personam unius, alter verè est reservatarius fructuum, quis istorum contrahere possit societatem.
- 28 De casu in quo super eodem officio contrahantur plures societates ultra officii valorem.
- 29 Contracta societate super pluribus officiis, an per vacationem unius dissolvatur societas in totum.
- 30 Si restituatur pars pecunie an societas dissolvatur in totum, vel duret pro rata non soluta.
- 31 An in isto contractu requiratur pecunia numerata, vel fieri possit ex credito pro alia causa, sive cum fructibus alterius societatis.
- 32 De renovatione facta cum creditore absente, an exigat ratificationem expressam, vel sufficiat tacita.
- 33 Fidejussor, an possit renovare societatem in damnum principalis isto officio.

- 34 An creditor in bona fide exigens fructus post extinctam, seu alias cessantem societatem teneatur eos restituere.
- 35 Societas inita cum defuncto, & per ipsius mortem dissoluta an renovetur cum uno ex hæredibus.
- 36 An currant fructus saltem tanquam damna, & interesse post dissolutionem, vel dissolutionem societatem.
- 37 De aliis quæstionibus remissivè.

D I S C. XII.

Um quidam insignis, ac primariæ religionis professor, doctissimus Theologus & eximius concionator, ob difficultates, quæ per plures antiquos, ac modernos Morales excitantur adversus contractum societatis officiorum, adeo in Romana Curia frequentem, & usitatum, aliquod concepisset scandalum, quod ille ita passim in foro admittetur, & canonizaretur, ac propterea aliquam magis distinctam hujusmodi contractus notitiam, ac relationem in lege charæ amicitie à me perisler,

Illud in primis, antequam ad dictam informationem devenirem, præmittendum censui, quod haberet etiam quandoque insinuatam sub tit. de usuris, & sub altero de cambiis, magnum in hac usuraria materia opinionum discrimen adesse inter Theologos, & Canonistas, Non quidem, ut malè aliqui putant, ex opinionum diversitate, sed pro meo iudicio verius, ex omnimoda diversitate fori, in quo ipsi respectivè dictam materiam pertractant; Theologi siquidem eam principaliter tractantes in foro interno, cujus iudex est Deus cordium scrutator, sine processu, ac extrinsecis probationibus judicans cum sola sibi cognita naturali veritate, seu ex pura, & sincera, vel depravata, & imputa conscientia, & intentione contrahentis, procedunt cum quibusdam metaphysicis, ac idealibus operationibus intellectus, atque cum quibusdam instantaneis distinctionibus animi, seu intentionis apud solum Deum practicabilibus; Canonistæ verò eandem materiam tractantes in foro externo, cujus iudex est homo, habens judicandi arbitrium refrænatum intra cancellos legis præcipitatis, illum judicare debere secundum acta, & probata, dum Ecclesia non judicat de internis, ideoque impracticabilis est illa species probationis, quæ in foro interno habetur apud Deum corda videntem, nostrique intellectus, & voluntatis operationes benè cognoscentem ac distinguentem.

Atque ista est vera, satisque probabilis ratio, ob quam in foro judiciali receptam habemus propositionem plures sub tit. de usur. ac sub altero de cambiis deductam, ut in materia usuraria Canonistarum potius quam Theologorum auctoritati deferendum sit, utpotè ambulantium cum principiis omnino diversis.

Si enim mutuator, in prima operatione intellectus, verè, ac sincero animo intendat facere mutuum gratuitum, juxta præceptum Evangelicum, mox autem contemporaneè, sed per diversam ejusdem intellectus operationem alios faciat contractus, nempe societatis, & duplicis assicurationis, ex quibus resultat ille contractus trinus apud Theologos adeo receptus, tunc concurrentibus suis requisitis justitiæ, & æqualitatis, id subsineat in foro interno, & apud Deum, sed vix datur casus, ut subsineri possit in foro externo ob nimium difficilem, ac pœnè impossibilem justificationem illius sinceri animi, ac bonæ fidei, quæ apud Deum ita sunt in probatis.

Ita pariter, si creditor ex causa census, vel cambii, seu etiam ex causa mutui credat contractum validum, sibi que licitum fuisse exigere fructus, vel alias accessiones ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, quod verè & de facto sit passus, vel pari crediderit, atque cum hac bona fideales accessiones perceperit, & consumperit, illum in conscientia tutum reddunt Theologi; Et tamen in foro externo, juxta præsertim opiniones Rotæ & Curiæ Romanæ, si non concurrant requisita contractus census, vel cambii, sive non probentur in specie aliâ quam per partium assertionem interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, iudex condemnabit ad restitutionem, vel ad imputationem in sortem, non curata simplicitate sexus, ætatis, vel rusticitatis, aut probate vitæ aliisque causis bonam fidem, ac justam credulitatem inducentibus, cum in hac materia ignorantia juris non admitatur, nisi quando illa sit adeo dubia quod assimiletur justæ ignorantie facti, ob fraudes, quæ aliâ sub his prætextibus usurariis fieri possent, dum, ut dictum est, Ecclesia non judicat de internis.

Converso autem, si creditor certò sciat debitorem non posse cambiare per mundinas, ipseque verè non habeat animi girandi æquivalentiam sub cambiis sub periculo, & incerta alea, sed voluerit facere illum contractum, ut sub illius specie, vel colore accessiones ex pecunia recipiat; Sive certò sciat fundum censuum non esse proprium debitoris, vel non esse capacem; Aut officium, super quo contrahitur societas non esse capax; Sive non habeat in animo erogandi mutuatam pecuniam in ea investimenta, vel negotia, quæ ad satisfaciendum requisitis Castr. in l. 3. ff. de eo quod certo loco, cum protestationibus, ac proxenerarum attestationibus figurantur pro justificatione interesse lucri cessantis, ita ut totum sit pallium, tunc utique Theologi in foro interno illud condemnant, & tamen in externo Canonistæ ac forenses, nisi talis scientia, vel respectivè animus justificetur per extrinsecas probationes, quæ potius urgeant in contrarium, illum excusant, atque fructus, vel accessiones deberi decernunt; Omnes tamen in sua respectivè sphaerâ benè, & fundatè, ob diversitatem probationum cum quibus in uno, vel alio foro proceditur; Ideoque mea est dicendi consuetudo quod malè Canonistæ forenses se ingerunt in internis, & è converso malè Theologi apponunt minus in externis, & forensibus, cum sint menses omnino distinctæ. Non quidem circa theoricâs, ac principia quæ concordant, imò sunt eadem, sed circa modum probationis, Atque ex hac mixtura tor æquivoca, & confusiones resultant.

Neque solum in hac usuraria materia id procedit, sed etiam in aliis, ut exempli gratia, præcipiente Christo Domino in Evangelio diligi inimicos, ac haberi tanquam amicos, Theologi procedentes cum dictis metaphysicis ac idealibus distinctionibus operationum intellectus, dicunt posse offensori remitti injuriam, illudque ex corde diligi juxta præceptum Evangelicum tanquam amicum & proximum, Et tamen posse eidem denegari pacem, seu remissionem judicialem de jure necessariam, ut offensor de crimine indulgentiam obtinere valeat, seu pœnæ minorationem, Quinimò ipsum offensum prosequi posse in iudicio investigationem, seu causam vindictæ, & accusationis pro condigna punitione ex zelo justitiæ, ac Reipublicæ bono, ut delicta non remaneant impunita; Et tamen (ultra quod etiam in foro interno ista theoretica, seu idea vix ad praxim reducibilis videtur, quatenus ad externum pertinet, non reperietur sensatus, vel insensatus qui creder amicum, & dilectorem cum qui curat aliquem furcis suspendi, vel capite truncari, seu ad tritremes transmitti, cum vitæ, & honoris, & bonorum jactura: Apud forenses autem receptum est, inimicum reputari accusatorem criminis capitalis; seu quod aliâ gravem pœnâ corporis afflictivam, vel bonorum notabilem jacturam importet, cum similibus, in quibus in uno, vel altero foro adeo diversum est iudicium ob tam diversam probandi speciem, ideoque rationabiliter diversæ sunt propositiones.

Hæc circa evagationis notam prænotanda censui, utpotè necessaria, etiam ad ipsum præcisum effectum hujus contractus societatis officiorum, quoniam plerique dantur casus, in quibus dans pecuniam ad hanc societatem ob depravatam animi internum reportandi excessivum lucrum fructuum sine periculo amittendi sortem, malitiosè curat apponere aliqua pacta, vel cautelas, quibus medianibus lucrum sortis in pecuniarum acceptore impedire curat, ideoque per Theologos meritò condemnatur in foro interno, quod etiam concorditer faciendum est per Canonistas, ac etiam legitas Catholicos, sed nisi hic depravatus animus extrinsecus probetur, vel hujus contractus debita requisita illud justificancia concurrant, nil operatur in foro externo, ac apud justas forenses, juxta plures quæstiones in hujus discursus progressu enunciatas.

Quatenus igitur ad rem pertinet; Cùm Romana Curia occasione utriusque sacri, & prophani Pontificii Principatus, nimis abundet officiis venalibus per obitum Officialis vacabilibus, ac subrogatis loco illarum militiarum, quæ adeo frequentes erant in antiqua Republica Romana, juxta magis distinctam, & accuratam hujusmodi officiorum enarrationem, quæ habetur in secundo meorum laborum libro de Regalibus, disc. 2. Aliqua verò ex eis exigant personalem industriam in earum exercitio, undè propterea emolumentum ex illis resultans longè ultra illud quod ex aliis officiis percipitur, partim pecuniæ erogatæ in officii acquisitionem, partim verò officialis industriæ ac diligentie referendum veniat, itaut ex majori, vel minori industria, & aptitudine possessoris emolumenta sint respectivè majora, & minorâ, ut sunt præsertim officia Curforum Papæ, ac Notariorum Tribunalium Camera, & Auditoris Camera, multi verò ad sunt viri periti, & industria ad hujusmodi

modi officia exercenda nimium habiles, pecunia tamen ad eorum acquisitionem necessaria carentes; Hinc proinde introducta fuit hæc species societatis, per quam dator pecuniam, proportionabiliter, & pro rata participet de officii emolumentis, atque cum eadem proportione subiaceat periculo, tam in sorte, quam in emolumentis, ad instar illius societatis iniri solita super aliqua negotiatione, in qua unus ponat pecuniam, alter verò operam, seu industriam, præsertim verò illius societatis quæ fieri solet super navibus piscatoriis, seu mercantilibus, ac etiam belligeris, quæ vulgò nuncupari solent cambium maritimum, seu nauticum legimus, sed erroneè.

Sed quoniam emolumentorum quantitas in istis officiis personalem industriam ut supra exigentibus est incerta, atque frequenter satis varia, Unde per officialem qui industriam adhibet, ac exercitium habet, plures fraudes in alterius socii præjudicium committi possent, idèque ex hac suspitione plures oriri solebant lites, & controversiæ, Hinc proinde inolevit usus taxandi hæc emolumenta ad certam summam verisimilem tanquam per concordiam super futura incerta alea, per quam uterque potest equaliter se habere ad damnum & lucrum, atque ex antiquo usu taxa prædicta esse consuevit infra, non autem ultra summam duodecim pro centenario.

Antiquiori tempore controversi consuevit istius contractus usus, ac validitas, unde propterea emanavit Apostolica Constitutio Leonis X. prohibens huiusmodi contractum absque beneficio Apostolico præstando per supplicationem manu Papæ signatam, cum aliis provisionibus circa indemnitatem mulierum, & alia ad rem non facientia; Deindeque alia supervenit Apostolica Constitutio Pauli IV. quæ idem disponit quadam forma præscripta, usurarias ac illicitas declarando illas societates, quæ alias quam super officio vacabili, & absque periculo amittendi forent fieri; Demùm verò prodijt Constitutio Pii IV. immediati Successoris, dictarum Constitutionum præsertim ultimæ moderatoria, per quam approbantur societates super officiis tantum, quorum tamen valorem excedere non possint, dummodo cum pactis licitis & honestis, prout apte dictam Paulinam Constitutionem fieri solebant, absque aliquo beneficio Apostolico, atque hæc ultima Constitutio est huiusmodi contractus norma, & magistra, cum alia huc usque desuper non prodierit particularis super ipsius contractus genere, vel substantia, Aliquibus tantum provisionibus contentis in Constitutione Pauli V. edita super reformatione Tribunalium Urbis, circa mutationem persone super cuius vitæ periculo societas durare debet, ac super diffidit, & renovatione societatis respectivè.

Et quamvis aliqui Iuristæ, vel morales plures adversus istum contractum excitaverint difficultates; Vel quia contineret votum captandæ mortis; Vel quia participaret de illa simonia, quam aliqui, verè ignari, sine imaginabili fundamento somniantur versari in concessione huiusmodi officiorum propter pecuniam, Vel quia contineret mutuum usutarium super vita hominis, aut speciem prohibita sponsonis; At tamen ubi agitur de societate sincera, & directa, inita scilicet inter dantem pecuniam, & officialem illam accipientem pro officio obtinendo, ejusque pretio in toto, vel in parte, tunc huiusmodi difficultates inter somnia & fabulas omnino collocari merentur; Tum quia revera continet illam speciem omnino licitæ ac practicæ societatis, quæ ut supra fiat in quibuscumque negotiationibus, in quibus unus pecuniam, alter verò operam, & industriam personalem ponat; Tum etiam quia nimia temeritas est dicere illicitum, ac usutarium illum contractum per tot sæcula nedom publicè & palam in Curia Romana præsentem Pontifice per ejus iudices, & Tribunalia canonizatum, ac executioni demmandatum, sed etiam explicitè approbatam per omnes dictas Apostolicas Constitutiones Leonis X. & Pii IV. ac ipsiusmet in his materiis rigorosi Pauli IV. dum in duabus primis præscribitur certa forma ad evitandas fraudes in eo committi solitas, in genere autem canonizatur; Licet enim in materia usuraria, & quando certum est adesse talem infectionem, illam utpotè a jure Divino manantem, Pontificia potestas tollere, vel sanare non possit, Absolutum tamen est ac receptissimum apud Catholicos, quod cessante tali infectione clara, atque aliqua dubietate desuper cadente, omnino deferri debeat auctoritati Summi Pontificis tanquam prædicta, ac veri juris divini interpretis, & sic in ratione interpretativa, seu declarativa, non autem abrogativa, vel dispensativa.

Aliqua non improbabili dubitandi ratio magis cadere videtur in illa officiorum societate, quam ego appellare contigevi obliquam, ubi scilicet officialis cum sua pecunia jam acquisivit officium; cuius est perfectus dominus, nullaque; ad hunc, imò alium effectum pecunia indiget, sed verè ac de facto contractus fiat inter duos privatos, directè, ac immediatè invicem pacifcentes, quia nempe Titius non officialis indiget pecunia pro aliis eius usibus, illam accipiat ad societatem officii à Sempronio pariter privato, adhibendo officium, ac respectivè officialem simulare, ac ad pallium, seu cohonestationem contractus, qui celebratur quidem directè inter dantem pecuniam & officialem super eius officio; sed ille privatus, qui pecunia indiget, eam directè recipit, atque bonam fidem recognoscendo se obligat tam erga pecuniam datorem pro solutione fortis, & fructuum, quam erga officialem pro eius revelatione, adeo ut datori pecuniam horum omnium conscio nulla detur actio contra officialem, ita accomodantem officium, ac nudum nomen gerendo personam, ut vulgò dicitur *de testa di ferro*, seu *Vitturini*, unde videtur quod sit in effectu mutuum sub usuris & alteratis accessionibus ex sola ratione periculi vitæ, Atque istum casum, seu speciem contractus verè, & propriè, licet ad hanc distinctionem non ita explicitè descendentes pergere videntur Navarrus, Azorius, Filiucius, Bonaccina, de Lugo, Gibalinus, & cæteri Morales, cum quibus pertransire solent aliqui Iuristæ in collectorum magis quam Doctorum caralogo apponendi, de isto contractu aliquam habentes dubitationem.

Quidquid autem sit in foro interno, de quo, ut præmissum est, non sunt viri forensis partes agendi, cum in eo totum pendat ab animo, ac intentione, quæ soli Deo innoscunt; Quatenus pertinet ad forum externum, ac ea de quibus iudicat Ecclesia, quæ concurrentibus requisitis à lege præscriptis, non data contraria extrinseca probatione, supponit intentionem sinceram; Sicut è contrario cessantibus dictis debitis requisitis, eam supponit malam, ac depravatam, quamvis inspecta veritate soli Deo, & ipsi creditori nota, contrarium in utroque respectivè casu potius verificaretur; Certum est contractum subfiteri, atque validum, etiam pro foro interno ab Ecclesia reputari, non solum etiam superius dicta ratione, quam Iuristæ irrequenter tanquam unicam deducere solent, explicitæ, vel implicitæ approbationis Pontificiæ resultantis, vel à dictis Apostolicis Constitutionibus, vel à publico, & satis frequenti usu publicè & palam in Curia ipsa Papa vidente, sciente, & patiente, quinimò sæpè occasione dispensationum, quæ coram ipsomet in Tribunali Signaturæ gratia habentur, approbantur; Verùm etiam quia simulatio est in jure damnata, ubi est circa actum, ejusque substantiam, quia nempe simulatur fieri unum contractum, in effectu autem, ac in veritate alter fiat, secus autem quoad personas, quoties personarum diversitas non corrumpat substantiam contractus, nèque usurarum fraudem, seu tertii præjudicium contineat, ut frequens praxis docet in cambiis, quæ girant sub nomine alicuius mercatoris, cum in effectu sciente debitore pertineant ad privatum, non mercatorem, cambiari tamen non prohibentur; Et magis proximè in censibus quorum subiectum est fundus capax ac fructifer certis finibus designatus pro certificatione periculi, cui creditor censuarius ex fundi chasmate subiacere debet, quoniam nil prohibet aliquam tundi possessionem in gratiam alterius accipere volentis pecuniam ad censum istum constituere, sciente creditore super eius fundo, atque contractum consicere, & tamen illum tertium recognoscere bonam fidem, totumque contractus commodum, ac incommodum in se suscipere, ita remanente substantiario contractu cum possessore fundi, & super isto tanquam subiecto necessario; Sic à pari nil impedire videtur istum contractum societatis substantiari cum officiali, & super officio tanquam eius subiecto necessario ad formam Apostolicarum Constitutionum, & tamen commodum & incommodum esse tertii ita volentis hanc aleam emere sub spe lucri fortis principalis breviter reportandi, eodem modo quo in censibus vitalitijs, aliquam tamen diversitatem habentibus ob omnino prohibitam diffidit, ac desperatam recuperationem fortis principalis ita totaliter demortuæ; unde magis abest mutuum interpretativum, quod ad usuram supponere oportet.

Igitur tota vis est in istius contractus essentialibus requisitis, quæ duo esse videntur, officium scilicet capax, & periculum amissionis fortis per mortem illius super cuius vitæ periculo contractus initus est, & sine quo periculo danti non potest iste contractus validus fructuum, seu emolumentum.

mentorum productivus, ut communiter concordant Iuristæ de isto contractu agentes, præsertim, Scaccia de cambiis, Manrica de Tacitis, Leonellus ad bullam Pii IV. Felicius de societate, Boccaccius; Castracanus; & Zacchia in particularibus tractatibus de isto contractu initis, ac etiam frequenter Rota Romana, quæ sine his duobus requisitis nunquam hunc contractum probavit; Magisque super dicto requisito periculi immorantur superius recentissimi Morales, ac alii, quorum tamen aliqui in hoc æquævocarunt, opinantes ipsum periculum vitæ tanquam speciem sponsonis esse subiectum contractus ita contineris murum sub gravibus accessionibus ratione periculi, sed in hoc æquævocant, quoniam periculum est quidem requisitum necessarium societatis, sed non est subiectum contractus.

Super qualitate verò persone sub cuius vitæ periculo contractus currit, nihil determinatum habemus. Unde quandoque designatur persona ipsius socii dantis pecuniam, quem vulgò creditorem dicere solemus, Quandoque ipsius officialis pecuniam recipiens. Et quandoque tertii omnino extranei absque distinctione sexus, an sit masculus, vel femina, ac absque distinctione status, an sit secularis, vel Ecclesiasticus etiam Regularis; Quinimò circa personam frequentius socio danti pecuniam ex conventione reservari solet facultas illam variandi, seu etiam quod ab inirio nulla designetur, sed præscribitur aliquis terminus ad illam designandam; Verùm ob fraudes quæ desuper committi solent; provisum est utroque casu; Siquidem per dictam Constitutionem Pauli V. super reformatione Tribunalium præscripta est forma talis mutationis, ut scilicet illa adnotari debeat, non solum in manuali Notarii, sed etiam in margine instrumenti ipsius societatis, ac etiam notificari alteri socio, quod etiam in nova nominatione statutum est, atque inseritur quod fiat nominatio nova, receptum est societatem curriere super periculo vitæ ipsius socii dantis pecuniam; Eademque diligentia ad evitandas fraudes utriusque registrationis ut supra, statuta est in diffidit societatis, itaut aliis actus remaneat infectus.

Est bene verum, quod super hoc periculo atque ad illud evitandum multæ committuntur fraudes per callidos pecuniarum datores, ita curantes excessivum emolumentum sine periculo amittendi forent percipere. Atque in hoc concuro cum Theologis, & Moralibus, quod Rota; à cuius resolutionibus alia Tribunalia normam in hoc recipere videntur, forsitan benignè se gessit, procedendo cum iuris regulis ac propositionibus generalibus super effectibus ex non implemento resultantibus, ac non adimplementi præjudicialibus. Unde propterea pro meo iudicio satis opportuna, imò necessaria videtur lex huiusmodi caliditatum, & cavillationum eradicatoria, prohibendo scilicet simpliciter, ac indefinitè pacta renovationis, vel suppletionis fideiussorum, aut alterius implementi, ex cuius prætextu prætendi valeat lucri impedimentum, quamvis periculi casus contingat, Istique ita captiosè contrahentes quoad forum internum sunt absque dubio usurarii, ac inexcusabiles à peccato, & restitutione fructuum, dum revera in animo non habuerunt verè inire societatem cum periculo illi conaturali; Sed in foro externo, ut dictum est, non data probatione extrinseca talis fraudis id non attenditur, quoniam forum externum non iudicat nisi ex actis, & probatis.

Conveniri siquidem solet, quod officialis qui pecuniam recipit infra certum tempus præstare debeat fideiussorem, aut illum jam præstitum renovare, sive alium adungere. Aut alium in locum præstiti morientis, vel ab Urbe discedentis subrogare. Aut dare cedulam bancariam, aliaque adimplere; Ita verò ut plurimum negligi solent, cum huiusmodi contractus frequentius non nisi per impudentes, vel parum providos fieri soleant, atque dantore pecuniarum studiosè non sollicito de implemento, nèque illius promissorem urgente, sed potius obdormitante, exindè sequitur quod contingente casu periculi per mortem ejus super cuius persona statutum est, non fiat locus lucro ex ea generali, & vaga ratione, quod istud reportari non potest nec debet ex contractu non adimplero.

Agnoscentis Rota istud inconveniens, curavit quo magis fieri posset, illi occurrere, declarando quod si creditor post debitoris mortem, seu obligationem adimplendi recipit ab eo fructus, tunc si casus periculi contingat in eo semestri, vel aliquo termino pro quo fructus recepti sunt, locus fiat lucro, non obstante tali obiecto non implementi, quod ita pro eo solum tempore remissum censetur, reprobata captiosè cautela, quam callidi creditores adhibere sciebant reci-

piendi dictos fructus cum clausula præservativa *sine præiudicio*, cum esset protestatio contraria facto; b Verum id parum, vel nihil prodest, quoniam idem callidi creditores sub ovina pelle lucrorum partes agendo, cum benevola declarationis, ac indulgentiæ pallio suffocatos, vel inexpectos debitores decipiunt, ac obdormitant, non recipiendo fructus semestris, vel alterius termini conventi, nisi post eum jam elapsum, ut ita semper à periculo tuti, ac exempti vivant, ideoque ista perniciofa, & pessima cautela indefinitè reprobari deberet; Unde propterea ab aliquo moderno tempore in Tribunali A. C. aliquis iudex, iustè, ac rationaliter introduxit, ut ex tempore non implementi non current fructus, dum non aderat periculum, & quidem satis rationabiliter.

Prout eadem Rota, eandem cautelam restringendo, declaravit illam suffragari, quatenus implementum promissum esset in ipso principali contractu societatis inito cum officiali, secus autem si in alio instrumento recognitionis bonæ fidei factæ per tertium pecuniam receptorem, & licet quandoque eadem Rota obiter contrarium dixerit, sed parum tunc, cum prima declaratio omnino probabilior videatur, ac recipienda sit, ex ea clara ratione quod substantia contractus est in primo instrumento societatis inita cum officiali, cuius vigore lucrum fit, secundum autem est solum ad probationem quod societatis commodum & incommodum est ipsius recognitionis.

Reformatione quoque dignus videtur iste contractus circa dictam taxam fructuum, seu emolumentorum officii usque ad 12. pro centenario; Antiquo siquidem tempore illa congrua erat, quoniam iuxta retroacti sæculi conditionem, tam officiorum vacabilium, quam ipsorummet bonorum stabilium, censuum perpetuorum & locorum Montium non vacabilium fructus, & emolumenta erant longè maiora, & consequenter maiora erant iuxta debitam proportionem emolumentorum vacabilium. Unde propterea cum fructus tam non vacabilium, quam etiam officiorum vacabilium, quorum una species ab altera proportionabiliter normam recipit, hodiè dimidiati sunt, quinimò dimidio minores redditi, hinc proinde prorsus incongruum est tolerare hanc taxam antiquam eodem modo quo cum aliqua admiratione cernimus continuari in prorsus incongrua taxa antiqua statutaria fructuum dotialium ad rationem septem cum dimidio pro centenario; Licet enim rati sint casus, in quibus in hac taxa duodecim, societates sunt ob affluentiam pecuniarum, ac penuriam in vestimentorum, & ex qua causa fructuum adeo notabilis diminutio prodijt. Attamen id provenit ex industria providi officialis, vel debitoris, sed non tollit occasionem sceneratori extorquendi ab inexpecto; vel suffocato debitore hanc excessivam summam, cuius proinde reformationi locus omnino esse debet.

Plures autem quæstiones super istius contractus validitate, ac fructuum cursu, vel super lucro fortis contingere solent, quas nimium longum, ac tædiosum esset recensere, cum suis distinctionibus, ac declarationibus, easque cunctos videre poterit apud Leonellum, Castracanum, Zacchiam, & Contilorum in particularibus tractatibus de hac societate editis, ac etiam satis frequenter in Rotæ Romanæ decisionibus; Aliquas tamen quas memoria suggerit notabiliores, ut tuo desiderio, & curiositati satisfaciam, summam insinabo.

Primo, enim peregrinam quæstionem disputandam mihi occasio præbuit. An fieret locus lucro fortis ad favorem debitoris per mortem ejus, sub cuius vitæ periculo contractus initus est, si ille abiens à loco conventionis tunc graviter infirmus esset, ac in periculo breviter sequente mortis constitutus, & quamvis deciso, vel authoritate specialis non haberetur, ex principiis tamen generalibus, vel similibus pro non lucro pro veritate consultus respondendum censui.

Secundò, cum in istius contractus formula exciperetur mors violenta. Hinc præfati tractatistæ, præsertim Castracanus & Zacchia plures disputant quæstiones de muliere moriente in partu, de occidente se ipsum, de morte sequuta in bello, vel in duello, cum similibus; Occasione autem cuiusdam quæstionis habitæ super evictione esse commoditatis pensionis vacatæ per mortem ex causa delicti pensionarii cedentis disputavi. An moriens per manus iustitiæ, seu carnificis mortui dicatur morte naturali, vel violenta, & comperii decium per Rotam censendum esse mortuum naturaliter, itaut fieret locus lucro, quamvis verè & de facto occidatur à carnifice, quoniam ita dicitur voluntariè mori, ac occidi à se ipso per quamdam speciem quasi



quasi contractus, quem delinquens in actu delinquendi facere dicitur cum iustitia, seu lege, ita ejus poenis se subiciendo; Ac etiam quia mortis violenta exceptio introducta est ad tollendum omne votum captandae mortis, atque ut ita tollatur occasio, ne debitor ex cupiditate lucri insidietur vitae creditoris, vel socii, quae ratio in hac specie mortis cessat.

Tertio, frequenter disputavi, seu ab aliis disputatum vidi. An facta per creditorem cessio societatis alteri, illa vacaret, seu dissolveretur per mortem cedentis, vel cessioarii, & verius est, atque ita decessum attendi debere personam cedentis, cum quo contractus est substantiatus, nisi accedat formalis novatio cum ipso officiali per quandam implicitam renovationem societatis, ac mutationem periculi vitae. Ad instar eorum quae habemus in iure in materia usufructus, qui per usufructuarium altercedatur de consensu proprietarii, ita, & taliter quod mutata censeatur persona. g

Quarto, An societas contrahi possit per officialem, seu titularem super officio, cujus alter legitimo & valido decessu sit reservatarius, vel potius ad istam id pertineat, & juxta hanc secundam partem alias sustinui, ac est probabilis, quia si hac societas contrahitur super emolumentis, idcirco id pertinet ad eum, qui ex legitimo decessu est illorum dominus. h

Quinto, Cum certum sit juxta literalem dispositionem dictarum Apostolicarum Constitutionum, non sustineri societates ultra officii valorem, si casus praebet plures societates super eo contrahi, quarum singulae talem valorem non excedunt, longe tamen illum excedunt simul junctae, dubitari contingit, an omnes sustineantur, vel quae. Et in hoc germana distinctio est, quod aut omnes societates contractae sunt per eandem personam dantem pecuniam pluribus, ac diversis bonam fidem recognoscentibus, & tunc omnes illae quae excedunt valorem, remanent invalidae, cum ipse creditor sciat officii incapacitatem, dum societates substantiantur, atque iniri dicuntur cum officiali, atque ita determinavit Rota, licet scribentes pro creditore non acquiescerent ex motivo usus contrarii, qui etiam probatus non est attendendus utpote redolens potius abusu, & corruptelam, dum cessante officii subiecto necessario, ita remanet mutuum usurarium sub nomine societatis palliatum. i

Aut societates super eodem officio inira sunt per diversas personas cum eodem officiali, itaut singulae distincte, ac de per se consideratae non excedant, & tunc inira eadem distinctio, quam passim habemus in materia censuum impostorum super fundo alieno, vel incapaci, quod scilicet, aut creditor de tempore impositionis id scivit, aut ignoravit; Si scivit, actus remanet invalidus, & nulli fructus praetendi possunt, si vero ignoravit, atque bona fide sequutus est fidem officialis explicitae, vel implicitae supponentis officium capax, & tunc non potest sustineri societas tamquam societas ex defectu subiecti, ut de censu dicitur, sed bene actus habetur pro valido in odium ita mala fide contrahentis, atque creditori bonae fidei debentur fructus tanquam damna, & interesse. Remanente solum aliqua difficultate, ex tempore quo id ad creditoris notitiam devenit, in quo Rota variavit in censibus.

Sexto, Si contrahitur societas super pluribus officiis cum pacto, ut illa super omnibus, & singulis contracta censeatur, itaut uno vacante remaneat super aliis, quae sint totius societatis capacia, scio disputatum in Rota. An id sustineatur, vel potius non obstante conventionem societas dissolvatur per mortem unius officialis quoad omnes, ut est de regulari natura societatis, & quantum mihi supponitur, dubium pluries in Rota propositum ob ambiguitatem non fuit resolutum neque ulteriorem progressum habuit, forsitan causa per concordiam finem accepit, memoria tamen non suggerit partes, neque desuper meum iudicium proferre possum, cum mihi defuerit occasio talem punctum disputandi.

Septimo, Quandoque disputatum fuit, an officiali, vel recognitore bonae fidei restituentis socio creditori partem pecuniae in societatem acceptae, ista dissolvatur in totum, vel potius firma remaneat, ac perseveret pro rata non soluta; Et cessantibus adminiculis voluntatis recedendi in totum, decisum fuit per Rotam, societatem sustineri pro rata, quae remanet debenda, ex ea ratione quod agitur de materia divisa, in qua tantum affert utilitatem totum respectu totius, quantum pars respectu partis, multo vero magis, ubi talis perseverantis voluntatis indicia concurrerent, illud praesertim solutionis fructuum. j

Octavo, Vidi dubitatum, an in hujusmodi societate contrahenda requiratur pecunia numerata, vel illa fieri possit cum mercibus, seu aliis bonis ita valoratis, vel cum alterius societatis fructibus decursis, & non solutis, atque de stricto iure probabilior visa est affirmativa, cum circa fructus, isti non dicantur accessiones usurariae, unde intraret superlatio, seu anathocismus, sed sint species fructuum censuum, vel cambiorum, in quibus cessante quoad census obstaculo Bullae Pii V. id non prohibetur. m

Idemque quoad creditum ex alia causa, dum solum in censibus per dictam Bullam ita cautum est. Satis tamen circumspicte in hoc procedendum est ex eadem ratione, ob quam in censibus ita cautum fuit, & praesertim ob fraudes, ne tales contractus insantur cum stocchis, & civantiis, vel cum pecunia debita ex causa ludi, aut ex alia illicita, vel turpi causa.

Nono, Disputavi pluries in materia renovationis, an illa post jam didictam societatem fieri possit per unum socium altero absente, cujus expressa ratificatio non accedat, sed illa desumatur tacite ex conjecturis, & adminiculis, atque decisum fuit per Rotam requiri acceptationem expressam, non autem sufficere tacitam, vel praesumptam. n

Decimo, Disputavi, an fidejussor ejus qui recognovit bonam fidem, pulsatus a creditore ad restituendam acceptam pecuniam, possit inscio principali debitor societatem renovare, seu aliam in eius damnum contrahere, ut ita se eximat a molestiis, & fuit decisum affirmativè. o

Undecimo, An societas contracta cum defuncto, ex quo plures fuerunt superfites haeredes, renovari possit cum uno, vel aliquibus, aliis ignaris, & ex facti qualitate scio resolutum affirmativè. p

Duodecimo, An expressè per didictam, vel tacite per mortem, seu alium casum dissoluta societate, ac non restituta pecunia, debeantur fructus, vel damna & interesse loco fructuum ad eandem rationem; Et tunc, aut agitur de illa societate, quam supra dixi obliquam, quia nempe officialis singulariter accomodat officium, & societatem contrahat ad commodum, vel incommodum tertii recipientis pecuniam, ac recognoscentis bonam fidem, & certum videatur nihil deberi nisi concurrentibus mora, & aliis debitis requisitis lucri cessantis, vel damni emergentis: Aut vero de societate propria, & directa inira cum officiali cum pecunia sibi directè data ad emendum officium, & tunc tam ex quadam declaratione Papae in plena Signatura Gratiae, quam ex quadam equitate, aliique probabilibus rationibus, ego alias dixi, quod iidem fructus debeantur tanquam damna & interesse, licet durum sit deberi ad eandem rigorosam rationem, dum cessat periculum. q

Ista pro nunc ita currenti calamo suggerit memoria, quae pro aliqui informatione viri non forensis ad curiositatem requirentis sufficere videntur: Reliqua vero ubi occasio exigeret, exequi possent supra insinuatibus Authoribus de materia agentibus, ac etiam ex Rotae decisionibus, in quibus materia frequenter tractata cernitur. r

Illud etiam subiungendo, quod licet creditor post dissolutionem societatem fructus exigere non valeat; Aramen datur etiam casus, in quo illos exactos, & consumptos restituere, vel imputate non tenetur, quando scilicet debitor sciens finitam esse societatem spontè solvit fructus creditori ignaro bona fide credenti eam durare, & qui in eodem bonae fidei statu illos consumpsit, atque ita decisum fuisse in Signatura gratiae. Et merito quidem ex rationibus in simili ponderatis circa excessivam solutionem cambiorum in sua materia, ac etiam circa solutionem fructuum recompenfatorum in materia usuraria. s

- a Rojae decis. 64. Inrat. & add. decis. 674. Otibob. decis. 131. & habetur supra, disc. 2. 3. 4.
- b in Romana Societatis officii 13. Martii 1648. coram Bichio, qua reputatur in materia magistratus.
- c ut apud Dunoz. est. decis. 742.
- d Apud Otibobon. dicta decis. 131. in fin.
- e Ut sup. hoc tit. disc. 1.
- f Rot. apud Zacch. hoc tract. decis. 54. Castrac. eod. tract. cap. 29. & habetur actum in Melphiten. pensionis sub rit. de pensionibus.
- g Ut sup. hoc tit. disc. 6.
- h ut sup. disc. 8.
- i Rot. in Romana Societatis off. 20. Junii 1664. Vinot. & 9. Decembris 1665. Bourlemont. ubi concordantes.
- j Ut apud Merlinum decis. 69. repetit. decis. 454. part. 4. recent. tom. 2.

m Sup.

- m Sup. disc. 10.
- n Ut sup. disc. 9.
- o Ut supra, disc. 5.
- p Ut supra, disc. 4.
- q Ut supra, disc. preced.
- r Testatur Baccacc. de societ. n. 191. & refert Spad. conf. 248. n. 7. lib. 2.
- s Sub tit. de cambiis. disc. 28. & sub tit. de usur. disc. 17. & 18.

F A R F E N. P R A E D I  
P R O M A R C H I O N E C O S M O P A S Q U A L I  
C U M N A R D U C I I S.

Casus decisus per Rotam pro Pasquali.

An didicta societatis officii fieri debeat tam officiali, quam fidejussori, vel Recognitori bonae fidei, stante pacto, quod fiat tam uni, quam alteri, & de ejusdem didictae reproductione, & adnotatione in margine instrumenti.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Didicta an fieri debeat tam officiali quam recognitori bonae fidei.
- 3 De iure facienda est officiali, nec sufficit fieri debitori, seu recognitori bonae fidei.
- 4 Quid accedente pacto ut sint tam uni quam alteri.
- 5 Dicitur, tam & quam, quando dicatur stare distributive, non autem collective.
- 6 De reproductione didictae intra terminum 15. dierum.
- 7 De ejusdem didictae adnotatione in margine instrumenti.

D I S C. XIII.

Obtenta per Pasqualem contra Narduccios immisione ad praedium pro credito ex causa societatis officii in vim sententiae Roralis, praevia dec. 30. Maji 1664. coram Albergato cum subsequente executione, cum succumbentes commissa causa coram Priolo praetenderent quod didicta immissio ob nullitatem & injustitiam esset spoliativa, subscripito dubio super manutentione, atque ad istius effectum assumpta etiam inspectione boni juris de mandato Rotae juxta frequentem stylum sub diebus 23. Junii 1670. & 27. Junii 1672. ad favorem Pasqualis prodierunt resolutiones, neque scio quod causa alium habuerit progressum.

In hujusmodi autem disputationibus duo fuerunt puncti; Unus nempe anterioritatis inter creditum actoris, & illud de quo Rei & possessores excipiebant; Et alter super non existentia crediti actoris ex eo quod societas superlucrata esset per mortem creditoris, super cuius vitae periculo contracta erat, non obstante didicta ob triplicem defectum; Primo, nempe quod facta esset solum officiali, non autem debitori qui recognoverant bona fidem, stante pacto quod fieri posset tam uni, quam alteri; Secundo, quod non fuisset reproducta in actis infra terminum quindecim dierum, ut disponitur in Reformatione Pauli V. Et tertio, quod non esset adnotata in margine instrumenti, ut in eadem reformatione disponitur.

De primo puncto anterioritatis agitur, disc. 33. de credito edito de tempore quo prima decisio coram Priolo prodierat; Quatenus vero pertinet ad istum lucrum Societatis officii injusta erat oppositio quod utrique ad formam pacti didicta facta non esset, quoniam cum Societas substantiaretur inter creditorem, & officialem tantum, hinc de jure officiali illius didicta intimari debet, adeo ut non sufficiat illam intimari fidejussori, vel recognitori bonae fidei, quamvis inspecta veritate de facto fidejussor, vel recognitor sit principalis debitor & contrahens, officialis autem intervenit videatur esse coeternonalis & pro quadam formalitate ut pluries in praecedentibus insinuat, quoniam ita suadet natura contractus ac subiecta materia, & per consequens ita factum erat id quod de jure fieri debeat.

Non negabantur haec per Scribentes in contrarium, atque tenta dispositione juris, quatenus in contrarium non urgeat pactum, secus autem isto accedente quod juris dispositionem cessare facit; Verum in hoc etiam cum sensu veri-

tatis replicabam, quod falsaria erat in applicatione, quoniam pactum adjectum erat in gratiam creditoris, ut in ejus electione positum esset facere didictam tam uni, quam alteri, & sic dictiones tam & quam stare dicuntur distributive, non autem collective, vel cumulative ut per Zacch. de Societ. n. 269. & seq. & advertitur etiam per Duard. de Societ. lib. 3. c. 4. q. 2. n. 11. quae in secunda decisione allegantur, idcirco inducta ad favorem, retorqueri non debent in odium, nil enim interest debitoris, an didicta fiat etiam officiali, ac propterea quando ipse vult ejus indemnitati consulere, ut certificetur de didicta facienda per creditorem & non subiaceat negligentiae officialis, qui utpote nullum habens interesse, negligere solet, tunc adicitur pactum quod fiat sibi praecise, non autem isto modo tam uni quam alteri, cum ista species pacti adjecta potius dicatur, ut praemissum est, in gratiam creditoris, ut non teneatur inquirere ubi nam fidejussor, vel recognitor bonae fidei motetur ad effectum illum citandi praesertim ubi agitur de contractibus qui sunt per negotiatores existentes in Urbe cum districtualibus, aliiisque exteris juxta illam praxim, quae in aliquibus magnis Civitatibus & praesertim in Neapolitana ob eandem rationem habetur frequens quod debitor, vel alter contrahens eligat domicilium in domo, vel in Curia notarii ubi sufficiat illum citare, cum similibus.

Quo vero ad alterum defectum reproductionis in prima disputatione, cum reproductio facta esset una die post lapsum terminum dierum quindecim, magna fuit altercatio pro consueto Nostrorum judaico stylo, an dies termini computaretur in termino, sed in altera disputatione amplexum fuit alterum melius motivum quod Ego etiam in prima disputatione deducebam juxta stylum immorandi principaliter in spiritu potius quam in litera legis & attendendo finem, vel effectum ob quem illa prodit, ut scilicet ita occurratur fraudibus, post reproductionem, perquam illa effecta est communis, adeo ut non sit in libito ejus qui illam fecit, illa uti, & non uti juxta futuram contingentiam, atque ut vulgo dicitur stare a cavallo al fesso cum claudicatione, juxta ea, quae a simili in hoc proposito didictae habentur, disc. 20. de locat. & cond. & alibi, idcirco cum post reproductionem, creditor supervixerit, non solum per quindecim dies, sed etiam per duos circiter annos, ita dicebam cessare omnem quaestionem in radice.

Quo vero ad tertium defectum adnotationis in margine instrumenti, ultra motivum facti in decisionibus considerata, quod non doceatur de negativa, solida erat altera responsio, quod in hac parte reformatio non continet decretum irritans, & non annullat actum, sed solum id injungit notario, cui non bene in hac parte adimplenti suum officium superest puniitio, non tamen exinde resultat praesudicium Partis, ad instar eorum quae habentur disc. 26. de judic. ut negligentia Notarii in non reduciendo in protocollo instrumentum, ut tenetur, sive non custodiendo matricem, non praesudicet Partibus, ac etiam sub rit. de matrimonio, ut istius validitatis non praesudicet negligentia parochi in non adnotando in libro cum similibus.

R O M A N A S O C I E T A T I S O F F I C I I  
P R O D O N A T O C O N T U C C I O  
C U M N.

Casus disputatus in Tribunali A. C.

An & quando mutatio periculi vitae attendatur, ac impediatur lucrum, quamvis mors prioris personae sequatur infra terminum quindecim dierum.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Reformatio Pauli V. super necessaria superviventia 15. dierum post mutationem periculi vitae expenditur, & quando procedat.
- 3 Frans cessare dicitur ubi mutatio facta sit in ipso debitore sciente, & patiente, & n. 5.
- 4 De casu quo mutatio periculi facta sit ubi prima persona esset moribunda.
- 5 De eodem, de quo supra, n. 5.
- 6 Lucrum ex defectu implementi quando impediatur.

7 Co-

7 Societas officii contrahi solent ab imprudentissimis & suffocatis viris.

D I S C. XIV.

Pendente iudicio, in quo Marinus pulsabat debitorem ad renovandum fidei iustorem iuxta eius obligationem, cum idem passus esset quoddam accidens apoplecticum, sive agnovisset ejus timorem, curavit, remittendo debitori dictum onus, ut societas renovaretur in mutatione personarum, sub cuius vitæ periculo in posterum currere deberet, in persona scilicet Donati ejus germani fratris; Quare sequuta ejus morte intra terminum quindecim dierum, orta est questio, An prædicta mutatione periculi vitæ non obstant, factus esset locus lucro, Introductaque causa in Tribunali A. C. ac præsupposita reformatione Pauli V. pluries enunciata, super necessaria supervivencia intra quindecim dies post talem mutationem ad occurrendum fraudibus tanquam per speciem regulæ de viginti, sive de infirmis resignantibus, de qua in sua sede pluries sub tit. de benefico. ac etiam occasione resignationis officiorum sub tit. de regal. disc. 6. & alibi, punctus erat an vereremur in casu, de quo reformatio loquitur, necne, atque licet mihi scribenti pro creditore, reflectendo ad veritatem, vim faceret contra eum ad favorem debitoris, quædam non scripta æquitas ex rationibus, & ponderationibus, de quibus supra, disc. 1. & in aliis; At tamen de stricto jure dicebam, quod tevera non eramus in casu legis, quæ loquitur de mutatione periculi vitæ, firmo remanente primo contractu, cuius substantia in reliquis innovata non esset, solaque innovatio esset circa istud accidens ob affectatam fraudem, quæ sequi solet ad fraudandum lucrum ex ratione, cui innixa est dicta regula de infirmis resignantibus, sed non erat iste casus, quoniam ob non præstitum, & renovatum fidei iustorem societas tunc habenda veniret pro resoluta, sive esset in tali statu, quod debitor non potuisset facere lucrum etiam si ista innovatio mors sequuta esset, sed ex integro nova contracta esset societas cum diversa persona, cum diversis partibus, illo præsertim remissionis præfate obligationis renovandi fidei iustorem; hinc dicebam quod clarum esset non versari in casu reformationis, ne dum ob omnimodam innovationem, cui reformatio innixa est, fraudandi scilicet lucrum, quod aliis absque mutatione personarum sequi debuisset, Tum etiam quasi ad hanc innovationem devenit non esset, adhuc ei non fuisset locus.

Præterea confiterabam quod verè, & propriè reformatio percutit casum, in quo ista mutatio in vim facultatis attribuitur creditori, fiat per istum incio debitor, qualis non

erat casus, dum debitor rectè sciens statum Marini creditoris, istoque præsertim ad hunc actum devenerat; Ac propterea cessat pariter ratio, cui dicta reformatio innixa est, ne debitor ita supplantatus remaneat, dum ita scienti, & volenti nulla fieri dicitur injuria, ipseque elegit hanc secundam personam, cuius mors prius contingere poterat, iuxta illam contingentiam, quæ frequenter consideratur in materia translationis pensionis.

Et quamvis in contrarium magnum fieret fundamentum in dec. 192. par. 2. divers. nihilominus advertebam non facere ad rem, quoniam ibi agitur de novatione facta de tempore, quo ille sub cuius vita periculum currebat, jam exhalabat animam, atque de facto eadem die obiit, debitor ignora huiusmodi status; Idèdque intrare advertebam ea, quæ habentur supra, disc. 1. Quinimò eadem decisio retorqueri videtur, atque huic parti assilire, quoniam in s. finali respondendo ad decisiones emanatas in contrarium, quæ habentur apud Bocca, de Societ. n. 182. & 199. & decis. 63. post Zacch. evitantur ex dicto facto, decisio vero in Romana Societatis 6. Junii 1639. coram Pirovano cum qua procedit add. ad dec. 542. nu. 74. & segg. par. 4. recent. tom. 3. principaliter firmat non lucrum ob non implementum, iuxta ea, quæ habentur supra, disc. 2. & segg. postmodum verò incidenter agit de hoc puncto, atque principaliter considerat dictam circumstantiam mutationis factæ, incio, & absente debitor, præsupponendo potius contrarium, quando ipso sciente & præsertim concorditer actus sequutus esset; Idèdque de stricto jure pro non lucro contra debitorem respondendum videbatur.

In contrarium tamen nimium urgere videbatur illa non scripta æquitas, ob quam, ut advertitur etiam supra, disc. 2. & segg. damnatur ille leguleius rigor, ob quem ex causa non implementi denegatur lucrum, quod scilicet iste sit nutritivus fraudis accipiendi fructus in adeo exorbitanti summa duodecim pro centenario sine illo periculo, quod unice istum contractum salvat, accedente consideratione imprudentiæ, & suffocationis debitoris, quoniam ut advertitur supra in adnot. ad disc. 1. cum segg. attento præsertim statu, huiusmodi contractus fieri non solet nisi per imprudentissimos nimiumque suffocatos viros, qui ne urgeantur ad restitutionem debiti, omnes contractus creditori placitos libenter offerunt, & faciunt, idèdque cum tunc de facto urgeretur ad renovationem, sibi que ignotum esset dictum accidens passum à Marino, verisimiliter non cogitavit ad casum, atque ut se liberaret à molestis actum fecit potius coactum ex illa coactione, quam lex præsumit, iuxta deducta apud Bich. dec. 74. & disc. 12. de Usur. & alibi pluries sub eod. tit. & sub altero de camb.

# S U M M A S I V E C O M P E N D I U M

Eorum, quæ in foro magis practicabilia continentur in hoc Lib. V. Parte IV. de Societate Officii.

I.

## S U M M A R I U M.

- 1 De contractu peculiari Curia Romana.
- 2 De duplici ejus specie.
- 3 Qualis sit societas propria & directa.
- 4 Quid propriè contineat iste contractus, & de ratione dubitandi de illo.
- 5 De conventionione, & taxa fructuum, eorumque desiderata moderatione.
- 6 De societate obliqua, seu magis ficta.
- 7 Societas non possunt excedere valorem officii, & quid ubi excedant.
- 8 Resolvitur societas si officium cesset in eo officiali, & de

- differentia ubi per mortem, vel alium casum, ut primo casu creditor amittat sortem.
- 9 De interesse post dissolutionem, vel cessatam societatem.
- 10 Quæ species mortis exceptuata sit.
- 11 De impedimento lucri ob non præstitam cautionem, vel ob aliud non implementum, & de materia.
- 12 De materia disiecta.
- 13 De mutatione periculi vitæ.
- 14 An fructus possit converteri in novam societatem.
- 15 Fructus exacti post dissolutionem Societatis sunt usurarii.
- 16 De aliis ad materiam remissivè.
- 17 Quod iste contractus in genere sit licitus, & non usurarius.
- 18 De potestate Papa in hac materia.
- 19 In quibus debeat reformari.
- 20 Improbantur Juristarum superstitiones.

Lo.

L Ocalis, Romanæque curiæ singularis est ista Societatis species, quæ super vacabilibus officiis personalem industriam, ac administrationem annexam habentibus, ut præsertim Curatorum, ac Notariorum officia sunt, iniiri ex quadam antiqua consuetudine solet.

Duplicem autem iste contractus habet speciem, quarum una directa, & vera; Altera verò indirecta, & obliqua est, aliquam habens fictionem, quæ Moralibus præsertim, non modicam dubietatem, vel suspicionem infert.

Directa etenim & vera ea est, quæ iuxta hujus contractus originem, inter illum sequatur, qui ad officii administrationem ac exercitium, aptitudinem, ac opportunam habeat industriam, idoneitatem verò non habeat, ad illius assequutionem, pro qua alter pecuniam suppetat, iuxta illam genericam à jure probatam societatem, in qua pecuniam, vel mercès unius, industriam verò alter apponat, cum coequali commodi, & incommodi proportionata participatione.

Atque hinc erronea, vel æquivoca dignoscitur dubitandi ratio, illi præsupposito innixa, quod usurarium mutuum sub vitæ periculo contractus iste importer; Essentiale siquidem pro huiusmodi lucrorum officii participatione, vel fructuum cursu, periculum vitæ officialis reputatur, quod dare pecuniarum, vel soluti pretii amissionem producit, id autem ex societatis natura provenit, non autem ut mutuum sit, quodque sola periculi ratio accessiones causet.

Quia verò super officii emolumentorum, seu lucrorum incerta quantitate, quæ singulis annis ob veniat, lites, & conventiones inter socios cadere solebant, dum ille, qui pecuniam suppetat, fraudibus & occultationibus socii officialis ac administratoris de facili subiacet, eaque nimium difficile est convincere. Hinc antiquus inolevit usus, in cambiorum, aliarumque negotiationum societate, à jure quoque probatus, iustam ac verisimilem per incertæ quoque alæ speciem lucrorum taxam faciendi inter socios, quorum uterque coequallem lucrum, ac damni spem, ac timorem habeat, ut in usurarium sede advertitur; Idèdque antiquiorum temporum ita exigente conditione, illam genericam ac uniformem consuetudinem statuit taxam, quam excedere non liceat, minuire autem prohibitum non sit, quam leges civiles illis tradiderunt utatis, quæ centesimæ dicuntur, ad rationem scilicet duodecim pro centenario & anno.

Continuata verò hujus taxæ permissio, pro nostrorum temporum qualitate, in eadem usuraria sede, judicatum usurarium occasione, insinuata, aliquam redoler improbabilitatem, idèdque moderatio ex probatorum sensu desideranda venit, cum lucrorum, ac emolumentorum proportione habita, nunc iusta videatur ac inverisimilis illa taxa, quæ antiquiori tempore iusta & verisimilis erat.

Obliqua verò, sive indirecta ea est hujus societatis species, quæ super jam quæsto officio, per ipsum officialem, qui pro aliis usibus pecunia indigeat, cum ejus datore contrahatur; Magis verò obliqua, vel ficta ea est, quæ inter metè privatos fiat, Officialis persona simulata, vel accommodata, quia nempe, inter pecuniarum datorem, & receptorem conclusa conventionione, contractus fiat quidem cum Officiali, super ejus officio directæ societatis ad instar, ille verò, qui revera pecuniam accipit, vel accepturus est, cum officiali, se debendi correum constituit, atque veritatem recognoscendo, eundem indemnem relevare promittit, tali promissione, seu recognitione datore pecuniarum innotescente, ut propterea huic adversus officialem, nulla suppetat actio, idèdque contractum cum ipso officiali substantiario, commodum, & incommodum, alterius sit, qui pecuniam accipit, vel dar respectivè.

Cum itaque officium, vacationis periculo obnoxium, hujus contractus dicatur subiectum, atque super ejus emolumentis ista negotiationis societas fiat, hinc juridicum, ac receptum est, ut pecunia quæ super isto directo, vel obliquo detur contractu, ipsius officii pretium, seu valorem non excedat, illius capacitatis ad instar, quæ in fundo censito desideratur.

Praxi autem præsertim, ut super eodem officio, atque cum eadem, ita simulata, vel demonstrata, officialis persona, quamplures, in magnis, longèque excedentibus summis, inter privatos ineamur societates, hinc validitatis manat questio, quæ ab eadem distinctione decisionem recipit, in censuum sede, super fundi capacitate tributa, an scilicet creditore, seu pecuniarum datore, jam contractæ societates, quæ officium abforbeant, innotescant, ut tunc contractus invalidus sit; Iusta verò accedente ignorantia, substineatur, pro damnorum & interesse saltem productione, eodem modo quo in censibus habetur.

Eadem autem ratio, ut contractus necessarium subiectum officium sit, operatur, ut si Officialis adhuc vivens per resignationem talis esse desinat, societas quoque cesset; Ex statuta differentia inter cessationem per mortem naturalem, ac alteram per resignationem, aliamve fictam, vel civilis mortis speciem, ut ubi per mortem vacatio sequatur ac propterea in isto pretio officii devolutio ad concedentem fiat, pecuniarum dator illam amittat, eamque receptor lucratur, sive à restitutionis onere liberationem assequatur; Huiusque lucris spes, vel possibilitas excessivorum fructuum onus compensat; Ubi verò per resignationem, vel alias, officialis esse desinat, idem, vel bonæ fidei recognitor, qui verè debitor est, acceptæ pecuniarum restitutione premitur; fructuum, seu lucrorum ex resoluta societate impedito cursu, aliquorum interusuriorum continuationem in casu culpôsæ cessationis consuetudine permittente.

Non omnis tamen mortis species hunc operatur effectum, sed ea tantum, quæ à Deo, vel à natura naturaliter inferatur, ex eadem consuetudine & conventionis formula, ut fraudibus & malitiis occurratur, violentiæ, vel accidentalis mortis, pluribus exceptis casibus, super quibus variæ prodeunt quæstiones, certam non de facili recipientem regulam, vel decisionem, cum à conventionis legibus, vel ab earumdem usu recepta interpretatione pro singulorum casuum qualitate illa pendeat; Præsertim verò ea est curiosa questio, quam speciem, illa mors habeat, quæ per manus ministri iustitiæ ob crimina inferatur.

Huic autem sortis lucro non esse locum, Juristarum pariter rationabilis superstitio statuit, illius debitoris favore, qui aliqua non adimpleverit promissa, ex ea juris regula, ut lucrum, vel commodum ex non impleto contractu reportandum non sit; Idèdque creditorum malitia, ut ingenrem fructum exigendo, periculum amissionis sortis eviteretur, eam ad inventum captiosam cautelam obligandi debitores ad fidei iustorias cautiones, intra certum tempus præstandas, aliavè adimplenda, quæ, ut plurimum perdit, vel imprudentes, aut suffocati homines qui pecunias sub isto contractu accipiunt, negligere solent, creditores autem non sollicitant, sed potius hanc affectant, ac desiderant negligentiam, ipsosque debitores, sub urbanitatis, ac benevolentis pallio, obdormitare curant, ut ita periculi casu contingente, illius damnum non sentiant.

Studuit quandoque Rota (à legalibus tamen superstitio-nibus non recedendo) huic occurrere fraudi, declarando, ut periculi casu, in primo semestre contingente, sive in eo pro quo fructus, etiam in parte quamvis modica, soliti sunt, non implementum, ut potè pro eo tempore implicitè remissum, oblatè non debeat; Alia neglecta captiosa cautela per creditores adhiberi solita, percipiendi fructus; cum præservativis clausulis promissi non implementi.

Parum verò proficua hujus mali medicina est, cum eadem lupina, seu vulpina calliditas, sub charitatis, vel benevolentis ovina pelle, negligentia in fructuum exactione ac debitoris sollicitatione affectet, ut non nisi jam decursi semestris exigantur, illud verò in quo periculi casus contingere valeat, integrum semper conservetur.

Sanctius itaque censendum est, ut negotia, non à verborum formalitate, sed à legis spiritu, vel ratione regulando, huiusmodi omnino exulatis cautelis, ac juris superstitiosis subtilitatibus, illi, qui pecunias sub hoc contractu credere volunt, naturali veritate solùm attenta, indefinitè periculo subjacere debeant, usque quo expressè societas dissoluta non sit.

Ex generica item societatis natura, seu regula, ista quoque, primo semestri excepto, sive altero, pro quo fructus recepti sunt, quamvis in parte, ad contrahentium libitum dissolvi, seu didici valeat; Quia verò ita quoque multas eadem creditoris calliditas fraudes committendo, ut periculi damnus evitaretur, huiusmodi didictæ fieri quidem, sed occultè retineri solebant; Hinc per Pontificias leges, super Tribunalium reformatione editas, aliqua sunt adhibita remedia, ut huiusmodi didictæ legitime sequatur in actis reproduci, atque in earumdem societatum instrumentorum margine adnotari debeant, cum quindecim dierum consueto termino, tanquam per speciem regulæ Cancellariæ de infirmis resignantibus, ut si eo termino durante, casus contingat, periculum creditor non effugiat; Eademque provisiones datæ sunt in casu mutationis periculi vitæ de una persona in alteram, quam ex huiusmodi contractuum formulis creditor facere licet; Ad instar etenim eorum quæ in vacabilium officiorum, seu locorum monituum emptione praxi docet, non semper sub ipsius creditoris vitæ periculo hu-

justimo.

iusmodi societates contracti contingit, sed sub tertii, quamvis extranei ac ignari, vitæ periculo, & quandoque ejusdem meritis confocii debitoris.

14 Cumque post jam dissolutam societatem, ad suffocati debitoris preces, renovatio sequi soleat, super istius etiam probatione ob eandem rationem occurrendi fraudibus, cum aliquo procedi solet rigore, ut non nisi clara, & expressa, non autem præsumpta, vel adminiculativa admittatur probatio.

15 Hujusmodi autem Societarum fructus an in sortem sub alterius societatis contractu converti valeant, ut novos producant fructus, quæstio est, consuetam habens opinionum scissuram; Negantes etenim de jure prohibitum anatocismum, vel superiterationem adesse credunt; Affirmativa verò de stricto jure probabilior censetur ex eadem in recambiorum ac censuum sedibus insinuata ratione.

16 Ubi verò post dissolutam, vel cessatam societatem in fructuum exactione continuari contingat, usurarii sunt, ideòque pro usurarum natura in sortem ipso jure imputantur, Sive restituendi sunt tanquam indebiti, illa interesse rata excepta, quam in aliquibus casibus recepta praxis præbet.

Pleraque aliæ in dies novæ contingunt quæstiones, certam proinde, ac genericam compendio adaptabilem, non recipientes regulam, idèque ad suam sedem, vel ad peritos causidicos, remittendæ sunt.

17 Illa demum adhibita conclusione, ut rejectis ( quoad ea quæ fori externi sunt ) Moralium præsertim dubitationibus, genericè, sive in substantia, ista societatis species, ubi de-

bita habeat requisita, legitima, atque ab usuraria infectione aliena censenda sit; utpotè à quampluribus pontificiis canonizata legibus, atque in ejusdem Pontificis toriusque Curie conspectu publicè peracta, & practicata. Quamvis etenim Pontificiæ denegetur potestati, verè usurarium contractum, legitimum reddere, cum illegitimus declarerur à jure Divino, cui Papa non derogat, nec dispensat; Bene tamen ejusdem, juris legitimis interpretis est, ideòque contractus naturam ambiguum declarat, ut in usurarum, & cambiorum; ac censuum sedibus pluries advertitur; Moralium dubitandi rationibus, super creditorum depravata mente occulta foro interno congruis, cujus Judex est Deus, qui occulta hominum corda ac mentes videt; De his autem Ecclesia non judicat.

18 Præmissis tamen species ista contractus reformationibus digna videtur, super fructuum nempe illa proportionata moderatione, quam temporum exigit mutatio, atque super omnimoda illarum reprobatione cautelarum, quæ à casuum periculis, creditores præservent, atque debitoribus fortis lucrum impediunt, legalibus superstitionis subtilitatibus generaliter, ac indefinite rejectis, solaque, ut docet, naturali 29 attentæ veritate, ut in plerisque aliis fieri debere sanctius esset, cum Juristarum çabalæ, ac subtilitates, diversum ab eo, quem lex desideravit, inducendo effectum, doli, ac fraudis, & calumniarum fomentum esse praxis doceat. a

a De his omnibus habetur actum supra, disc. 12. ubi istius materia compendium reassumitur.

*Finis Libri Quinti.*